



2
6
80












2.6.80

XXIX
2.6.80




ARMAMENTARIUM JVSTINIANI,

PATEFACTUM

Operâ

JOH-OTTONIS TABORIS,

JCTI.


2 6.80

ARMAMENTARIUM IUSTINIANI,

h. e.

Universum jus Armorum, ex ipsis Jurisprudentiæ Justinianeæ penetralibus depromptum & usui præsentis seculi accommodatum expositumque

IN ACADEMIA ARGENTORATENSI,

OPERA

JOHAN-OTTONIS TABORIS
U. J. D. & P.P.





ARGENTORATI
Sumptibus & Typis JOSIÆ STÆDELII, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

Anno MDCLIV.



PERILLUSTRI AC GENEROſiſsimo Comiti ac Domino,

DOMINO

JOH. CASIMIRO,

Comiti ab Eberſtain / Domino in Frawenburgk/ Werdenſtein/ & Forbach ꝛc.

Domino ſuo gratioſo,

ſubmiſsè inſcrib. ac offert,
Exercitationum harum

Præſes ac Director.




I quis, Illustrissime Comes, acta superioris seculi (quod prudentes temporum æstimatores sæpius facere solent) diligentius inspiciat, deprehendet graves ea tempestate *tum* de Religionis, *tum* de Justitiæ discrimine querelas, à viris piis motas & excitatas fuisse. De Religionis contemtu ac tepescentibus in ejusdem amore hominum pectoribus, legi inter cætera meretur scriptum Lutheri [quem non nostri saltem, sed & dissentientes cætera à nonnullis ejus doctrinæ capitibus Theologi, Angelum vocant Apocalypticum, qui per medium cœli volans æternũ Evangelium incolis terræ evangelizaverit. v *Spanhem. 8. dubior. Evang. 96* §1. 2.) sub tit. Der Ermahnung/ Warnung vnd Erinnerung: Cujus paræneseos hoc est exordium: Es ist die Vndanckbarkeit der Welt so vberschwänglich groß/ vnd wird von Tag zu Tag grösser: daß wo nicht der jüngste Tag drein kom̃en wird/ wir sorgen; ja nicht sorgen; Sondern gewißlich weissagen vnd warten müssen/ der grewlichen schrecklichen Plage vnd Zornes Gottes/ darmit Er sein Liecht wider zu sich ziehe vnd die Finsternuß vber alles kommen lasse ꝛc. Causas querimoniæ fusius, petitaque ex alto origine, exponunt Centuriatores Magdeburgici *centur. 6 § accedunt hisce & centur. 7. § præclari & salutaris*: quorum mentem, an bona fide retulerit Surius in *Anno.* 1548. prudentioribus, quos inspectionis forte non pigebit, dijudicandum relinquimus. De Justitiæ vero & Jurisprudentiæ periculo ex infinitis juvabit audire Hieronymum Schurfium JCtum Wittebergensem, qui Orationibus aliquot Panegyricis questus est, Jurisprudentiam Romano-Justinianeam (quæ tamen ex optimis divinæ humanæq; sapientiæ principiis concinnata, omnium cæterarum Gentium Legislationes perfectione sua vincat, eoq́ue pro cœlesti munere ab omnibus cordatis per multa sæcula æstimata sit; cum ex adverso casci Germani hoc quoq; nomine infelices habiti fuerint, quod sine jure certo ad solam dominantium libidinem circumagerentur) à fanaticis hominibus, apud imperitos juvenes, in contemtum adduci, partim imminutione autoritatis propriæ atque Impera-

peratoriæ, partim prælatione legum Judaicarum, quas in forum, explosis Romanis, subinductas & revocatas præoptarint Quæ postulata quantum exitii Reipub. adferant, (cum jus quod certum esse & perpetuum vel imprimis Reip. expediebat, planè incertum cõstituant, juxtimq; tremenda ejusdem Majestas à privatis hominibus in dubium revocetur;) Optimus Senex facundè graviterq; edisserit: Rogans simul Rerum potitos, ut ejus farinæ turbatores, autoritate, prudentia consilioq; suo compescant. *tom.4 Orat. Witebergens. ubi conf. præf. Edit. Peucer.* Ajunt vero prudentes exacto seculo, eandẽ fere scenam denuò repræsentari. Quod quatenus huic ætati accommodari possit, Aliorum iterum dijudicationi committimus. Illud sane plerosq;, qui curam juventutis gerunt, conqueri animadvertimus & dolere; quod maxima multitudinis ejus portio, omissis seriis pietatis & Jurisprudentiæ studiis, ad amœna tantum & palæstrica exercitia toto animo revolvatur: Unde facile conjicere licet, qualem patriæ tranquillitatem ac fortunam, augurari aut polliceri in posterum debeamus, instrumentis futuri seculi hunc in modum fascinatis corruptisque.

Quam tempestatem atque imminentem barbariem, quamvis nulla humana industria præcavere queat, nisi Deus Opt. Max. mentes illuminet, & meliora cœlitus inspiret: Nequaquam tamen excusata vel impunita transibit eorum ignavia & væcordia, qui muneris ratione ad tutelam cultumque religionis, Justitiæ, legum & disciplinæ adstringuntur; siquidem animadverso detectove hunc in modum discrimine aut planè conticuerint, aut dolorem in sinum Harpocratis effudisse, inter prudentiæ argumenta reputaverint. Τὸν ἀστράτευτον, καὶ τὸν δειλὸν, καὶ τὸν λιπόντα τὴν τάξιν, quæ pœnæ maneant, nec Ehnici prudentiores, conscientiæ ductum sequuti, dissimulare potuerunt. *v. Sam. Petit. lib.8. LL. Attic. tit.3.* Quid vero alia commemorem, è schola in forum progressus, Jurisprudentiæ deliquia? Annon more Gallorũ, hodie, Rhetorum argutias certissimis Juris Romani decretis opponi, imò anteponi audimus, legimus, miramur? Quid vero certum deinceps fixumq; futurũ est, si certissima juris capita, ad incertam arbitrariæ observantiæ regulam expendimus? O Vigeli, si nunc evigilares & revivisceres! Quid de pragmaticorum brocardicis? quid de morum & con-

& consuetudinum iniquissimarum patronis primum querar aut postremum? Utique nec initium nec finis querimoniarum, considerationem latius diffundenti adparebit. Enimverò dum malis istis plane Oecumenicis, post DEUM opitulatorem, Alii viri doctiores, forsitan occurrere moliuntur; Ego interim memor officii quod sustineo; usum Juris Justinianei neglectis Sycophantæ & Stellionis Hornausiani calumniis, per exempla, voce, calamoq; ostendere porro quoq; conabor, periculumq; facturus sum, si vel manifesto hoc demonstrationis genere juvenes ab armis, ad artes; à jurgiis, ad jura; à palæstra ad Palladem, à sublestis Dd traditis, ad certa principia; deniq; à nimio vanitatũ studio, ad impendentis extremi judicii cogitationem, numinisq; reverentiam possint perduci. Qualem hinc mercedem relaturus sim, evoluta retro actorum notione haut temere conjicio: Cum & Doctissimorum hominum, hoc fatum fuisse perhibeatur, ut alicujus molestæ contentionis acerbitatem subinde paterentur. *v. Balduin in præf. tom.* I. *Oper. Baron.* Cæterùm in DEO Opt. Max. omnem spem fiduciamq; collocans, non dubitavi istum quoque disputationum Academicarum fasciculum cõmilitonibus communicare: Eumq; Tuæ benignitati, Comes Illustrissime, pro more Academiæ nostræ dedicare ac inscribere; tum quia Pietatis & Justitiæ studiis, non minus quam armis, & equestribus experimentis delectaris; tum quia congressus istos Academicos (ut cætera privatim nobis exhibita benevolentiæ testimonia omittamus) Perillustri præsentia Tua sæpius condecorare non fuisti dedignatus: Sequutus ea in re *consilium* præclarissimi JCti Dn. Johannis Michaelis Heinzii, multorum Principum Magnatumq; Consiliarii gravissimi, *ductumque* Ephori Tui, Viri Præclari atque Eximii Dn. Pancratii Guldenii; Quorum si deinceps quoque monita libenter admiseris, habebit haut dubiè communis patria, unde sibi quam plurimum possit de Tua incolumitate gratulari. Faxit DEUS, ut interim ætate simul & Viribus Virtutibusq; succrescas, Illustrissimæ familiæ splendori, subditis præsidio, clientibus verò solatio futurus. Voveb. Argentorat. Kalend. Martii Ann. 1654.

ELEN-



ELENCHUS MATERIARUM ET Disputationum, cum nominibus Dnn. Respondentium.

PROLE-

PROLEGOMENA.

INter cætera civilium bellorum detrimenta, dieam an retrimenta? quibus pax publica, communi gentium voto expetita, gratiâque Numinis singulari subinde mortalium generi concessa, à turbulentis spiritibus denuô irritata legitur, *armorum promiscua usurpatio* à sedulis actuum humanorum observatoribus non inter postrema memoratur, quæ sollicitè ideo, & olim coërcita, *vid. Novell.* 85. & nunc, exsplendescente ubique pacis expectatione, certis legum repagulis constringenda veniat. Ex aliis multis veritatis hujus ac verissimæ assertionis testibus, qui suo loco memorabuntur, audire juvabit Suetonium, *de Augusto in vita ejus cap.* 32. sic sermocinantem: pleraq; pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam extiterant, nam & grassatorum plurimi palàm se ferebant Succincti Ferro, quasi tuendi sui causâ: & rapti per agros viatores, sine discrimine, liberi serviq;, ergastlis possessoruum supprimebantur: & plurimæ factiones, titulo collegij novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur (1) grassatores depositis per opportuna loca stationibus, inhibuit; (2.) ergastula recognovit (3.) collegia, præter antiqua & legitima, dissolvit, (4.) tabulas veterum ærarij debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exussit, (5.) loca in urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit. Diuturnorum reorum nomina abolevit, judicium Decurionum auxit; *& quæ seqq.* Omnia providè & miro cum successu. Nec dubitandum est, quin eadem mala nunc suboritura, eadem remedia efflagitent; Inprimis promiscua usurpandorum armorum licentia, maturâ provisione videbitur coërcenda. Coërcendi ratio

non aliundè rectius petetur, quàm è sanctissimarum legum armamentario vel promptuario. *d. Nov. 85. princip c. 1.* Ibi enim plenissima de armorum fabricâ, commercio, possessione & usu præcepta ad tranquillitatem Reipubl. continendam salubriter disposita reperiuntur. *d. Novell. c. 3. vers.* 10. *Hoc enim subtiliter observato, licentia penitùs nulli dabitur, armis uti adversus alterutros, necesque præsumere & ex hoc publicas perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem utuntur.* Quæ cum alij confusè admodum & frustillatim deprompserint, *vid. Farinac. quæst.* 109 *& Decianum locis infra citandis.* Nos meliore & probato jam olim (*An.* 1628.) magnis viris ordine denuò quæ ad armorum jura & remedia pertinent, digesta repræsentabimus: Magnum Deum, & Salvatorem nostrum Jesum Christum, ut semper aliàs, sic in isto quoq; jucundi operis exordio, pro felici & auspicato successu devotè invocantes *verb. imperat. in d. Novell. 85.*

PROTHEORIA.

De
Armis in Genere, & eorum Fine ac usu.

INitio autē nonnulla de armis in genere præmittemus, ut clarior & expeditior fiat ipsius armorum juris expositio. *arg. l. 2. pr. D. de orig. Jur.* Coras. *de art. jur. cap. 2.* Cagnol. *ad rubr. D. de reg. jur. in pr.* At cum varia ipsius vocis sit acceptio, non pigrabimur eandem per consueta tractationis capita evolvere.

I. Et primò audeamus imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt, unde verba ducta sint, Cic. *lib. 1. offic.* Sic enim autores juris nostri hâc quoque in re Stoicos fuerunt secuti, *Vid. Cujac. 11. Observat. cap.* 37. *Cl. Chiflet lib 1. de Fideicommiss. cap. 1 p. 214. Em. Merill. lib. 1. Observ. cap. 10.* Ex nominis enim interpretatione facilius rei ratio nota fit, Scalig. *l. 1. de Caus. Lat. L c. 1. Electa Scalig. in loco de nomine. p. 323.* Licet enim nominis ratio, *eodem autore. cap. 190.* in multis obscura sit; Superq; eâdem voce aliis alia visa; tantum abest tamen, ut tollenda ideò videatur, ut potius tàm maximè sit inquirenda, quàm maximè latet. Sunt autem qui à Subjecto, hoc est, ἀπὸ τῶν ἁρμῶν, ab *armis* seu hu-

Etymologia.

seu humeris vocem hanc deducunt, quod vel ab illis dependeant, *ut gladius, pugio*, vel eosdem tegant, *ut scutum. lorica, thorax*: vel ab ijsdem regantur, agitentur, moveantur. Nonnulli ἀπὸ τοῦ ἄρεος, id est, à Marte, Bellorum præside, *Isiodor. lib.* 18. *cap.* 5. alij à Fine seu Effectu, nimirum ab arcendo derivant, ut Varro, quod vim & injuriam arceant, unde fortè de armis in genere Germanicum. Wehr/ oder gewehr. Sunt denique qui à forma interpretantur, id est, παρὰ τὸ ἁρμόζειν, quod est consentire, convenire, quia nempe arma tam apposité quadrare ac convenire corporibus necesse sit, ut nec vastitate suà oneri sint, aut impedimento, nec angustià vel arctitudine nocumento. E quo quadruplici Etymo secundum & tertium longius à sono vocis abeunt, quarti verò ratio nimium quantum generalis est, cum ad omnia, quæ ab artificibus ritè composita expectamus, pertineat: primum rem acu tangere videtur, cum ob causas antea dictas, tum per hanc etiam demonstrationem, quod sine armorum seu humerorum adminiculo nullus sit armorum usus. Gœdd. *ad l. armorum* 41. *D. de verbor. signific. v.* Höpping. *cap.* 1. *de jure insign. num.* 30. *omninò* Harprecht. § 8. *Institut. de Iudic. publ.* Bocer. *lib.* 1. *de homicid. c.* 2. *n.* 3. & quid vetat plura conjungere?

A primâ hâc origine, quæ armis materialiter sumptis inprimis convenit, usurpatio non tantum ad bellum & vim, *v. l.* 1. §. 1 *ibi si quis contra Rempubl. arma ferat. ad L. Iul. Majest.* Sed etiam ad alia sive instrumenta sive munimenta sensim sensimque traducta est. II.
Ut sanè propter rerum infinitudinem & verborum paucitatem. *l.* 4. *de præscr. verb.* fieri ferè solet atque adeò necesse est. *adde Hug. Grot. lib.* 3. *de jure belli & pacis cap.* 1 §. 17. *pag.* 416. Sic enim videmus arma translatè, pro omnibus, quibus quisque in statione suà seu munimentis seu præsidijs gaudet ac innititur accipi. Hoc significatu Theologis arma sunt precatio & scientia. Erasm. *in Enchirid. seu tractat. de milit. Christ.* vel juxta Paulinam panopliam, veritas, justitia, confessio, fides. *Ephes* 6. *vers.* 13. *& seqq.* item preces & lacrymæ, arma perhibentur Ecclesiæ, *in elog. Can. non pila* 3. *Causa* 23. *quæst.* 8. cujus initium est, paleare, sed Jambicum:

Non pila quærunt ferrea,
Non arma Christi milites.

Cætera ſunt ex Ambroſio, & ſic habent: Coactus repurgare (lege repugnare, *ut in Canon. Convenior. 2. verſ. quid ergo d. Cauſ. 23. quæſt. 8.*) non novi: ſed dolor, fletus, orationes, lacrymæ, fuerunt mihi arma adverſus milites. *adde Canon. ult. diſt. 36. cap. porrò Cauſ. 16. quæſt. 3.* Sic arma bellica & ſeculi; opponuntur armis ſpiritualibus Eccleſiæ *2. feud. 21. de Vaſallo, qui arma bellica depoſuit.* Sic & inſtrumenta ruſtica, *agricolarum arma* dixit Virg. 1. *Georg. verſ.* 60.

Dicendum & quæ ſint duris agreſtibus arma.

Nautarum idem 5. *Æneid.*

Colligere arma jubet validisq; incumbere remis.

Sic Studioſorum arma libri ſunt. *Vid. Gœdd. ad d. l. 41. de V. S. n. 6.* Vt omittam, arma quoque animalibus à Poëtis fermè tribui; & milites ipſos armis cinctos quandoque eo nomine indicari. Sic enim apud Senecam *conſ. ad Polyb. cap.* 31. Melius beneficijs Imperium quàm armis cuſtoditur. Et Tacit. 4. *Hiſtor.* 73. Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis habentur. Inſuper hâc voce & ipſum bellum deſignari notum eſt, quâ ratione, totum ſuum de belligeratione Roman. tractatum Alberic. Gentil. *de armis Roman.* inſcripſit. Et Cicer. perquam lepidè *oratione ſuâ in L. Piſon.* ſcire cupio, quid tandem in verſu illo reprehendas?

——— *cedant arma togæ:*

Tuæ dicis, (inquit) togæ ſummum Imperatorem eſſe ceſſurum. Quid nunc te, aſine, literas doceam? nôn opus eſt verbis, ſed fuſtibus. Non dixi hanc togam, quâ ſum amictus: nec arma, ſcutum & gladium unius Imperatoris: ſed quod pacis eſt inſigne & otii toga: Contra autem arma, tumultus atque belli: more Poëtarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio conceſſurum. Quære ex familiari tuo, Græco illo Poëta: probabit genus ipſum & agnoſcet, neque te nihil ſapere, mirabitur. &c. Tandem & inſignia Gentilitia hoc nomine cenſentur, *Hopping. d. loc. num. 31. & ſeqq.* ſive quia olim virtuti, præſertim militari, imaginum jura tributa, Cicer. 7. *Verr.* (ut noſtro tempore, dicta inſignia gentilitia, Weſenbec. *paratit. D. de jur. aureor. annul. num.* 4.) ſive quia armis

honos

honos iste quæsitus esset; sive quia fractas secures, galeas, bipennes, aliaque militiæ decorè gestæ monumenta imago contineret. Denique quod insignia in ipso clypeo essent depicta, unde insignia nobilium dicuntur Wapffen mit offnen Schild vnd Helm. Quâ de re extat singularis Bartol. tractatus (quem hâc occasione elaborasse Doctorem incomparabilem tradunt, quod ei Carol. IV. Imperat. jus clypei & insignia nobilitatis contulisset. *Vid. Palæott. de spuriis c. 59.* Hôpping. *d. tr. cap. 5. n. 61. & seqq.*) Et apud Chassanæum *in catalog. glor. mundi* nonnullæ considerationes leguntur. *Adde Nolden de statu nobilit. cap. 15. §. 1. thes. 155. & seqq.* omnium autem industriam operoso Commentario modò nominatus Theodorus Hôpping, superavit.

Metaphoricis istis locutionibus, quæ ad rem nostram non faciunt, posthabitis, armorum appellationem hâc in disquisitione legali & politica, legaliter etiam & politicè accipimus, sic ut illa Duplicia faciamus, siquidem arma quandoq; æstimantur & denominantur *strictius* ex fine facientis & cõparantis, ita ut illa propriè arma intelligantur, quæ principaliter secundum naturalẽ usum ad offendendum & defendendũ sunt ordinata, ut gladius, lancea, bombarda, balista, Hippol. de Mars. *in pract. Crim. §. pro Complemento n. 13.* Quandoquidem *latius*, à fine, non tam facientis & comparantis, quàm ijsdem quoquo modo utentis, ita ut *armorum* appellatione veniant, omnia illa, quæ quolibet modo ad defendendum offendendumve apta sunt; ut sunt præter memorata illa: lapides, fustes, glebæ: de quibus est illud Virgilij, *lib. 1. Æneid. vers. 54.* III. *Acceptio propria.*

——— *furor arma ministrat.*

Hoc significatu arma accipiuntur in legibus & statutis, quando de percussione agitur. *l. armatos 9. D. ad l. Iul. de vi public.* ubi JCtus *armatos* non utique (id est, non semper, non tantum, non simpliciter, loquendi formula JCtis peculiari *l. utiq; 16. D. de rei vindic. l. ob id 43. D. ad l. Aquil. l. cum mandato 21. ff. mandat. l. si pater 41. ubi* Duaren. *ff. solut. matrim.*) eos accipiendos esse monet, qui tela habuerunt, sed etiam, qui quid aliud, quod nocere potest. *l. quod est 3. §. armis 2.3.4. ff. de vi & vi armat.* Farin. *quæst. crimin.* 108. *num.* 1. Et talia instrumenta non dicuntur arma nisi post percussionem factam, *gl. in clemen. 1.*

men. 1. *de stat. monach. Amed. tractat. de Synd. num.* 88. sic baculus, ligo & similia instrumenta propriè non parantur ut arma, talia tamen judicantur, secundum qualitatem percussionis, Boss. *tit. de homicid. num.* 37. *& seqq.* Priore autem significatu, arma propriè appellantur, cum de fabricatione eorum, exportatione & usu tractatur, Ludovic. Carer. *practic. crimin. ad vers. itemque eorum pag.* 23. *num.* 18. Ita Bart *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de vi public.* si banno seu statuto prohibeamur deferre arma, non venit gladius ad incidendum panem, aut ad temperandum calamum: Sed si de percussione & vulnere agatur, venit, Mars. *in practic. crimin. d.* §. *pro complemento num.* 18. Memorata verò, gladius, lancea, balista, semper sub simplici armorum appellatione continentur, & ante & post percussionem factam. Decian. *lib.* 8. *tract. crimin. cap.* 2. *num.* 8. *&* 9. Marius Giurba *consil.* 73. *num.* 5. ubi tamen distinctionem valde frigidam affundit, statuendo: lapides etiam contineri armorum appellatione, si eo loco versemur, quo sit consuetum habere lapides pro armis. Rectius habet traditio Angeli *cons.* 397. *incipit quidam puerorum num.* 2. ubi scribit: Arma sumi vel propriè *ut in Auth. de armis*, vel latius, & pro instrumentis, quæ magis evidenter sunt ad nocendum apta; quia hominis industria possit inducere cum illis nocumentum; vel quæ minus evidenter parata sunt ad nocendum, ut candelabra & alia instrumenta ad usum alium parata, quæ tamen incidenter possint inducere nocumentum, sed hæc non venire appellatione instrumentorum *evidenter ad nocendum* aptorum.

IV. *Synonyma.* Cæterum *arma* etiam aliis nominibus gaudent & designari solent; telorum puta & ornamentorum. Licet enim tela propriè vocentur ea, quæ ab arcu mittuntur. §. *item l. Cornelias. Instit. de publ. Iudic. l. si calvitur* 233. §. *telum* 2. *de verb. signific.* eoque sensu armis opponantur; ut apud Liv. *lib.* 22. *cap.* 56. Arma, tela alia parari jubet: *aliisque locis.* Attamen hæc distinctio & oppositio non est perpetua. Siquidem telorum appellatio promiscuè omnibus etiam armis adaptatur, ut illâ veniant, spicula, fundæ, lapides, fustes, arcus, saxa, sagittæ, *d.* §. *item l. Cornelia* 5. *Instit. de publ. jud. d.l.* 233 junge §. *recuperandæ* 6. *Instit. de Interd. l. cum aliter* 1. §. *occisorum* 17. *ff. ad SC. Silanian. l. quod est* 3. §. *deiectum* 2. *de vi & vi armat. l. armorum* 41. *ff. de V. S. Paul.* 5. *sent.* 3. §. 3. Et denique omnia alia, ex quibus singuli

homi-

homines nocere possunt. *l. hi qui* 11. §. *telorum* 1. *ad L. Iul de vi public.*

V. Ornamentorum etiam nomen nonnunquam armis; sed gladiatorum inprimis & nominatim, tribuitur, ut apud Senec. *Præfat. lib.* 4. *Natural. quæst.* Sic ergo formâre, ut scias, te non posse consequi, ut sis impenitrabilis: cum omnia caveris, per ornamenta feriet. Quem locum explicans Lipsius 2. *Saturnal.* 17. inquit: id est, per ipsa arma Idem Senec. *Epist.* 14. Ars ei constat, qui per *ornamenta* percussus est. Suetonius audentius ipsos gladios appellat ornamenta, *in Tit. cap.* 9. *ibi*: in sequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis (subaudi, duobus patricij generis, qui de affectato imperio convicti erant.) oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit: Ubi Aurelius Victor in eâdem re: *ijsq; gladios tradidit.* Hinc fortè, & ab eo principio, majore licentia *ornati* aliquando dicti, pro armatis: Sic enim ornatus exercitus, pro instructo & armato, legitur apud Tacit. 3. *Histor.* 63. *num.* 2. *ibi*: *Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus* ornatusque, *densis circa viam ordinibus adstiterat.* Et ornatus militaris pro armis, *apud eund. lib. Hist.* 22. *num.* 5. Romani vulneribus exciti quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornatu militari, plerique circa brachia tortâ veste & strictis mucronibus, Nisi decorem in armis his designari malueris existimare: quo pertinet illud Livij *lib.* 29. *cap.* 1. Diem ijs, quâ equis armisque instructi ornatique essent, edicit. Sallust. *in Catilin. cap.* 35. *in fin.* Catilina vicinitatem antea sollicitatam armis exornat. *Vide Lips. ad Tacit. lib.* 3. *Histor. not.* 73. Etiam Cicero *pro Cæcinna.* Armatos, si latinè loqui velimus, quos appellare verè possumus? opinor eos, qui scutis, telisque parati ornatique sunt.

VI. *Paronyma.* Pigeret sane ad Paronyma quoque progredi & ab armis armatos, armamentaria, armaturasq; deducere: Nisi annotationem & dilucidationem aliquam mereretur *l. armatos* 9. *ad L. Iul. de vi public.* ubi dicitur: Armatos non utique eos ubique intelligendos, qui tela habuerunt: sed etiam quid aliud, quod nocere possit. Nimirum quod Paulus *in l.* 2. § 2. *de vi bonor. rapt.* scripsit, de significatu vocis armatorum, *Vid. Cujac. in Paulo ad d. l.* 9. Id juris conditores ad ipsius quoque *L. Iul. de vi public.* explicationem transtulerunt, posteaquam placuit hoc modo vim publicam & privatam discriminare, § 6. *de Interd.* §. 8. *I. de public. Iudic.* ut jam intelligamus per armatos, non uti-

utique (i.e. non tantum: *Ita enim* τὸ non, *pro* non tantum, *sæpe usurpari & gl. ad d. l 9.* notavit) eos qui tela habuerunt, sed etiam quid aliud quod nocere posset. Appositè iterum Cicero *d. lo.* sermonem continuans: Quid igitur, inquit, si glebis aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris, jussusque sis, quem hominibus armatis dejeceris, restituere: restituisse te dices? verba si valent, si causæ non ratione, sed vocibus ponderantur, me autore, dicito. Vinces profectò, non fecisse armatos eos, qui saxa jecerunt, quæ de terra ipsi tollerent: non esse arma cespites neq; glebas: non fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris. Sed & Græco-barbari, Itali, Galli, alii, varia hinc deduxerunt vocabula Sic enim Itali ab armis armadam, indeque Græco-barbari similiter Ἀρμάδαν pro Exercitu dixêre: Meurs. *in gloss. hâc voce pag. 50.* quemadmodum ἄρματα pro armis Basilica alijque usurpavêre. *Vid. eund. d. l. pag. 51. &* Rigalt. *in gloss. pag. 18. & 19.* Quomodo etiam Codinus: Ἐὰν δὲ τινὲς ὦσιν ἀπὸ τούτων στερούμενοι ἀλόγων ἢ ἀρμάτων τινῶν: quanquam ibi ἄρματα, nonnulli currus interpretentur. De armificatoriis & ἀρματωρείοις infr. in tr. ipso dicetur.

VII. *Divisio.* Genera autem & discrimina horum armorum plura sunt, quæ ita ferè dispescuntur: quod alia sint principalia, alia principalibus accedant: illa vel simplicia vel ad defensionem magis pertinent vel ad offensionem. Sunt vel φυλακτήρια, vel ἀμυντήρια. Ioachim. Stephan. *ad d. Nov. 85. quæst. d.* custodientia seu præservantia ac penetrantia. Illius generis sunt scuta, cassides, galeæ, thoraces, loricæ seu zabæ, *d. Novell. 85.* & ibi Cujac. Hujus generis alia sunt portatilia, quæ vel humeris imposita geruntur, veluti bombarda, vel arcus-busius, (*cuius originem & autorem ex Polyd. Virg. l. 2. de Invent. rer. c. 11. in fin. cognosces.*) Hasta simplex, hasta bipennis & oblonga, romphæa, arcus, sagittæ, siphinni & alia missilium genera. Cujac. *ib.* vel sub humeris, femori accinguntur & à cingulis dependent, quæ παραμήρια vocant, Cujac. *d. loc.* ut Spatha & semispatha seu gladius & pugio, sclopeta itẽ minora. Vectilia seu majora vel sunt exoleta, *de quibus Veget. l. 4. de re milit. Lips. eod. tr.* Vel adhuc usitata, ut machinæ & balistæ fulminales, quarum varia genera, *Vide apud.* Fronsperg. *part. 1. lib. 4. fol. 59. col. 1. de re milit. & part. 2. lib. 1. fol. 2.* cum multis *seqq.* Dilich. *part. 2. de re milit.* Speckle *lib. 3. Architect. cap. 5.* Mixta porrò sunt,

quæ

quæ tàm defensioni quàm offensioni inserviunt, ut gladij, hastæ. Principalibus autem accedunt; pulvis nitratus, lapides ejaculatorij, Kraut vnd Loth. Ab usu dividit *arma* Bocer. *cl.4. disput.* 13.§.7. quod quædam manu in præsentem imprimantur, quædam bombardâ, arcu vel manu emittantur, sive jaculando projiciantur, ut sint sphærulæ, sagittæ, lapides, glebæ & alia quæ propriè teli verbo significentur, §. *item L. Cornel. vers. telum I. de publ. Iud.* Ab effectu Dd. arma dividunt in lethifera & minus lethifera in tödliche vnd nicht tödliche Waffen: quorum illa propriè bello *C. A. ad L. Cornel. de Sicar.* §. 2. alia operarum usui destinata sunt *C. A. d. loc.* Vbi tamen notandum, aliter æstimari arma respectu gestationis: aliter respectu usus illiciti. Sic v. c. Culter, quo panem incidimus, non continetur sub prohibitione gestationem armorum cavente: *uti dicetur in disput. de gestatione armorum* von Degen oder Waffen tragen. *c.6.* continetur tamen in prohibitione & punitione usus illiciti: tum enim & culter armis illicitis accensetur. *Reusn. lib. 2. decis. 21. ibi*: Das Messer ist eine tödtliche Mord-wehre/vnd wer mit denselben beschädiget/dem gehet es an den Halß. *adde Coler. & alios citatos. Wehner. in practic. Observat. verbo* Messer *Dn.* Carpzov. *part. 21. quæst. crim. 3. num. 8. & 10.*

Quoad causam efficientem remotam, de inventoribus armorum tractant Polydor. Virgil. *lib. 2. de invent. rer. cap. 11.* Alexand. Sard. *de rer. invent. lib. 2. sub tit. de armis p. 66.* Panciroll. & Salmuth. in novis repertis *tit. 18. pag. 665. & seqq.* Efficiens proxima sunt fabricenses, de quibus ut & de materia & forma nonnullorum armorum, dicetur in ipsa theoria. VIII. *Causa.*

De fine & usu armorum hic pauca adnectenda sunt. Primigenium & præcipuum, qui in injuria publicè privatimque propulsanda consistit, innuit Imp. *in d. Novell. 85. cap. 4. in fin.* ubi ea arma verè arma esse dicit, quæ ideò facta sunt, ut ijs in prœlio utamur, injuriæ nimirum propulsandæ causâ: Omnes enim urbanæ res, omnia præclara doctorum studia, & forensis laus & industria, omnia quæ sunt in imperio & statu civitatis, latent sub tutela & præsidio armorum, jura quoque, judicia, leges, religio, rerum publicarum opes & potentiæ sub armorum umbra securè quiescunt, *Cicer. pro Muren. cap. 10.* Nec divitiarum secura esset possessio, nisi armorum defensione servaretur. *Veget. lib. 3. de re milit. cap. 4.* Hæc sunt quæ mortem generant & salutem, interitus sunt peccantium, custodia bonorum IX. *De fine & usu.*

contra improbos, necessarium semper auxilium; hæc in bello necessaria, in pace decora, hæc imbecilles fragilesque mortales cunctis beluis efficiunt fortiores, *Cassiodor. lib. 7. variar. formul. de armor. fact.* 18. Denique ad ipsam regni majestatem conservandam non tam diadema aut sceptrum prodest, quàm ferrum. *Busbeq. cons. de milit. contr. Turc. instit. fol.* 183.

X. Mitto priscos usus alios partim *sævos & graves*, puta hastæ projectionem in fines hostium, bello indicendo; gladium & pugionem morti denunciandæ: *partim honorificos*, puta arma diis suspendendi; *partim tristes*, puta in funeribus & exequijs. Illum omittere non possum, quo pugio & gladius, summi merique imperij symbolum habiti fuêre. *Plutarch. in. qq. Roman. Herodot. l.* 3. Ita Suetonius *de Servio Sulpitio Galba cap.* 11. *eius vitæ*, scribit. : Eum ut occisum Neronem, cunctosque in sua verba jurasse cognovisset, depositâ Legati, suscepisse Cæsaris appellationem, iterque ingressum esse paludatum, ac pendente à cervicibus pugione ante pectus; ad extremum tamen à Vespasiani exercitu Romæ oppressum, assistenti consuli Cæcil. Simplici, solutum à latere pugionem, velut jus vitæ & necis civium reddidisse. *Tacit.* 3. *Hist.* 68. Ita de Vitellio Sueton. *in ejus vita c.* 8. Postquam Imperator consalutatus esset, gladium D. Julij in prima gratulatione sibi porrectum, strictum tenuisse: Et *eod. cap.* 15. solutum à latere pugionem consuli primùm, deinde illo recusante, magistratibus, ac mox senatoribus singulis porrexisse, tanquam imperium resignaturum. *adde Grotium lib.* 1. *de jure bell. & pacis cap.* 4. *num.* 16.

XI. Hic ipse mos, ut gladius imperii summi esset character, deinde ad alia etiam regna transijt. Vt enim quæ de coronatione Rom. Jmp. H. Maurus; R. Galliarum Boter. *in rel. de reg. Galliæ.* Poloniæ, Crom. *lib.* 2 *Poloniæ. act. noviss. Mens. Ianuar. & Febr. hujus anni curr.* & aliorum Regum scribunt alii, relinquam; Memorabile illud monitum non est prætereundum, quo Saxo Elector, Wilhelmum Imper. in coronatione suâ adfatus est, quoque finis hujus solennitatis exprimitur & dilucidè explicatur: Accipe ensem regium, ut rebelles severâ correptione potenter affligas, omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes. Vnde Imperatori etiam gladius præfertur, *Arum. disc. 6. ad A. B. thes.* 30. Quæ consuetudo ab ipsis Carol. M. temporibus videtur continuata, cui spatha nuda ante tribunal præfereba-

ferebatur, *si Turpino credimus in ejus vita cap. 20.* Sed & Aimonius Monachus, *sive continuator eius lib. 5. cap. 35.* scribit: Richildem Caroli Calvi uxorem Ludovici junioris matrem, attulisse Ludovico præceptum, per quod pater ipsius illi regnum ante mortem suam tradidisset, & Spatham, *quæ vocetur S. Petri*, per quam eundem de regno investiret. Hæc omnia eam ob causam fiebant, ut & hostibus & sontibus terror injiceretur, insontes autem scirent, se sub protectione summi magistratus à vi & injuria tutos esse, *Camerar. centur. 1. horar. subcisivar. c. 76.* Hinc sanè jam in imperio Romano, ut gladius summi imperii symbolum fuit; ita & jus gladij, merum imperium significavit. *l. imperium 3. ff. de jurisd. l. aut damnum. 8. § vita adimitur. 1. ff. de pœnis. l. illicitas 6. §. quæ universas 8. de offic. præsid. v. Cujac. 21. observ. 30.*

Potest & ab hoc more manasse videri, quod regna antiquitùs per gladium in investitura conferebantur: *Otto Frisingensis lib. 2. c. 2.* quemadmodum provinciæ, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, per vexillum. *Marq. Freher. not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 10. verbo Feudis quæ* Fahnlehen. Licet hodiè omnia feuda regalia per vexillum, sceptrum, gladium & hastam conferantur. *Hotom. disput. de Feud. cap. 23. Intrig. de feud. q. 55. num. 7. Schrad. de feud. part. 5. cap. 5. num. 2.* ita ut Vasallus præstito fidelitatis jurejurando ensem apprehendat, ejusque conum extremum osculetur *Vid. Vultej. 1. feud. 7. num. 34.* Quomodo deinceps isthâc occasione dignitatis privilegium & ornamentum, gladij gestatio facta fuerit, suo loco declarabitur. Huc etiam referri posset antiquus adoptandi mos per arma, *de quo Cassiodorus 4. var. 2. & 8. var. 1. & 9.* & Jornandes *in Gothicis.* itemque sacramentum militare. *Liv. lib. 7.* aut alia juramenta dicendi *vid. Cujac. 1. Feud. 1. ad §. si autem controversia.* Itemque quod ex armis olim privata & publica vis distingueretur. Hæc enim distinctio propriè respicit illa tempora, quibus armorum usus privatis erat interdictus: Ideoq; arma sumens vim eo jure faciebat publicam seu populicam. *Ernest. Cothm. Resp. lib. ult. & sing. resp. 9. n. 26.* sed ista huic loco forsan minus congruunt. XII.

De

JURE ARMORUM.

ΔΙΑΣΚΕΨΙΣ.

CAPUT PRIMUM.

De

Fabricis armorum & Fabricensibus.

I. NUnc quod instituimus, de ipso armorum jure dispiciamus. Jus verô illud ex diversa armorum consideratione distinguemus. Arma considerantur *vel ut fabricanda*, ubi de armorum Fabricis & Fabricensibus, vel *ut iam facta* usibusque humanis exponenda, ubi inprimis *de armorum commercio, possessione & usu*, quatenus ea omnia, quibusve competant, dispiciendum erit: Quo ipso sanè ordine de purpura quæritur in jure, utrum licita sit eius tinctura, confectioque *l. 3. C. de holob.* commercium. *l. 1. quæ res vendi non poss.* possessio denique & usus. *l. 4. d. C. eod.*

II. Quantum ergo ad ὁπλοποιΐαν seu Fabricam armorum attinet: quanquam certò constet, privatos inter cæteras, ferri etiam fodinas habuisse. *l. si cuius rei. 13. §. quæsitum est. 5. de usufr. l. sed si pecunia 3. §. fin. cum l. seq. D. de rebus eorum qui sub tut. Cujac. lib. 15. observat. 21. in fin. Henric. Klocken. de jur. vectigal. thes. 3. lit. B.* Fabrosque fuisse ferrarios, qui privatos etiam fabricam sive artem fabrilem docerent. *l. fin. §. M. Ant. 11. D. de publi. & vectigal.* Armorum tamen fabricandorum jus sibi solis Imperatores, velut inter regalia reservarunt. Cujac. *d. loc.* (Facit 1. *Samuel.* 8. ubi inter cætera regis jura & hoc recensetur, quod Rex ex filiis subditorum aliquos facturus sit fabros armorum & curruum suorum. *Arnisæus lib. 2. de jur. Majestat. major. cap. 1. num. 4. pag. 217. n. 4.*) Quocirca & armamentaria seu armorum fabricas & fabricenses, id est, armorum artifices instituerunt.

III. *Armamentaria* procul dubio intelliguntur sub Armandiis, *2. Feud. 56. quæ sunt regalia.* utcunque enim varij variè eam vocem interpretentur: alii pro jure arma fabricandi. *ad d. tit. 56. 2. Feud. ad vo-*

cem

cem Armandia, alij pro vectigali ex armentis animalium, *Alvarott. Isern. Dan. Otto de Regalib. minor. seu Fisci pag.* 408. *& alii ibidem*; nonnulli pro eo, quod ex armorum fabricandorum licentia præstatur, *Rosenthal. in Synops. jur. Feud. cap. 5. conclus.* 19. Communius tamen recentiores officinas publicas seu armamentaria, in quibus arma elaborantur, hac voce intelligunt; eo inter cætera argumento, quod Imperator sibi soli armandias, i.e. armamentaria vendicet. *Nov. 85. cap. 1. f. Menoch. Cujac. cum Sequace Borcholt & alij allegati à Gothofred. Anton. disputat. feud. 3. θ. 7. lit. B. Dan. Otto de iure publ. cap. 11. pag.* 288. Quæ sententia primæ non contrariatur, siquidem arma nonnisi in armamentariis publicis olim procudi poterant. Nisi quis *armamentariorum* vocem non solum ad ædes in quibus arma fiunt; sed & in quibus asservantur *arg. d. Nov.* 85. pertinere putet. Quemadmodum hodienum in armamentarijs benè constitutis fabros versari videmus, qui & munda politaque reddunt arma, & supplent deficientia. *Vid. de Arsenali Veneto, Petrum Bertolli in theatro Civit. Ital. pag.* 43.

Erant autem plurima olim in imperio armamentaria, quæ ineptus interpres Novellarum *d. Nov. 85. cap.* 1. vocat armificatoria, Fabricas rectius redditurus: Nempe cum diffusum illud imperij corpus undique multorum injuriis & assultibus expositum esset, ut militi tuendis limitibus destinato, arma necessaria suppeterent, opus erat provinciatim fabricis, in quibus ad usum Reipubl. à Fabricensibus omne armorum genus præpararetur: Harum in oriente quinque, in occidente novendecim enumerantur. *in Notit. Imperij (de quo libro vide post Commentatorem doct. Guidonem Pancirollum.* Dn. Godofr. *ad l. quas gratias.* 1. §. *& est notitia* 8. *C. de offic. pref. prat. Africa Bertium lib. 1. Comment. rer. German. cap. 22. pag. 136.*) quæ & enumerantur apud Godescalc. Stevvechium *ad lib.* 2. Veget. *cap.* 21. Borcholt *ad d. c. 56. quæ sint regalia num.* 13. Guthier. *lib. 3. de offic. dom. August. cap. 12. pag. 514. & seqq.* Valentinianus etiam & Valens Constantinopoli armorum Fabricam instituisse leguntur, cujus notitia non meminit, quod fortè esse desiisset: *Pancirol. in notitia I. Or. c. 70. p.* 108. De Mauritio Chronicon Constantinop. sic loquitur: Πρώην μὲν ὁ μαυρίκιος ἀρμαμενταρεῖον αὐτὸ ἔκτισε. IV.

Fabricæ hæ in universum erant sub dispositione Magistri officiorum, *Vid. notitiam in tit. sub dispositione viri illustris Magistri officiorum lib. 1. cap. 66. & ibi Panciroll. pag.* 166. ad quem ideo *l. 3. & 9. C. de* V. *Ad tit. C. de Fabricensibus.*

*Fabricens.lib.*11. *& Novell.*85. perſcripta invenitur : Nec alibi, quam in judicio ipſius ſublimitatis , ad cujus juriſdictionem poteſtatemque pertinebant , Fabricenſes conveniri poterant. *l. eos qui* 6. *C. eod.* Iterum ſingulæ Fabricæ in ſingulis civitatibus erant ſub Patrum ſeu Defenſorum civitatis inſpectione. *arg. d. Novell.*85.*c.*2. *Novell.*17.*Nov.* 75.104. *&c.* & certum Fabricenſium numerum continebant,

VI. *Fabricenſium notatio.* Quod nomen attinet : Fabricenſes dictos putant nonnulli jocularitér, quaſi fabricæ cenſitos , id eſt, adſcriptos , *arg. rubr. C. de Fabricenſ.* Simplicius alii, quaſi Fabros cenſitos , rectiùs quaſi fabricantes. Mauritius *ſtratag.* 1. eos vocat; ἀρμαλέρους : armorum fabros: quanquam alii ibid. legere malint: ἀρμαλέργους , *Meurſ. in gl. hâc voce pag.*51. Interpres, *Nov.* 85. *cap.* 1. eos nuncupavit Fabricenſios , quos Græci dixêre , φαβρικισίους. *d. Novell* 85.*cap.*3. aut φαυρικησίους, qui Cedreno ſunt: τῶν ὅπλων δημιουργοί. Iſidoro *lib.* 1. *cap.* 13. τεχνῖται τῶν ὅπλων. Jac. Guther. *lib.* 3. *de offic. dom. Aug. cap.*12. Forſan & per fabricarios quorum in brevi ſubdito reſcripto. *l.*1.*C. de Excuſat. Artific.* 10. 64. fit

Diſtinctio. mentio , iidem fabricenſes intelliguntur. Horum autem duo genera conſtituit Cujac. *in d. Novell.* 85. ut alii fueriut *Deputati*, qui numeri cujuſque militibus arma procurarent ; alii ſimpliciter fabricenſes: Illi milites, quique annonas de publico tulerint ; Hi non item. Id quod *ex Nov.* 85. *cap.*1. colligit, ibi : Qui in publicis deputati ſunt armifactoriis , aut qui dicuntur Fabricenſes. Ita *cap.* 2. dicitur , ſi qui viſi fuerint aut deputati, aut Fabricenſii. Quam ad rem etiam adduci poteſt. *l. unic. C. Negot. ne milit.* ubi dicitur; eos, qui ad extructionem armorum profeſſionem ſuam contulerint, poſſe ad competentem ſuæ profeſſioni venire militiam. Cujus verſ. ſenſum, ut id obiter dicam, Luc. de Penn. ibi rectè (quod aliqui negant) aſſecutus eſt : nempe quod Fabricenſes negotiationem armorum retinere poſſint , & nihilominus armatam militare militiam : *competens* enim militia profeſſioni fabricenſium eſt vicina ſeu proxima : Nimirum cui melius competat armorum uſus , quam qui fabricam & fabricatorum à ſe armorum negotiationem exercet? Guther. *d. c.*2. *p.*511. etiam chartularios illis, itemque protectores & tribunos attribuit. Sed hi potius ad numeri tutelam videntur conſtituti , quam ut fuerint ipſi in numero iſto. Nam ut ipſe recenſet : *Chartularij* ſcrinii fabricæ, vocantur à Juliano Scriniarii , qui ad inquiſitionem privatorum arma facientium , depoſitiones à magiſtratibus & defenſoribus &

bus & patribus civitatum acciperent, quod nemini privato concederent arma fabricare. Sed hoc officium commune aliis ſcholis fuiſſe docent Briſſon, *in hac voce* Meurſ. *in voce* Σκρινιάριος. Salmaſius *ad Solin. pag.* 208. 293. 483. Gutherius protectores eos vocat, quibus fabricæ tuitio commiſſa. *arg. l. 27. C. de erog. milit. annon.* Sed & hæc fuit communis dignitas perinde ut & Tribunatus *l. 2. C. de domeſt. & protect.* Itaque præſtat Cujacium Doctorem & hîc ſequi.

Differebant autem Fabricenſes hi inprimis *ratione deſtinationis*: Alii enim ideò conſtituti erant, ut in publicis fabricis arma cuderent; alii ad hoc ordinati erant, non ut nova arma facerent, ſed ut ſolùm curam armorum haberent militum in numero conſtitutorum. Cæterùm priores actu milites fuiſſe malè cum non nemine colligas *ex l. ſi quis conſortium 4. C. h. t.* (ubi omnes, qui ad conſortium Fabricenſium adoptantur; *ad militiam aſſumi* dicuntur:) Etſi quædam militia fuerit fabricenſium, pariter ut cæterarum hujuſmodi ſcholarum, Cujac. *ad l. 3. C. d. tit. ubi illos textus ſic inducit. Adhib. in ſimil. Panciroll. lib. 1. var. cap. 90. pag. 175. verſ. ſed ibi: l. ult. C. de pignor. l. his quidem. 5. ibi. interdicendis in commune cunctis, binis pluribuſve militiis; nec dignitatem conjungere cuilibet alij cingulo concedendis. C. qui milit. poſſ.* 12. 35. Vnde etiam in numeris conſtituti armifactores appellantur. *Novell. 85. cap. 1.* VII.

Utrique Fabrorum horum generi, & Fabricenſium & Deputatorum nomen convenit: Iſtis tamen, qui ad certum militum numerum, quorum armis proſpicerent, erant adſtricti, *magis Deputatorum in ſpecie aſſignato*: illis, qui armorum fabricandorum ſimpliciter curam habebant, nec ad certam militum cohortem remiſſi erant, generali Fabricenſium nomine relicto. Atque his congruenter *in cap. 1. Nov. 85.* particula *aut* adverſativè non explicativè, prout aliàs quandoque *l. cum quidam 4. C. de verb. ſignif.* Et adjectio illa, *qui de fiſco annonas accipiunt*, non καθ' ἐπίθετον, ſed κατὰ διαστολὴν accipienda erit: (nempe quidam fuerunt artifices, qui de Fiſco annonas non acciperent, operarij privati *cap. 3. d. Novell.*) aliter atque illa verba, *qui in numeris ſunt*, accipienda veniunt: non obſtante rurſum. *d. l. jure proviſum 5. C. h. t.* VIII.

Inter iſtos Fabricenſes in ſpecie nominantur *Baliſtarij*: ſive ut ad veterum morem (v. pro β) Florentiæ legitur, Valiſtarij *l. ult. de jure immunit.* Quâ voce propriè acceptâ fabricatores certarum IX.

ma-

machinarum, quibus spicula mittebantur. *Vid. Veget. lib. 4. cap. 22.* designabantur. Adhibe etiam Notitiã J. Or. sæpè laudatã, ubi passim Balistariorum seniorum, juniorum, Theodosianorũ &c. fit mentio & ibi Panciroll *p. 91. & seqq.* Quid istorum muneris fuerit, vel ex ipsa *Nov. 85. c. 2.* apparet, nempe ut publica arma in armamentarijs civitatum reposita, corrigerent ac renovarent, veluti quibusdam in locis etiamnum die Büchsenmeister zugleich Zeugwarter seind/ hoc est tormentorum magistri curam etiam habent, ne quid illa detrimenti ab ærugine capiant. Guther. *d. cap. 12. ubi cæteras quoque appellationes explicat.*

X. *Qui Fabricenses fieri potuerunt.*

In ordinem porrò Fabricensium is recipiebatur, qui nec avo nec patre curiali genitus, nihil ordini civitatis debebat, nec ulli civico muneri obnoxius erat, (ita enim legendum esse, tum codex Theodosianus, tum contrarii casus, *ibi: civica munera*, ostendunt) alioqui si tale quid in fabro deprehenderetur; is vel ab initio non admittebatur, vel expost facto in pristinam conditionem retrahebatur. *l. si quis consortium* 4. *C. d. tit.* nec enim permittendum erat, ut se quisquam hoc suo proprio facto vel muneribus civilibus curialibusve, vel alieno æri subduceret. *arg. l. 6. C. de murileg. l. un. C. de Collegiat.* 11.

XI. *Quomodo.*

Postquam hoc apud acta quis professus fuisset, docuissetq; se ab omni hoc nexu prorsus immunem; in numerum Fabricensium recipiebatur; Recepto stigma inurebatur, non infamiæ, sed officij & societatis signaculum, *l. stigmata. 3. Cod.* quemadmodum tyronibus militum *d. l. 3. ubi Cujac. Adhib. Stewech. ad lib. 2. Veget. cap. 5.* eo fine, ut nunquam ab ipso opere se posset subducere, sed ei negotio immoraretur & immoreretur. Stigmata illa imprimebantur brachio aut manui: quemadmodum & Hydrophylacibus *l. 1. C. de aquæ duct.* quò latitantes possent agnosci: & ne ad usus alios avellerentur. Sam. Maresius *lib. 2. Antich. revelat. cap. 11. §. 4. pag. 397. & seqq.* Arbitror autem stigmata illa fuisse diversa à servorum stigmatibus (quamvis hinc fortè consuetudo manârit,) quorum στιγματίαι erant & atrociores & notabiliores: unde Plautus servos per jocum vocat: insignes literatos: *in Casina actu 2. scen. 6. vers. 49.* ubi Taubman. describit: quemadmodum servis, inprimis nequitiosis, plures literæ, imò plura etiam verba inusta fuerint, superfuso quoque atramento, ut liquidius causa notæ legi & cognosci posset; verb. gr. cave à fure, fugitivo. Scripsit ad hanc *l. stigmata. 3. C. h. t.* P. Ostermannus integrum com-

commentarium, ſed in quo omiſſis textus viſceribus, ad ſtigmata ſagarum præcipuè deflectit. *ad l. 3. C. h.*

XII. *Quare receptorum conditio?*

Receptorum conſideranda eſt & conditio, & functio, ſeu officium. *Conditio* nequaquam fuit ſervilis, *ut nonnulli opinantur*: ſed libera, licet *opificio* addicta & officinæ ſuæ armifactoriæ, ſcholæque: neque tamen ſic, ut adſcriptorum glebæ. *C. 11. 53. & ſeqq.* Emergebant enim ſubinde, & ad præclaras dignitates ex merito evehebantur. Laboribus exhauſtis Fabricenſibus, ſurrogabantur liberi, *d. l. jure proviſum 5. C. h. t.*. beneque ſe gerentes, primicerii, ſecundicerii &c fiebant, munereque primiceriatus expleto, intra biennium excuſationem à muneribus conſequebantur *l. eos qui 6. C. eod.* eumq. honorem, ut inter protectores, principis æternitatem adoraturi, dirigerentur: Ita enim *in l. primicerium 2. C. hoc. tit.* legendum eſſe, expunctis illis verbis, *eiuſdem fabricæ p. 6.* ſuadet Cujac. tum Codicis Theodoſiani (in quo hæc verba non habentur,) fide, tum ea ratione inductus; quod verba ſenſum turbant, nec quo referantur, commodè inveniunt. *ad l. 2. C. h. t.*

XIII.

Senſus autem iſtorum verborum non ille eſt; primicerium, *de quo in d. l. 2. reſcribitur*, cum reliquis primiceriis ad principem venerandum introducendum eſſe, quod Luc. de Pennavelle videtur, dum protectorem eundem putat eſſe cum primicerio. Sed quod inter ſtipatores principis, qui domi aut foris eo degente, excubias ad latus eius agebant (mit oder unter der Keyſerlichen Leibguardi/ qui protectores, und Trabanten/ qui domeſtici *t. t. C. de dom. & protect.*) ad venerationem principis admittatur: qui honor eximius erat *l. præfecturæ 1. C. de Apparit. præfect. præt.* & paucis patebat *l. præt. eos 1. C. de App. præf. urbi lib. 12. tit. 54.* (Non quod Imperatorem ſalutantes, illius genua oſculati ſint aut manus: ut nunc uſurpatur; Sed quod purpuream ipſius veſtem ingeniculati tangerent. *Panciroll. in deperdit. pag. 433.* Atque hi ſacram dicebantur adorare purpuram *l. 1. C. de Apparit. præfect. prætor. lib. 12.* q.d. ad ora admovere. *Salmuth. ad Panciroll. d. loc.*) ut & is, quod inde ad compellationem præfecti prætorio aditus aperiretur, *arg. l. domeſtici 1. C. de domeſt. & protector. lib. 12.* quam rectè Cujac. poſt Luc. de Penn. totam ad vicarios præfectorũ prætorio refert, hâc paraphraſi: *protectores & domeſtici principis, cum ſalutarint vicarios præfecti prætorio, poſſunt illos oſculari.* Iſta enim interpunctio in eo textu tenenda eſt: *Oſculandi (cum ſalutaverint) vicarios tui culminis* &c. Cui hic al. ſenſus adfingitur; Stipato-

res & parastatas Cæsareos admittendos esse ad osculū præfecti prætorio postquam eorum vicarios salutaverint, & fortè eâ de re compellaverint v de more osculandi Impp. & magnates inter alios Dn. Godofr. *ad l. a sponso 16. c. de donat. ante nupt. l. C. de domest. & protector.* 12. 17. Salmas. *in not. ad Vopisc. pag.* 440. ubi malè Lipsium carpit, quod scribat: adorantes manum prius porrexisse, deinde statim ad os referre solitos: contra enim factum esse. Cum temporibus diversis ac in diversis actibus, diversa quoque placuerint. *Lips. 2. Elector cap. 6. Muret. variar. lect. lib. 10. c. 1. Horolog. Princip. lib. 1. c. 38. Olear.* in der newen Orientalischen Reiß beschreibung. *pag. 9. & passim.*

XIV. *Quod officium?* Functio seu officium Fabricensium erat, diligenter armorum fabricæ incumbere, nec aliis negotiis sese immiscere *l. nullus 7. C. de Fabricens.* sed ad partes tam sociorum quam proprias respicere; alioquin, quod ab uno neglectum fuisset, omnibus ejusdem corporis membris imputabatur. *d. l. jure provisum 5. C. de Fabricens.* unde nonnulli ex iis dicebantur fabri specularii, *d. l. ult. de jure immunit.* quod sociorum actibus quandam speculam gererent, *ita loquitur Gutherius d. c. 12. pag. 510.* gnari unius damnum sive noxiam, ad omnium dispendium transire. (Nec ab his alii videntur specularii, qui in brevi subdito *l. 1. C. de Excusat. artif.* 10. 64. nominantur. Quanquam diversos esse coniiciat Dn. Godofr. *ad d. l. ult.*) Et ut omnis occasio fraudibus præcideretur, ipsa ferri materies, quæ facile deduceretur, ignibusque liquesceret, præstanda erat, non pecunia pro ferro. *l. omnibus 1. C. h. t.*

XV. Quæ autem & qualia arma præcipuè paraverint, liquet ex *Novell. 85. cap.* 4. quæ varia illorum genera recenset; puta; arcus, sagittas, spathas, enses, (quos vocare consueverant semispathia) zabas item sive loricas, & contos & lanceas, & quæ apud Isauros nominantur, monocopia (in græco rectius μονοκόντια: vid. Meurs. *gl. hâc voc. pag. 353*) & appellatos sitinnos (in græco rectius ζιβύναις *vid. gloss. Rigalt. pag. 61. & 62.* Septuaginta *Esa. 2. vers.* 4. hoc aliter pronunciant: ibi: καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν συγκόψουσιν εἰς δρέπανα.) missilia, aspides, scuta, galeas, cassides. *Carol. A. M. c. 6.* Ulpian. & frameas nominat *in l. 3. §. arma. de vi & vi armat.* De quibus, aliisque armis, vid. Guther. *lib. 3. de offic. dom. August. cap.* 12. Dn. Bernegger. *ad Tacit. Germ. quæst. 20. &c.* At arma jam fabricata non privato ulli vendi poterant; sed aut arma armamentariis publicis erant inferenda, *Nov. 85. cap. 3.*

cap. 3. aut usu exigente, ut ad exercitum transveherentur, permittendum: ubi magister officiorum numerum & locum, ex quo arma transferenda essent, præfecto prætorio significasset: atque is porrò moderatoribus provinciarum, ut illis transportandis de publico præberentur Angariæ, *l. nullus* 7. *C. d. t.* id est, prout itineris ratio postularet, pro transvectione (armorum fortè, vestium militarium & similinm) jumentorum, plaustrorum & navium copia, id enim esse angarias, post alios docet Pancirollus *ad d. Notit. lib.* 1. *cap.* 6. *Gloss. ad Codicis Henriciani lib.* 10. *tit.* 45. *l.* 19. *des offices militaires. vid. Commentar. nostr. de Metatis part.* 2. *cap.* 3 §. 4. *pag.* 39. D. Hörning. *de jure post. p.* 79. 277. *&* 337. Mundium *de muneribus. præloq. num.* 38. *& cap.* 1. *num.* 244. *cum seqq.*

Interim, quod *hac l. ult.* dicitur, *Angarias præstandas esse de publico ad armorum transvectionem*, quæstioni occasionem præbuit, an subditi teneantur sumtus pro armorum & tormentorum transvectione de suo præstare? Ratio *negandi* ex dictis modo verbis, *de publico*, peti posse videtur: quæ quidem gloss. & Luc. de Penn. notanda esse, monent, quò magis hodiè negligantur justitiâ calcatâ, *junge l.* 2. *C. de lucr. advocat. lib.* 12. Nam & ideò, inquit Andr. de Isern. *ad constit. Frideric. de statut. & consuetud.* habet princeps tributa & reditus, ut regnum servet absque subditorum gravamine *C. milit.* 13. *q.* 1. unde Sever. Imperat. quod antea provincialium sumptibus fiebat, ut equi cum hominibus in cursu publico alerentur, id fisci onus esse jussit. *Spartian. in Sever.* Ratio verò *affirmandi* adferri potest (1.) generalis, quod Angariæ inter regalia referantur, quibus Fisci commodum quæratur, ne is nimium oneretur. *Adde l. felicissimam* 2. *C. de quibus muner. vel præstat. nem. se licet excus. l. nullus* 21. *C. de curs. publ.* (2.) & ista specialis quod ad fabricationem armorum, quilibet subditi, etiam Illustres & privilegiati, ligna, carbonesque conferre jubentur *in l.* 12. *ibi:* carbonis quoq; (nisi eum, quem moneta solenniter, vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum) ab hujusmodi viris præbitio desistat. *C. de Excus. muner.* XVI. *Quæstio.*

Tametsi aliàs quoad angarias in genere distingui soleat: utrum illæ postulentur ad necessariam expeditionem an præter eam ad aliam causam pro beneplacito. Priori casu, ut si vel ad expeditionem bellicam, vel Romanam, (quam felicissimam Regalis numinis expeditionem vocant Lotharius & Fridericus Impp. *v. text.* 2. XVII.

feud. 54 f. itemque 1. feud. 1. § 4. & 7. ibique not. Freher. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6. verbo, cum copioso exercitu & in Comment. ad constit. Carol. III. de feud.) exigantur, ne ipsæ quidem Ecclesiæ excusantur. *l. neminem 11. (quæ est pars d. l. 2. de quib. muner. nem. se lic. excusar.) C. de SS. Eccles.* præsertim si calculus ordinariorum principis redituum ad hoc non sufficiat, *vid. Dn. Klocken. de contribut. in imperio usitatis th. 47. Mundium de muneribus cap. 3. num. 25.* Posteriori casu, si necessariæ expeditionis ratio cesset, ut in causa transfretationis ultramarinæ, acquisitionis novi territorii &c. ad talia onera subditos invitos vix cogi posse, colligitur ex traditis Dn. D. Klocken *d. loc. th. 49. Gloss. codic. Henriciani d. loc. ibi*: le Roy ne veut charger le peuple, si non que par la necessité. Quanquam Luc. de Penn. *in l. 1. C. ut rust. ad null. obseq. num. 17. & seqq.* insuper distinguat inter Vasallos & Burgenses seu alios subditos, ut illi fortius teneantur ad hæc & alia servitia jure Vasallagij, non item reliqui, bona feudalia non possidentes.

XVII. Et hæc quidem de Fabricensium functione, labore & onere. Nunc etiam de honore & emolumentis tractandum: Sed de honoris spe & incremento supra ex occasione dicere anticipavimus: Emolumenta sunt vel communia (cum cæteris scholis) vel propria. Communia posita sunt in annonis, i. e. speciebus, frumenti, vini, olei, panis, carnis, salis *Cujac. ad rubr. C. de annon.* quæ huic etiam scholæ tributa fuisse videntur. *arg. l. 1. C. h.* neque enim militibus tantum; sed etiam cæteris scholis deputabantur. *l. 2. C. de Curs. publ. l. 1. & 2. de off. prætor. l. un. §. cum autem in f. C. de R. V. A.* Joachim. Stephan. *ad Novell. 89. num. 3. ibi: statuti & deputati dicti sunt, qui annonam habebant certam, loco stipendij.* Quorsùm etiam pertinet successio: Nam si quis Fabricensium sine liberis vel legitimo hærede intestatus decessisset, bona ejus deferebantur sociis qui velut ob debita collegarum suorum attinebantur: ita successionis solatio vicissim, recreabantur. *l. 5. C. de hæred. Decurio. Guther. d. cap. 12. pag. 513.* Proprium (certè non omnibus scholis commune. *l. 7. ibi: qui devotioni nostræ deserviunt. C. de Excusat. mun.* 10. 47.) beneficium est, quod domus eorum, ubicunque tandem locorum constitutæ, à metatis eximantur. *l. 4. C. de metatis. ubi d.*

XIIX. *Applicatio hujus juris* Et hæc quidem de Fabricis & Fabricens. in Imperio Romano, cum penes Imperatores cuncta Regalia incomunicabiliter residerent, obtinebant: postea quàm verò Imperii Statibus Regalia etiam

com-

communicata sunt, *Paumeister. de Iurisd. lib. 1. cap. 4.* hâc parte jus immutatum fuit. Initio enim i.e. translato in Thraciam, deinde in Francos & Germanos, Imperio, loco Proconsulum, Præfectorum, & Præsidum, sub quibus nominibus antea provinciæ regebantur, Comites varii generis constituti sunt. *Thom. Michael de Iurisd. thes.* 180. & variis inde hostibus ingruentibus, Liminarchæ seu limitum defensores *Matth. Stephan. lib. 2. de Iurisd. part. 1. cap. 6. num. 92. fac. textus 1. feud. 14. pr. Amaya ad l. 1. C. de fund. limitrophis. pag. 226.* sed temporarij, solisque stipendiis ac salariis remunerati, *Ioachim. Stephan. lib. 1. de Iurisd. cap. 3. num. 37.* Postea verò, ut statum hostium melius discerent, in provinciis ad vitæ tempus sunt relicti, nec nisi sceleris convicti, aut alia magna ex causa, avocati. *Paul. Æmil. lib. 1.* Denique urgentibus Imperii fatis, partim ipsi provinciarum remotiorum præfecti, diuturnæ Impp. absentiæ & locorum distantiæ occasione captâ, publica jura ad se traxêre, suæque potestatis fecêre, *uti olim censebat Klocken de jure vect. th.* 19. partim Impp. quò sibi vel liberis Imperium firmarent, multa de Majestatis juribus proceribus & statibus ultrò concessêre, *v. Dn. Ioh. Stuckium disput. Academ. 1. θ. 44.* atque ut præfectos adversus hostes alacriores efficerent, provincias ipsis appropriarunt; certi, hos eò fortius sese gesturos, quò scirent, quicquid detraheretur, sibimet periturum, *Vultej. d. 1. feud. 1. v. omninò Arnis. 2. relect. polit. cap. 3. §. 5. num. 18. & cap. 6. §. 5. num. 124. Lehman.* in der Speirischen Chronic. *lib. 4. cap. 1. Ant. Coler. de jure Imper. Rom. thes. 958. Keckerm. disput. polit. ult. thes. 12. Besold. part. 1. de jure public. c. 4. pag. 123. ubi ex sententia Iulij Pflugii immutationis hujus originem ad tempora Friderici II. Imp. refert.* *ad hodiernum Respubl. Rom. statum.*

XIX. Post hanc igitur mutationẽ, nomina Ducum, Marchionum, Comitum, quæ administrationis olim fuerant, patrimonii facta sunt, plerisque præfectorum eius ditionis, cuius jura antea defenderant, appellationem adsumentibus. Andr. Knich. exquisitè *in tr. de superiorit. & regali territor. jur. cap. 1. num. 192.* Bachov. *1. disput. Treutl. 23. th. 1. h. t. C.* (quos ideò ipsorum Historicorum & autorum veterum loco allego, quod ex consilio P. N. Mozzii *tr. de Contract. Col. 1. num. 7.* modernià brevitatis studiosis adduci debeant, emissis antiquis, qui per relatos allegantur,) Hinc nata Doctorum hypothesis, quod postquam universale territorium & jus superioritatis, ad principes translata sint irrevocabiliter, Molin. *in consuetud.*

Parif. tit. 1. de mater. feud. §. 1. *gl.* 5. *in verbo le fief. num.* 49. *&* 59. tantum ij possint in suo territorio, quantum Imperator in Imperio *Wesenb. & allegati in paratit.* C. *de LL. num.* 3. *Bachov. d. disput.* 23. *th.* 1. *h. t.* C. quod, quatenus intelligendum sit, declarat fusè Reinking. *lib.* 1. *tr. de regim. secul. & Eccles. cl.* 5. *cap.* 6. *Heinric. Klock. de jure vecti. thes.* 10. *frustra vellicante Lampad. part.* 3. *de Rep. G. c.* 3.

XX. Eadem ferè potestas successu temporis acquisita etiam fuit liberis Imperii comitibus, & Statibus aliis, regali eminentia claris: *Bachov.* 1. *disput.* 3. *thes.* 6. *g.* Horum titulos & nomina à Germanis ad Romanos, fuisse traducta, sunt qui ex illis Taciti verbis colligant: Nec rubor inter comites aspici. Gradus quin etiam & ipse comitatus habet, judicio eius quem sectantur: Magnaque & comitum æmulatio, quibus primus apud principem suum honos: Et principum, cui plurimi & acerrimi comites. Hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum juvenum globo circumdari; in pace decus, in bello præsidium. *Hactenus Tacit. in Germ. c.* 3. Hinc deinde sumpti judices provinciarum & locorum: Quod Besold. *in thesauro pract. voce* Graff probat *ex LL. Ripuariorũ c.* 55. *&* 90. ubi hæc verba sc. habeantur: Si quis judicem fiscalem, quem comitem vocant, interfecerit. Eadem verba ex LL. Ripuariorum citat Limnæus *lib.* 4. *de I. P. cap.* 4. *num.* 11. Verum *cap.* 55. agit de Rachinburgiis, legem dicentibus (i. e. assessoribus comitum, qui adsiderent illi in burgo consilii causâ. Voss. *lib.* 2. *de vit. Sermon. c.* 16. *pag.* 262.) Nonagesimum caput autem planè desideratur. Habetur verò locus in antiquo diplomate regio; uti testatur Vossius *d. lib.* 2. *c.* 3. *pag.* 214. ubi similem locum ex Aventin. *lib.* 7. profert, sic notante: quos nos graphios, literatores, Comites, vocant. *Conf. text.* 1. *feud.* 26. *ibi: à comite vel populo jurare compellatur. Ac clarius in* 2. *feud.* 27. §. 2. *ubi judex & comes pro Synonymis accipiuntur.* Denique & ista officiorum atque functionum vocabula in dignitatis perpetuæ symbolum adscita sunt. *Vid. Besold. d. loc. in tr. de jure comitum peculiari.* Et ab Impp. tandem ipsis, quatuor insignes familiæ ad Quatuorviratum *Vid. post alios Dan. Otton. c.* 18. §. 11. *p. m.* 447. in hoc magnitudinis fastigio constituendum, accensitæ fuêre: Comes nempe (1.) Svvartzburgensis (2.) Clivensis, qui hodiè est Dux, (3.) Ciliensis, cujus generatione extinctâ, totum jus ad serenissimam domum Austriacam devolutum est:

&(4.)

& (4.) Sabaudiæ; qui etiam in principum ordinem est adscitus. *Dan. Otto. d. loc.* ac ita soli Schvvarzburgenses in Thuringia rerum gestarum gloriâ, ut & possessionum amplitudine illustrissimi (ex quorum etiam Gente fuit Guntherus contra Carol. IV. Imperator electus) supersunt.

Eadem haut dubiè ratione & civitates, (quæ omnes antea Imperatori subjectæ erant, & ab illo præsides datos habebant,) quædam Principibus cum tota provincia & ditione cesserunt, quædam speciatim Imperio ab Imperatoribus fuerunt reservatæ. *Arnold. Engelbrecht de Iurisd. Imper. thes. 53.* Hinc civitates in Imperio aliæ liberæ dictæ & effectæ sunt, aliæ Municipales. Illæ vel omnimodò à cunctis aliis superioribus liberæ sunt, ita ut nemini præterquam Imperatori teneantur, & simpliciter Liberæ dicũtur: vel modo quodã & quadantenus liberæ sunt, ita ut in nonnullis causis alium etiam superiorem comiter colant & revereantur. Carpz. *de L. Reg. c. 5. s. 2.* XXI.

De prioribus Alciatus *in l. censere. D. de V. S.* inquit: solæ antiquam indolem retinuerunt in Germania civitates, quas *Francas* vocant (vel villas publicas, quæ regni & Reipubl. non principum essent. Marq. Freher. *ad P. de Andlo lib. 1. cap. 16. vers. civitates.*) ut enim, pergit Alciatus, hæ Imperii fastigium libenter agnoscunt; ita tributis se gravari, violentiâ urgeri, tyrannide opprimi non patiuntur. Et Trajan. Boccalin. *Cent. 2. q. 6.* solas in Germania civitates eam Reipublicæ formam invenisse scribit, quæ diuturnitate etiam cum Monarchicâ certare queant, hocque tam olim Græcos, & Romanos quam Italos quoque latuisse. Quamvis autem has iterum nonnulli distinguant in Liberas Imperiales Freye Reichs-Städte. vid. Wehner *in observat. pract. verb.* Freihe Reichs-Städte. Isthanc tamen distinctionem parum huc facientem, omittimus. XXII.

Hæ igitur civitates cum in suâ Republ. tantundem possint, quantum de principibus supra diximus, Gail. *lib. 1. de pac. publ. cap. 6. num. 10.* Scip. Gentil. *de Iurisd. lib. 3. cap. 22.* vid. den gründlichen Bericht von allen vnd jeden der Freihen vnd Kayserlichen Reichs-Städte Privilegien Imperiumque modernum non solum super principes, sed & civitates sit fundatum, P. de Andlo *lib. 1. cap. 6* pari, quâ reliqui status, ratione, se & subditos suos armis instruere possunt. Quam in rem est Recess. Imper. de anno 1555. vnd demnach ein Kriegsvolck zu Roß / ubi statibus jus fabricandi & parandi tormenta bellica, Ge- XXIII.

ca, Geschütz / Artillerie vnd munition, habendi armamentaria, Zeug vnd Rüsthäuser/muniendi & exstruendi arces & fortalitia, tribuitur. Arnisæus *de jure Maiest. lib. 1. cap. 5. num.* 8. Quæ omnia ad Regalia pertinere docet Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 5. num.* 15. Quæ Regalia, & superioritatis jura, quatenus civitatibus Imperii competant, vid. Besold. *de Civit. Imper. thes. 9. Dan. Otton de jure publ. cap. 12. p. m. 447. tr. nost. de metat. cap. 6. th. 12. Bresl. th. 37. & seqq.*

XXIV. Reliquæ civitates, quæ vel modo quodā vel simpliciter aliis subsunt, ad eorum præscriptum jus armorum fabricandorum & habendorum exercere debent, nisi quatenus singulæ privilegiis exemtæ sunt, quæ inquirere hoc loco supersedeo. Municipales certè adhuc hodiè privatorum loco sunt habendæ, *arg. l. eum qui vectigal. 16. D. de verbor. signific.* Gail. 2. *observ. 57. num.* 8. quod de Liberis civitatibus nequaquam dici potest. Gail. *ibid. num. ult.* Paurmeister. *lib. 1. de Iurisd. cap. fin. num.* 17.

XXV. In suma: Principes isti, Comites, Barones, & Status cæteri, postq. Imperatori quàm Præsidi magis similes effecti sunt, Menoch. *cons.* 302. *n.* 21. ritè se comparant ad defensionem suorum terminorū, militibusq; suis & equitibus, quos antea suo sumtu aluerant, prædia per investituram conferunt, ut inde se alant, temporeque necessitatis sibi præstò sint. Quā de re eleganter *gl. ad art. 58. lib. 12. Iuris Saxon.* cujus verba non pigebit adscribere. Nach dem die Römer/ inquit, *glossat.* alle Welt bezwungen/haben sie auff eine jedere Landscheidung ja einen gesetzet / welchen sie einen Fürsten genennet haben (dict. quas. Fürsteher.)vnd ihme etliche Ritter zugeordnet/ dieselbe hielt er den bey sich in der Kost : hierzu nahmen dieselben Fürsten alle der bezwungenen Leute Aecker ein / vnd was vnter denselben zuvermieten taugte/ das thaten sie vmb einen gewissen Zinß auß / vnd hielten darvor jhre Ritter/ Was aber überblieb/solches gaben sie den Römern. Nachmals als die Lande alle bezwungen vnd in Friede wären / fiel es den Fürsten beschwerlich für/ die Ritter also steths auf ihre Kosten zuhalten / vnd darumb liehen sie jhnen die Güter im Lande / auff daß sie sich selbst vnterhielten/vnd dem Herren dafür gebührliche Dienst pflegeten.

XXVI. Indeque porrò patet, non solùm magistratibus, qui superioritatem territorialem habent, concessa fuisse arma & armamentaria, cum sine horum præsidio finem illum, quem supremus concedens principaliter spectaverat, (provinciæ nimirum defensio-

fensionem) obtinere non potuissent, *iuxta dicta supra in protheoria. th. 9.* Sed facultatem insuper communicatam, armandi quosvis homines istius tutelæ causa: Hinc factum, ut dilapsis ad sua prædia colenda militibus, arma singulis in manu relinquerentur, quò sta im ad signum datum in procinctu forent (*Vid. Pontum Heuterum lib. 7. fol. 341. ibi*: ante Cæsaris Maximiliani tempus, Germanis, exteri peditis nullus erat usus, sed urgente bello Principes & Respubl. pedite oppidis & agris excito utebantur &c.) maxime equitibus der Ritterschafft/ quo nomine olim nobiles præcipuè indigitabantur, Besold. 1. *Polit. 11. num. 45. conf. Dn. Mæv. ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 2. art. 1.*

Porrò, quia sumptus ex agris, non è publico ad victum & amictũ militibus præbebantur, etiam collegia Fabricensium erecta, XXVII.
qui militibus arma fabricarent, corruptaque reficerent: ubi approbati collegio & jam quadantenus in numerum allecti, *Fabricenses* nominari adæq; possũt, quippe publica quasi autoritate ordinis sui, von E. E. Gericht/ censiti & idonei judicati, qui arma fabricent: Planè ut & hic titulus, de Fabricensibus, in eorum personis non omninò videatur exolevisse. Nam Fabricenses isti, etiamnum certo auctoramento, nec sine solennibus initiamentis, tirones suos recipiunt; tum artem doctos intra certa tempora ad conditionem liberaliorem & ut sic dicam, ad honores secundiceriatus & primiceriatus, *Vid. Besold. 1. polit. 12. th. 23.* vel potius ad consimiles honorum gradus, pro illis introductos, promovent: Neq; aliis temerè huic negotio licet vacare: nec fabricensibus istis, manum aliis negotiis & opificiis admovere fas est. Porrò arma fabrefacta neque hodiè solutum est hostibus distrahere. Et quæ alia comparationis emblemata & simulacra adduci possent, si id tanti foret *vid* Bayerisch Landrecht *lib. 4. tit. 1. §. 2. ibi*: von den Lehrjungen vnd wie die sollen beschaffen sein. *& seqq. item* § 7. *ibi*: daß die Lehrjungen im Lehrjahre völlig außlernen sollen. §. 9. von Meisterstücken *&c. add* der Römisch. Kais. Maj. Ratificirte Reformation Ordnung auff das Innenpergerische Eisenwesen; Summam dispositionis colligere licet ex juramento præfectorum: auß der Eidesform so die Zech vnd vier Meister laisten/ quæ ita habet: Ihr werdet einen Aidt zu Gott dem Allmächtigen schwören/ vnd bey ewern Ehren vnd Trewen angeloben/ dem Allerdurchleuchtigsten &c. erwöhlten Römischem Kaiser &c. getrew/ gehorsam vnd gewärtig zu sein/ der Zunfft Hammerschmidt vnd Beschawordnung/

trewlich vnd ehrbarlich nachzukommen / die Arbeiter zum Fleiß anzumahnen / vor Aufstand vnd vnnöthigen Steigerungen so viel an Euch trewlich abzuhalten / was jhr darinnen vngleichs oder nachtheiliges vermercken werdet / dehnen so dem Eisenwesen vorgesetzt / anzuzeigen; sonderlich aber ob die geschwornen Stehel vnd Eisenbeschawer in den Hammern jhr Ampt fleissig vnd erbarlich verrichten / achtung zuhaben / vnd so die solches nicht thäten / sie darzu anzumahnen / oder den vorgesetzten deß eisenwesens die mängel anzubringen ꝛc. Neque tamen diffitemur conversa Reipubl. facie, plurima mutata & ad modernũ statum accommodata esse: uti vel ex collatione elegantis & lectu dignissimæ Formulæ, ad præpositum Fabricæ armorum (sic enim supplenda est inscriptio illa *ex cap. 19.*) de armorum factoribus, olim perscriptæ, constat: *quæ habetur apud Caßiodorum lib. 7. variar. 18.*

CAPUT II.

De Armorum Commercio.

I. *Commercium armorum interdictum, etiã inter cives; a Iustiniano.*

SEquitur, *ex ordine cap. 1. n. 1.*, ut de armorum cõmercio dispiciamus. Cõmercium aliquarum rerum absolutè interdictum est; aliarum secundum quid, certis tantum personis *C. A de contrah. emt. th. 20. Wesenb. parat. de usucap. num. 10.* Illius generis sunt res sacræ, quà tales *l. 6. pr. l. 22. 25. 51. de contrah. empt.* liber homo *l. 6. pr. l. 34. §. 2. 2. l. 70. eod. tit.* res publicæ. *l. 22. l. 51. d. t. ubi C. A plures species recenset th. 24. & seqq.* Hæ enim res usibus hominum dominioque subiici & in obligationem deduci, alienarique & adquiri simpliciter nequeunt. *l. 39. §. ult. de legat. 1. l. 1. §. 2. Quæ res pignor. l. 6. de contrah emt. Ulpian. tit. 19. vers. 5. Theoph. §. 2. I de Inut.. stip.* Ad genus posterius, *v. C. A. d. loc. th. 87. & seqq.* quod Galli vocant; marchandises de contrebande, Morn. *ad l. 2. C. quæ res export.* pertinet etiam interdictum de armorũ cõmercio *d. loc 92. th. 92.* Hoc verò respicit vel *cives* Reipubl Romanæ (quales omnes sunt, qui in orbe Rom. degunt. *l. in orbe Roman. 17. de stat hom.*) vel Barbaros. Quod ad cives distinguendum inter jus vetus & novum. Jure novo, à Justiniano omne armorum commercium

cium interdictum esse, colligitur. *ex Nov. 85.* ita ut ne inter cives quidem sit admissum, sed sub eadem pœnâ quâ Fabricatio, prohibitum *d. Nov. 85. cap. 4. ibi : & emere.* Siquidem Fabricenses & deputati suppliciis subijciuntur, si arma publico armamentario non inferant, sed inter privatos distrahant, *cap. 2. in fin.* & privati Fabricenses, qui extra numerum sunt, si tale quid agere comperti sint, pœnam tàm pecuniariam quàm capitalem formidare jubentur. *d. Nov. 85. c. 3. §. 1.* adeo, ut arma etiam emptoribus auferantur, sine pretii restitutione, publicoque vindicentur. *d. cap. 2. in fin.* denique & magistratibus, ad quorum curam hæc pertinent, graves pœnas Imperator interminatur, si commercium tale admittant, nec sedulò Mandata custodiant. *d. cap. 3 §. 1. in fin. Ioachim. Stephan. ad hanc Novell. 85. num. 6. & ult. Dn. Mævius d. art. 1. num. 56.*

Et hæc quidem ita Justinianus Novella illâ suâ constituit: ante ipsum verò arma promercii causâ habere licuisse docet apertè *l. excipiuntur 2. D. ad Iul. de vi publ.* quæ lex ideò cum ista Novella committi solet. *Anton Matthæi tr. criminali ad L. Iul. de vi publ. & priv. num. 4. pag. 487.* An igitur dicendum est (1.) diverso Reipubl tempore, diversa placuisse? An (2.) armorum licitorum commercium intelligendum est, quibus quis in venatione itinereve utatur, juxta *l. 1. D. eod* ut ita (3.) arma quæ supra definita sunt, hoc est, quæ ad id ordinata, ut illorum in prælio usus sit, habere domi privato aut possidere non fuerit integrum; Ea verò, quæ rudiora, (uti venabula quæ ad venationem bestiarum aut usum itineris composita) in commercio & manibus privatorũ fuerint; [4.] An temporaria illa interdictio fuit, uti sentiebat olim Nobiliss. Dn. Jacobi Gothofredi; Quod suadere etiam videtur præfatio *d. Nov. 85.* Et prohibitionem comercii jure anteriori tantum ad Barbaros pertinuisse ex *l. 11. pr. de public. & l. 2. quæ res export.* colligit *Colleg. Argent. de contrahend. empt. 6. 92.* Quanquam Novellam hanc omnimodò in usum revocandam esse censeat Dn Perez. *in paratit. C. quæ res exp. non deb. n. ult.*

II. *Non æque olim.*

Hodiè, pacato inprimis Reipubl statu, commerciũ istud inter cives ferè liberũ est, *uti paulò ante declaratum*, nisi à territorii cujusque Domino singulari ex causa aliquando id prohibeatur: Quinimo cives specialibus mandatis ad armorum comparationem alicubi adstringi solent, eamque in rem *inspectores* delegari, qui num arma in promptu sint eaque expedita & polita, lustrent, quibus omninò

III. *Neq; hodiè, statu pacato.*

parendum esse monet Paris. *cons.* 171. *num.* 19. *lib.* 4. *Decian. tr. Crim. lib.* 8. *c.* 3. *num.* 68. Et hæc de civibus. *Conf. Anton Matth. tr. Crim. lib.* 48. *tit.* 4. *c.* 4. *p.* 510. *n.* 1. *Dn. Berneg. q.* 127. *in Tac. Germ. Mæv. d. lo. n.* 46.

IV. *Inter extraneos jugis prohibitio.* *Barbari*, elegantioris cultiorisque ingenii hominibus olim dicebantur exteri, qui diverso ab illis sermone uterentur, q. crassi lingues vel duri lingues. *ut ex dicterio Agamemn. ap. Sophocl. in Ajace. probat Mornac. ad l.* 1. *C. Quæ res export. non deb.* Romanis autem dicebantur & Impp constitutionibus intelliguntur, omnes gentes, quæ Romanæ non erant, nec ambitu Rom. Imperii continebantur, *l. Romanæ* 2. *C. de Eunuch.* etiam ipsi socii. ut apud Liv. *lib.* 25. *cap.* 33. *& lib.* 28. *cap* 17. *v. Alciatum ad l. scriniis* 7. *C. de Palat. sacrar. lib.* 12. *Gothofr. ad l.* 6. *in fin. de bon. damnat.*

V. De his tractat potissimum *d. l.* 2. *C. qua res exp. non deb.* ubi habetur & prohibitio & pœna Prohibitio proponitur *tum in sese*, quod Barbaris seu legationis specie, sive alio quocunq; *v. g. induciarũ*, prætextu, Constantinopolim aut alioe vrsum, ubi arma fabricantur, venientibus, neutiquam vendenda sint, cujuscunque generis arma, imo ne ferrum quidem vel factum vel infectum, ex quo ab ipsis arma cudi possint: *Tum* in addita confirmatione & *ratione* ab utilitate publica desumpta. Nam ut Tacit. 2. *annal. cap.* 21. loquitur: Barbari à Romanis armorum genere facilè superabantur, quod illis non lorica, non galea, ne scuta quidem ferro firmata essent: *v. idem de morib. German. cap.* 43. *&* 16. Quod si ergo ferro adjuti fuissent, maximè id periculosum Reipubl. futurum fuisset. Decian. *d. l.* 8. *cap.* 2. Adeoque rectè Imp sub *pœna* confiscationis omnium bonorum capitisque periculo hanc in Barbaros distractionem præcavet. Alexand. *cons* 130. *num.* 7. Sed & antiquitus lege Jul. Majest. tenebatur, cujus operâ hostes populi Romani armis, telis, equis, pecuniâ, aliâve quâ re adjuti erant *l. cujusque dolo* 4. *D. ad l. Iul. Majest.* Imò ne cotem quidem ferro subigendo accommodam, vendere iis licitum fuit *l. cotem* 11. *D. de publ. & vectigal.* (unde apparet *arma* hoc loco paulò latius dici. *Decian. alleg. loc.*) Quanto magis animadversionem merebitur ille, qui conficiendi machinas bellicas, incognitam ante peritiã, Barbaris detexerit *l. his qui* 25. *C de pœn* Cujusmodi facinoris autorem nominant Troilum Pignatellum, qui ineffabili Christianorum malo Turcis tormentorum conficiendorum rationem tradiderit, *Zvvinger. theat. vit. hum. p.* 3581. *Panciroll. de N. R. tit.* 18. *p* 665.

Quam-

VI. *Etiamnum hodiè dicunt.*

Quamobrem & Papa Romanus hodienum die Jovis, qui Paſchatos feſtum antecedit, more antiquitus recepto, diris imprecationibus devovere atque exſecrare ſolet illos, qui Saracenis, Turcisve arma ſubminiſtrant. Schleidan *lib.3 hiſtor.* (Formula extat in Bulla Paſchali S. Cœnæ *Ann. 1536. ſedente Paulo III. promulgata: §. 7. ibi:* Item, excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, ſtannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera atque bellica inſtrumenta, ligamina, canabem, funes, tam ex ipſa canabe, quam ex alia quâcunque materia, & ipſam materiam & alia hujuſmodi, quibus Chriſtianos impugnant, deferunt Sarracenis, Turcis & aliis Chriſti nominis inimicis. Nec non illos, qui per ſe vel alios, de rebus, in Chriſtianorum perniciem & damnum, ipſos Turcas & Chriſtianæ religionis inimicos certiores faciunt, illiſque ad id auxilium conſilium vel favorem quomodolibet præſtant. Non obſtantibus quibuſcunque privilegiis & conceſſionibus, quibuſcunque Principibus & Dominis ſive privatis perſonis per nos & prædictam ſedem hactenus conceſſis, quæ illis nolumus in aliquo ſuffragari) Quemadmodum & jure Canon. venditores ejuſmodi excommunicari jubentur & ſervi capientium efficiuntur. *C. ita quorundam 6. c. ad liberandam 17. ext. de Iudæis.* Quod Dd. ita interpretantur, ut ne quidem intentio deferentis ſit requirenda, an ut Chriſtiani iis impugnentur, an verò lucrifaciendi conſilio quis arma vendiderit; ſed ſufficiat ad criminis hujus conſummationem arma Barbaris vendita fuiſſe. Alex. *d. conſ. 130. poſt. num. 1.* quem refert Boer. *deciſ. 178. & Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 77. num. 25.* Reſpiciendum enim ad id, quod lex coërcere voluit, ſc. venditionem, *v. quæ pene in ſimili diſputantur ad l. ſi quis 3. D. quod quiſque jur. in alt. ubi Weſenbec. in paratit. num. 2. itemque ad l. Corn. de Sicar. num. 16.*

VII. Imò hujuſmodi prohibitiones adhuc quotidie etiam inter populos Chriſtianum nomen profitentes, peſſimo luctuoſiſſimoq; exemplo inter ſe belligerantes, frequentantur. Sic anno 1563. Livoni contra Lubecenſes ap. Ferd Imp. egerunt, ne cum Moſcis tractarent: Imp. autem pronunciavit, providere debere Lubecenſes, ne ardente inter eos populos bello, ex armorum importatione ullum Imperio periculum creetur, *Thuan. lib. 63.* Hoc modo & anno 1594. in ordinum Belgicorum conſilio diſceptatum fuiſſe *Thuan. lib. 79.*

lib. 6. histor. refert, an commeatus & armorum, cæterarumque rerum commercium & vectigalia pro vectione pendi solita, hostibus & incolis ultro citroque permitterentur an prohiberentur? Hîc nonnullos proposuisse, quod urbes atque adeò provinciæ maritimæ ex negotiatione quæstum facerent, pecuniæque ex vectigalibus collectæ maximè ad belli sumptus necessariæ essent: Aliquos contra disseruisse, quod piaculum magnum probrumque sit, commodi causâ publicum hostem alere, qui si subvectione illa prohibeatur, brevi fame & rerum necessariarum pecuniâ periturus sit, sublatâ sc. sustentandi urbesque obsidendi facultate. Et has rationes tenuisse affirmat, ad Edictum condendum, quo, præscriptionis pœnâ additâ, commeatus armorum ac cæterarum mercium ad hostes, & ab hostibus ad provincias unitas subvectio, prohibita sit. Briss. *in Codic. Henric. lib. 14. tit. 12. §. de fendons detransporter hors nostre Royaume armes, barnois & toutes sortes de munitions de guerre.* Eamque prohibitionem, supposito bello legitimo, meritò sustineri, probat Coll. Argent. *ad L. Iul. de vi publ. th. 10. num. 11.* Et quidni hoc jus ubique sartum tectum conservemus: cum & Turca non facile permittat, ut gladius suus leviter incurvus, (qui illis Kilitsch dicitur) ad exteros vænalis exportetur, *Philip. Camerar. horar. success. Cent. 1. cap. 76. Dn. Bernegg. ad Tacit. Germ. q. 20. Ludovic. Servinus volum. 2. de ses plaidoyez. Orat. 11. pag. 248. ubi tamen Regi suo persuasit, ne observantia sanctionis eius à fœderatis acerbè nimis exigatur.*

Sed quid *de vaginis armorum* dicemus? Fingamus enim reli-
VIII. quarum rerum commercium permitti, armis duntaxat exceptis. Uti quæstionem in facto contigisse memorat Petrin. Bell. *tr. de re milit. par. 9. tit. de salv. conduct. n. 26.* Fuerat, inquit, conventum inter belli duces, ut armis cujuscunque generis exceptis, reliquæ merces, ultrò citroque impunè deferrentur: fortè mercator vaginas ensibus recondendis attulit, is in commissum incidisse dicebatur, cum armis deferri prohibitis, etiam vaginæ, ut accessorium, prohibitæ, censeantur: quærebatur an jure? Ita putat post Rebuff. Alberic. Gentil. *in l. ferri propriè 235. de V. S.* Verum negativa verior videtur (1.) quod armorum nomine vaginæ non veniant, *ut ex dictis supra in protheoriâ liquet.* (2.) quod ideo arma excepta videantur, ne hostis validior reddatur, *per d. l. 2. C. quæ res exp. non deb.* At de vaginis

istud

istud prædicari non potest. Menoch. *A. I. Q. cas. 95. n. 23. & seq.* Vix quicquam contra valet, quod se vaginæ ad arma referant neq; sine vaginis ferè conservari possint. Id enim nec usque verum est, nec valde stringit. Nec argumentum à cotis prohibitione obsistit *d. l. 11. de publican.* Diversa enim ejusdem est ratio, cum ferro subigendo necessaria sit. *d. l. 11 Plin. 36. cap.* 22. sicut etiam hoc casu cotes, non impunè ad hostes transferri posse arbitremur. Refertur simile Athen. decretum ex Demosth. *orat.* περὶ παραπ. omissum *à Sam. Petit. lib. 5. de ll. Attic. tit.* 5 ubi tamen de ficu, ligno, pice, non exportandis, interdicta colligere allaboravit.

CAPUT III.

De Possessione Armorum, permissa vel interdicta.

CUM tantoperè Romani circa armorum dispensationem solliciti fuerint, ut neque fabricationem, neque commercium illorum privatis permiserint: Videndum nunc, an & possessionem armorum propriè dictorum, privatis ademptam voluerint. Et Justinianus quidem suâ sanctione Novellâ, quæ *de armis* inscribitur, armorum commercio in posterum civibus interdixit; simulque præsidibus provinciarum seriò inhibuit, *in l. ult. C. de metat* (à Cujac. restituta) ne dum per provinciam oberrant, pretia accipiant, προφάσει ἀποπλισμῶν, i. e. ne privatis arma auferant, (unde liquidò colligitur auferri voluisse, ubicunque reperta arma. *l. 4. C. de vestibus holoberis. l. 6. §. 1. & 2. de extraord. crim.*) Sed ut jam antea notavimus, temporaria interdictione, neque ideò *possessione armorum* eorum quæ antea quæsiverant, interdixisse illũ penitùs omnibus, judicabat jam olim Dn. Jacob. Gothofredi, *cui sententiam hanc totam imputamus, cum olim aliter sentiremus.* Nec audiendos putabat eos, qui ab istâ commercii interdictione, ad possessionis veterum armorum jam antea quæsitorum, omnimodam interdictionem, argumentantur. Menoch. *de A. I. Q. 394 n. 24.* Quod enim, argutantur: nulli privato arma vendere licuisse, ergo nec habere: id hactenus largiebatur: paulatim ex men-

I. *Possessio armorum an privatis adempta à Iustiniano?*

mente Justiniani rem eò perducendam fuisse, post sæculum fortè, armis veteribus absumptis, vel rubigine exesis: sed hunc scopum, quamlibet retentis veteribus armis, Justinianum assecuturum fuisse, quod & *initio Nov.* prodat, *& cap. 3. ibi: hoc facto & subtiliter observato, licentia penitus nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alteros.* Et hæc de Justiniani mente, vel potius nonnullorum Interpretum: Alii enim generaliter interdictum hoc enunciant, uti Joachim. Steph. *ad d. Nov. 85. num. 6. ibi*: Et sic *primò* interdicitur privatis ne arma fabricent, vel opus publicum fabricandi habeant. Fabricensibus *similiter* interdicitur ne privatis fabricent: *privatis* ne emant, gerant, *aut habeant*: (præcipuè rustici ac coloni, quibus cura agriculturæ incumbit) Nec *quoq;* civibus, oppidanis: sed solùm militibus, qui in expeditione vel acie sunt, armorum gerendorum sit facultas. *hacten. Steph.*

II. *Utrùm à laboribus Legum antiquioribus.*

De vetustiore ante Justiniani Novellam jure, distinctius inquirendum. Et quantum ad *devictas gentes*, vel etiam rebellantes civitates attinet: Romani temeritatem esse judicabant, si ipsis arma possidere permitteretur. *Tacit. 2. hist. 6.* Sic Julius Valens Viennenses in Galliis rebellantes armis publicè multavit. *Idem 1. Hist. 6.* Et omninò solenne hoc fuit: dedere Imperatorem, arma ponere victos jubere. *Liv. lib. 4. cap 10.* Hinc Faleriorum Legati ita perorant: *Mitte*, ajunt, *qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant. Idem lib. 5. cap. 27. & lib. 21. cap. 57. Postero die, deditione facta, Victuvienses præsidia intra mœnia acceperunt, jussique arma tradere, cum dicto paruissent, signum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent.* Ita Publ Ostorius Britanniæ proprætor, cæsis qui se in agros sociorum effuderant, hostibus, iis, quos consectatus erat è disiectis, ne rursus conglobarentur, infensaque & infida pax non Duci, non militi requiem permitteret, arma suspectis detraxit. *apud Tacit. 12. Annal. 31.* Sic & Cæsar omnibus armis ex oppidis collatis, devictos in fidem recipere solitus fuit, ut scribit ipse *lib. 2. de bell. Gallico.* Ita alii quoq; victores procedere consueverunt. Quanquam aliquando singularibus ex causis arma devictis relicta legamus. Quam in rem aliquot exempla de Trans-Alpinis Gallis & Liguribus, quibus arma à militiæ Imperatoribus detracta senatus reddi jussit, ex Livio decerpta, videri possunt *apud Amirat. lib. 1. differt. polit. discurs 5. p.m. 35.* Nam ex prudenti & arcano consilio Herennii Pontii Samnitis

nitis; ſi ſine noxia victus dimittatur, fida æternaque ob beneficii memoriam pax. Arma adimere jure belli quidem licet: ſed ademptio iſta cum injuriæ ſpeciem contineat, nec amicos aut fidos parit, nec metum hoſtilitatis tollit. *Vid. Liv. lib. 9. cap. 3. Arniſ. 2. relect. polit, cap. 3. ſect. 8. num* 80.

Eandem legẽ & neceſſitatem abſtinendi ab armis etiam *Romanis* aliquando impoſitã legimus. Sicenim olim in fœdere, quod poſt expulſos Reges cum pop. Rom. icit Porſenna, nominatim comprehenſum fuit, ne ferro, niſi in agricultura quis uteretur, ne ſtylo quidem ſcribendi causâ. *Plin. lib. 24. cap.* 14. Quod Iſidorus ita explicat: juſſiſſe Romanos, ne ferreum graphium quis haberet. *Arniſæus de jure Majeſt. lib 2 cap.* 1. Poſtea quoties exercitus Romanis ducendus aut armiluſtrium inſtituendum erat, arma ex rupe Tarpejâ deſumebantur. Unde illud Lucani: *jam rupes Tarpeja ſonat.* ſic apud Livium habetur *lib. 2. cap.* 52. octo millia Juvenum validorum in magno metu victoris Annibalis ex ſervitiis empta, prius ſciſcitatos ſingulatim, vellentne militare? publicè armatos fuiſſe. Et apud eundem *lib. 3. cap.* 15. In tumultu ſervorum alternas voces, ad *arma, & hoſtes in urbe ſunt*, auditas; Conſules & armare plebem & inermem pati timuiſſe: Dediſſe tamen arma, non vulgo; tantum ut in incerto hoſte, præſidium ſatis firmum ad omnia eſſet. Et apud Tacit. 1. *Hiſtor.* 34. Galbam aperire armamentarium iuſſiſſe. *v. cap.* 80. *eiuſd. lib.* Latinis idem obſervandum fuiſſe vel ex illo Livii *lib. 2. c.* 30. apparet, ubi in hæc verba ſcribit: Æqui Latinum agrum invaſerant, Oratores Latinorum à Senatu petebant, ut aut ſubſidium mitterent aut ſeipſos tuendorum finium causâ arma capere ſinerent. Tutius viſum eſt, defendi inermes Latinos, quam pati retractare arma. *conf.* 1. *Sam.* 13. *n.* 19. & 20. III.

Ex quibus tamen omnibus non rectè inferri cenſebat Dn. Gothofredus, *poſſidere* arma regularirer & ordinariè nulli licuiſſe: IV.
Cum illud tantum rectè colligatur: his quibus arma non ſuppeterent, in ſubitaneo & promiſcuo delectu arma publicè data fuiſſe. Nec juvabant opponentes, alia loca quæ docẽt; Romanos Magiſtratus modò in urbe Româ, modò in provinciis nonnullis edixiſſe, *Ne telum quis haberet* ſeu *ne ullum telum in urbe vel provincia eſſet*, apud Cic. *in 5. Verr. Val. Max. lib. 6. c.* 3. Plin. *lib.* 34. *c.* 14. de quib. & Menoch. & T. Decian. *dd. loc.* Quemadmodũ & Lipſius refert Plinii tempore,

edictum extitisse Cn. Pompeij Mag. in III. consulatu vetantis telum unum in tota urbe esse. *in orat. Ienens.* 4 *pag* 56. Nam & hoc extraordinem ob tumultum vel latrocinia ita sancitum fuisse, perhibebat.

V. *An L. Iulia simpliciter prohibuerit possidere arma?* Ut ad *L. Iuliam* propius descendamus, cujus autorem existimamus esse J. Cæsarem (etsi Hotom. & Matth. ab Augusto latam contendant: Quod sane Suetonius in recensione illa legum, quas de integro Augustus sanxit *c.* 34. *in eius vitâ*, non prætermisisset: qui idem Jul. Cæsarem pœnas facinorum jam ante auxisse testatur, in Julio *cap.* 22.) *v. Vultej. & Giphan. ad* §. 8. *Instit. de public. Iud.* Putet igitur quis non verisimile, ut Jul Cæsar inter minus fida Imperii per vim *Ita volunt nonnulli quorum* occupati: (Plutarch. *in Cæsare.* Flor. *lib.* 4 Div. *lib.* 44. Oros. *lib.* 6.) initia, populo arma in manibus reliquerit, non ignarus cuncta in illorum manu esse, quibus arma sint *v. infr. part.* 2. *cap.* 10. Verum neque probabile est, hoc medio Jul. Cæsarem usum fuisse; neque hoc ad rem facit; abunde enim Jul. Cæsar suæ quidem severitati robustissimis militum legionibus; civium autem in urbe saluti eâ ratione cavit, quam L. suâ Juliâ complexus est, ne quisquam cum telo ambulare posset in publico.

VI. *Rationes.* Atqui L. Juliâ coërcetur initiò, qui arma, tela, domi suæ, agrove in villa, præter usum venationis, vel itineris, vel navigationis coëgerit. *l.* 1. *D. de l. Iul. de vi publ.* Excipiuntur in *l.* 2. arma, quæ quis promercii causâ habuerit, quæque illi in hæreditate obvenerint: Iterum in *l.* 3. §. 1. eiusdem legis Juliæ reus fit, qui pubes cum telo in publico fuerit. Hîc jam olim Accursius verbum *cogere*, quod *in d. l.* 1. reperitur, interpretatus est per *habere*: (quod ipsi haud dubiè suggessit exceptio *in l.* 2. *& l.* 9. *d. t.* quæ debet esse de regulâ, per vulgata:) Hoc sensu: ut ea vox ad conatum satagentis arma contra prohibitionem habere & possidere trahatur; adeoque velut is, qui vel unum saltem hominem ad facinus aliquod patrandum habet, homines coëgisse dicitur *in l. prætor. ait.* 2. §. *sed etsi unus* 6. *de vi bon. rapt.* Ita etiam, qui vel unum duntaxat gladium præter jus & fas conquisivit, arma coëgisse intelligetur.

VII. Eandem sane sententiam reperias apud Menoc. *h. d. cas.* 394. *num.* 28. & 57. scilicet quod primo L. Juliæ capite prohibeatur, *ne quis arma domi habeat*, etsi vim nullam inferat; quasi tunc lex pro eo

id ha-

id habeat, ac si illa meditatione reposita sint, uti iis noceri possit: Idemque per hunc ipsum textum in curia Archiepiscopali Neapolitana decisum fuisse, invenies apud J. Alois. Riccium. *decis. d. curiæ* 209. *num.* 2 nempè ut pœna imposita arma gerentibus obtinere etiam debeat in detinentibus ea domi.

Denique & huic explicationi congruere videatur. *d. l. unic. C.* VIII.
ut armor. usus. si & ibi *arma movere*, pro habere accipiatur: argumento alterius legis quæ in codice Theodosiano *lib.* 15. *tit.* 15. extat & *d. l. un.* jungenda est; cuius cum inscriptio sit, *de equorum usu*, veluti huius *l. un. de armor. usu*: textus tamen *de licentia habendi equini pecoris*, conceptus est: Rubrum & Nigrum ita se habet *L. 2. C. Theodos. quib. equor. usus concessus est aut denegatus. Impp. Valentinianus & Valens ad Bulephorum Cons. Campaniæ. post alia: ut omnes latronum conatus debilitati conquiescant, pastoribus rei nostræ, id est, lanigerarum ovium, pecudumve custodibus, nec non etiam procuratoribus & actoribus senatorum*, habendi *equini pecoris licentiam denegamus, sub hac videlicet interminatione, ut ij qui nostræ mansuetudinis statuta tentaverint violare, abactorum supplicia tolerare cogantur. Dat. III. Non Octob. Altini, Divo Ioviano & Varroniano. Coss.* Ex quo textu junctâ *nostrâ l. un.* hoc colligatur: Impp. cum deprædationes tollere vellent, quam exercebant latrones, & *armati*, ut inermes facilius opprimerent, & *equites*, ut facilius dilaberentur: utrumque hâc constitutione prohibuisse, nempè, ut nullo privato ipsis insciis & in consultis arma aut equos habere liceret. IX.

Refutata ex sententia Dn. I. Gothofredi.

Hæc & similia, Alii olim differebant: At Dominus Gothofredus è contrario disputabat: dictam *l. 1. ad l. Iul. de vi publ.* nequaquam de simplici possessione; sed de coactione plurium & variorum armorum ad machinandam vim aliquam, *prout verba sonant*, accipiendam esse; Id enim complurima docere: primum vocem *cogendi*, quæ utique non simplicem & nudam aliquam armorum possessionem indicet; verùm plurium collectionem, congestionem, cumulum. Quod etiam rectè animadverterit Decianus, *tr. crimin. lib. 8. cap. 2.* qui ideò inadvertentiæ dicam Accursio aliisque scribat: itemque *cap. 3. num. 5.* verbum *cogere* JCtum non sine mysterio usurpare maluisse, quam habere. Secundò, tres exceptiones quæ subiiciantur id manifestissimè comprobare. Dici enim: cogere licere arma in triplicem usum, venationis, itineris, navigationis, Relinqui ergò: arma habere, possidere per L. Juliam licuisse. Idem

ex inductione *l. 2.* patefieri. Et quorsum *tertiò* prohibitio recensita sup. *thes. 6. l. 3. §. 1.* nisi saltem telum habere licuisset? In quiebat.

X. Nec valdè movebat virum gravissimum, quod à dissentientibus opopponebatur ex Edicto de vi bonorum raptorum; Regerebat n. in eo Edicto non tàm numerum coactorum respici, quàm conatũ, *Gœdd. ad l. 40. de V. S.* vel conatum ibi non ad armorum possessionem; sed ad vim ablativam collimare. Dici etiam posse: Mentem & intentionem Prætoris vel in uno coacto; & sic collectivum hoc *familiæ*, in singulari verificari; Namque ex eadem Prætoris mente; etsi solus ille damnum dederit, verba Edicti non deficere *d. l. 2. §. 7. ff. vi bon. rapt.* Neque novum esse, ut collectiva hæc substantiva, vel in uno verificentur, ex mente legis aut testatoris.

XI. Sanè quod ad Menochii autoritatem attinet; Is sibi ipsi non satis constat: dum *eodem casu num. 86.* disertè, sed oscitanter, si superiora compares, in hæc verba erumpit: Arma in domo habere Lex Julia non prohibet. Quod scitum denuò laudat & consensu aliorum roborat *consil. 1205. incip. etsi doctæ.* ex Burssato *lib. 3. consil 33. num. 31.* scribens: Prohibitionem *deferendi arma*, non comprehendere eum, qui arma in domo retinet, etsi facile ea extrahere inde & deferre possit. Pari constantiâ Riccius *in pr. d. decis.* fatetur, ex juris dispositione *per d. l. 1.* posse teneri arma domi, & id magistraliter Decianum ostendere.

XII. Restat *l. unic. C. ut armor. usus*: sed vocem, *movere*, pro *uti*, positam ibi esse, plurimi docent. Neque contrarium ex conjunctione *l. un. C. Theodos. de equorum usu*, satis evidenter evincitur: Equorum enim possessionem & usum ibi pro eodem accipi oportere, ita Dn. Gothofredus probabat: Cum equorum usus itineris per Campaniam causâ prohibeatur, nullus autem equorum ibi usus fuerit nisi itineris gratiâ (in urbibus enim equis sedere non licebat, & bobus non equis Campania exercebatur) sanè vi ipsâ, habendi equini pecoris licentiam denegari, cum nullus alius quàm itineris causâ usus eorum esse posset; Sed non ideò è converso, cum armis uti seu gestare prohibitum sit; statim consequi, eorum possessionem etiam sublatam fuisse. Nam & publicè interesse arma, propter ingruentem de subito necessitatem, cives & subditos in parato habere. Besold. *lib. 2. polit. c. 7. num. 3. & seqq.* Sic ille.

Recen-

XIII. Recentiores ita censent: leges veteres hac parte indulgentiores fuisse; ac paulatim principum constitutionibus arma privatis penitùs fuisse excussa. Nam *ante legem Iuliam*, arma tantum *in urbe* habere non licuisse; Extra urbem licuisse. Id docere Ciceronem pro Milone, cum scribit: Insidiatori & latroni, quæ potest afferri iniusta nex? quid comitatus nostri, quid gladii volunt? quos *habere* certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. *Hæc Cicero.* Porrò *legem Iuliam* vetuisse etiam in agro & villa arma habere; Sed excepisse tamen legem tres illos casus: si quis ex delata hereditate, aut salutis suæ causa, aut promercii gratia haberet. Et licuisse adhuc *Martiani tempore* arma *promercii causa habere*, colligi ex constitutionibus eius, qua vetat ea barbaris vendere *l. 2. C. quæ res export. non deb.* Tandem constitutionibus *novis* armorum usum, atque promercium privatis penitùs interdictum esse: nec permitti, nisi commercium parvarum machærarum, aut cultrorum, quorum nullus in prœliis usus sit. *d Novell. 85. cap. 4.* Ad quas machæras exceptio legis Juliæ (de armis salutis suæ, vel itineris, vel venationis causa paratis) trahenda nunc videatur. *Ita A. Matthæi lib. 48. ff. tit. 4. de vi public. & privat. cap. 1. n. 4. pag. 487.*

XIV. Sed nec hæc traditio sine dubitatione transit: Nam ut alia tempora & jura nunc mittamus, & de jure possidendi arma ex L. Julia tantum loquamur: Sane exceptiones legi Juliæ additæ, tàm latè patent, ut parum absit, quin vim prohibitionis planè elidant. Primò enim si per legem Juliam licuit arma habere & possidere, quæ jure hereditario delata fuerint; licuit & plerisque civibus & plurima quidem arma possidere? Quotusquisque enim civium non paterna vel cæterorum cognatorum, aliquando etiam plurium simul, & extraneorum adeò, hereditate gavisus est, Tum si licuit arma habere promercii causa: promercium utique etiam fuit licitum. Ergo & arma mercari: adeoque possidere. Denique si salutis suæ causa licuit arma habere: (Sic enim illi loquuntur *fortè ex l. 11. §. 2. d. t. quæ tamen non de possessione, sed gestatione & usu tractat*; pro eo quod *in l. 1. ad L. Iul. de vi publ.* dicitur vel navigationis) Jam cuivis possessori parata erit excusatio: causabitur enim quisq; se non offensionis sed defensionis igitur arma habere. Quæ excusatio etiam est vitiligatorum in triviis.

XV. Itaque meritò cum Dn. Gothofredo concludimus: L. Juliam

non de poſſeſſione tranquilla, & licita, ſed de turbulenta coactione, aut uſurpatione prohibita tractaſſe. *per ea quæ ſupra theſ. 9. deducta ſunt.* Nec aliam nobis ſententiam perſuadere debet verbum *habendi*, quod *in l. 2. d. t.* reperitur. Obſervandum enim eſt, ibi de exceptione, & caſu oppoſito tractari : cum ſcil. quis non coëgerit arma ut iis vim faceret, ſed cum ea per hereditaté oblata, pacatè poſſe derit. Unde eo fortiùs colligitur ; cogere ad vim faciendam non licuiſſe ; habere a. imò & comparare ad uſum honeſtum licuiſſe. Utcumque Juſtiniano deinceps pro ratione ſui temporis & publici ſtatus, *ut ſupra dicebamus cap. 2. th. 2.* aliud forte placuerit, *per Novell.* 85. Minus movet *l. armatos. 9. ad. L. Iul. de vi publ.* Neque enim ibi definit Paulus an arma habere liceat, ad civilem uſum : ſed cum quis vim commiſiſſe deprehenſus eſt, & dubitatur, an armis vel ſine armis vim intulerit, quis pro armato ſit habendus : An ille tantum qui tela habuerit ad vim & occiſionem inprimis apta & aptata, *vid. ſup. protheor. th. 4. & 12. ac quæ aliàs notari ſolent ad § 5. l. de public. judic. & l. ſi calvitur 233 §. telum. 2. de V. S.* An etiam ille, qui aliud quid haberet, quod nocere poſſet ? Quod poſterius obtinuit, ex ratione legis & generali vocis uſurpatione. *l. hi qui. 11. §. telorum. 1. Ad L. Iul. de vi publ. v. protheorema. 6.* Eoque magis declaratur L. Juliam de poſſeſſione armorum non egiſſe : alioquin vel præcipua prædiorum inſtrumenta non licuiſſet poſſidere.

XVI.
Concluſio diſputationis de Iure civili: Tùm qui & quibus hodiè armorum poſſeſſionē prohibere ſoleant.

Manet ergo hoc, neque L. Juliâ, neque Valentiniani aut Juſtiniani conſtitutionibus armorum poſſeſſionem penitùs fuiſſe ſubditis ademptam : quæ & hodiè omnibus Imperii fidelibus regulariter patet, *Decian. d. l. cap. 3. num. 55.* Nonnunquam tamen ex uſu Reipublicæ ad armorum ademptionem deveniri ſolet, ubi tumultus metuendus, aut ſubleſta eſt aliquorum fides ; *quod & poſſe Magiſtratum ex dictis cap. 1. manifeſtum eſt.* Ita, præter ea, quæ de Romanis ſuprà *hoc cap.* adducta ſunt, de Xerxe ſcribit Plutarchus *in apoph.* quod iratis Babyloniis ob defectionem, cum eos in poteſtatem ſuam iterum redegiſſet, armorum geſtationem interdixerit, juſſeritque eos fidibus & fiſtulis canere, lenocinia & cauponam exercere, ac tunicas geſtare ſinuoſas. Et ne toti ſimus in antiquis : Ita apud recentiores Hiſtoricos legimus; poſterioribus ſæculis ademtam fuiſſe poſſeſſionem armorum Senenſibus, *Thuan. lib. 15. hiſt.* Genuenſibus *Guiccard. lib. 7.* Florentinis, *Machiavell. 11. hiſtor. Florent.* Montiſpeſſula-

lanis

lanis tempore Caroli V. Francorum Regis, *Guaguin in eius vita*, Gandavensibus *Sleidan. lib.* 13. *histor.* Et quid non tota die fit? Johannes Dux & Elector Saxoniæ (ut refert autor deß Stamms vnd Ankunfft der Hertzogen zu Sachsen Magdeburgi An. 1587. imp.) kame an. 1525. ins Regiment/ da die Bauren eine Auffruhr wider die Obrigkeit erregten: darumb ließ er in seinen Landen seinen Vnderthanen alle Wehr/ als Harnisch/ Büchsen/ Spieß/ Helleparten vnd dergleichen mehr nemen/ also/ daß keiner/ bey verliehrung Leibs vnd Guts in seiner Behausung mehr dann eine Axt oder Beihel/ vnd so er vber Felde wanderte/ ein weiß Stäblin eines Daumens dick/ vnd ein Brodtmesser ohne Spitzen haben dörffte: vnd wo einer als ein Verächter dieses Gebotts angetroffen würde/ den hatte ein Jeder/ der sein Herr vnd mächtig sein kundte/ ohn alle Straff macht zuentleiben vnd vmbzubringen.

Venetorum Respubl. institutum Pompej M. (*de quo thes.* 4.) *etiamnum* retinet. Lips. *orat.* 4. *p.* 56.

Quod autem inter Politicos disceptatur; an subditis pacis tempore, arma permittenda sint, post Tholosan. *lib.* 23. *cap.* 9 hisce distinctionibus Dn. Bernegg. *quæst.* 123. *in Tacit. German.* determinat: XVII.

Initio inquam distinguendo inter arma
- *Majora*: qualia hodiè sunt, fusiles machinæ, colubrinæ, salamandræ, basilisci, crocodili: & quæ alia ad murorum demolitiones, excogitata tormenta sunt, quæ sanè non sine ratione privatis interdicuntur.
- *Minora*: ubi dist. inter statum
  - *Popularem*: ubi quia in plena libertate vivitur, inquit, armorum promiscua permissio non modo licita; sed etiam ob majorem, cui tales Respubl. obnoxiæ sunt, aliorum invidiam insidiasque, necessaria est, ideoque ll. etiam solet mandari: Sic tamen ut sacerdotibus & Academicis iis carere liceat.
  - *Optimatum*: ubi tempora sunt vel
    - *Periculosa* ac hostilibus insidiis obnoxia: Et necesse est cives arma sua in promptu habere, ne prius opprimatur oscitantes, quam ex armam. ea petere liceat. cautione tamen eâ simul adhibitâ, ut ex ingeniis & inclinationibus subditorum permissio ista temperamentum accipiat.
    - *Pacata*: tum verò armorum possessio subditis rectius interdicitur. Hæc Dn. Bernegg.

Oportet

XVIII. Oportet autem armorum possessionem expresse interdici. Neutiquam enim assentiendum est iis, qui statuunt, armorum usu interdicto, & possessionem prohibitam intelligi; siquidem hæc, usus armorum, de quo nunc agimus, & possessio nuda, separata sunt, à quibus nulla est illatio, per vulgata. *Vide Decian. d. lib. 8. cap. 2. & 3. num. 5.* ut adeò Senatores Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, potius ad constitutionem Pontificum & ad eorum interpretationem extensivam Authenticamque (*de qua vide eleganter Reink. lib. 2. class. 2. cap. 11. de regim secul. & ecclesiast.*) quam ad jus civile per interpretationem usualem aut doctrinalem respexisse videantur, quādo contrarium pronunciarunt. *d. decis. Neapolit.* Nam Pius IV. constituerat, ut detinentes archibuseta domi suæ eâdem pœnâ afficiantur, quâ portantes: Quod idem Pius V. ad possidentes pugiones, extendit.

XIX. Ubi ita expresse cautum vel declaratum est, (nam alia lex est constitutiva quæ jus novum constituit; alia declarativa, quæ jus vetus declarat, *Widrington. de juram. fidel. cap. 1. sect. 1. num. 4*) ne arma habere vel possidere liceat, duo præcipue à pœna prohibitæ possessionis liberare quem, volunt Dd. (1.) ut non intelligantur ea arma, quæ quis jure pignoris, non dominii detinet. *Bolognet. cons. 25. num. 23. Riccius d. l.* (2.) Et illum excusandum putant, qui parvo tempore arma prohibita domi suæ tenuisset. *Bertaz. cons. 217. n. 2. Riccius ibid.* Verùm enim verò ubi Magistratus simpliciter cives exarmatos esse vult, nullo obtentu, nequidē promercii aut hæreditatis, arma detineri possunt; hæ enim & similes causæ excusant quidem à præsumptione doli, ne machinandi quid contra Rempubl. aut cives animo ea quis detinere dici possit, *arg. l. 2. ad l. Iul. de vi publ.* non autem ut possessio, (cujus vel exemplum metuendum est) contra specialem prohibitionem omninò justificetur ac perpurgetur.





De

ΑΦΟΠΛΙΣΜΩ,

sive

EXARMATIONE CIVIUM.

CAP. I.

Quo ostenditur:

Ad Reipubl. tutelam & tranquillitatem pertinere armorum custodiam; Ideoq; eorum usum aliis; ac ne civibus quidem, temerè permittendum esse.

§. 1.

SUmma Reipublicæ tuitio, *(i.e. præcipua, certa, suprema & perfecta l. 8. de impens. in rem dot. fact. l. 67. §. 1. de Rit. nupt. l. 73. de Legat. 2. vid. Dn. Biccium Comment. de possess. §. 90. pag. 54.* Securitas & tranquillitas Reipublicæ suis præsidiis munitæ) de stirpe duarum rerum provenit: *Armorum*, atque *Legum*: Exinde enim, *inquit Imp noster Iustinianus, in Const. summa. C. de Iustinianeo Cod. confirm.* vim suam muniens, felix Romanorum genus, omnibus anteponi nationibus, omnibusque gentibus dominari, tàm præteritis effecit temporibus, quàm, Deo propitio, etiam æternùm efficiet. Istorum etenim alterum, alterius auxilio semper, (*etiam pace iam sancitâ,*) eguit: Et tàm militaris res legibus in tuto collocata est, quàm ipsæ leges, armorum

F præ-

præsidio sunt servatæ. *Concord. Novell.* 24. 25. 26. *& Procem. Inst. Camerar. hor. subcis. part.* 1. *cap.* 2.

2. Fateor Jmperatorem *Arma* hîc potissimùm usurpare metonymicè, pro virtute bellicâ, in universum: quemadmodum Sulpitia Poëtria, apud Jul. Cæsar. Scaliger. *lib.* 2. *Vet. Poet. catalect.*

— Duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput, Virtus belli, & sapientia Pacis.

Vid. Protheor. de armis in genere. § 2. *pag.* 4. Eóque belli & pacis arbitrium, penes solum Principem, in statu Monarchico, relinqui: Interim ea etiam, quæ belli occasionem præbent, cautè tractanda, nec cuiquam privato permittenda esse, providi principes sedulò, sanctionibus suis prospexêre. *Gudelin. lib.* 5. *Comment. de jur. noviss. cap.* 3. *num.* 1. Sunt enim arma, opus, *Higino* (*fabul.* 274.) *censente*, quod mortem generat, & salutem; quod simul interitum peccantium continet, ac custodiam bonorum, contra improbos, necessarium semper auxilium.

3. Ut autem temporibus turbidis, &, ubi metus ab hoste ingruit, meritò principes subditos fideles, in armis, ad quamcunque vim avertendam, paratos habent: ita, pace iam reductâ, ad firmamentum diuturnæ tranquillitatis, nihil æquè conducit, quàm instrumenta seditionum ac turbarum, penitùs è manibus excutere, & non, nisi magna ex causa, civibus indulgere.

4. Serenis. Elect. Saxon. apud Chemnitium, *in histor. bell. Suecic. part.* 1. *lib.* 4. §. 36. *pag.* 398. pronunciat: Si non unicum; certè præcipuum, diuturnæ tranquillitatis constituendæ, remedium esse: Undiquaque arma, & ex omni parte, bona fide, deponere, atq; in vaginam recondere, ligas, confœderationes, & uniones, solvere, atque Imperii Legibus fundamentalibus, salutaribus constitutionibus, Decretis circularibus, & Ordini Executionis acquiescere; ita enim deinceps, omnibus machinationibus, dummodò leges memoratæ observentur, & subnascens malum, in herba opprimatur, egregiâ fiduciâ occurri posse: Dum porrò & hoc provideatur, ne collectiones & convocationes militum, in Imperio, ullo modo instituantur, vel admittantur; nisi ex communi Ordinum consensu. Nec discrepat sententia prudentissimi Nestoris, cui hostes.

hostes etiam, inveteratæ prudentiæ, & summæ perspicaciæ, laudem tribuunt, *vid. Ioseph. Riccius, Clericus Regularis, lib. 9. de bellis Germanicis, pag. 612.* cui Cardinalis Richelius discedenti à visitatione, hoc ἀποβατήριον, numeris nostris inclusum, memoratur cecinisse:

Magnus eras absens, superat præsentia famam,
Sparserat hæc meritis inferiora tuis.

Hic, inquam, illustrissimus Regni Sueciæ Cancellarius, rerum gestarum, & prudentiæ gloriâ, nemini secundus, cum à Bogislao, Pomeraniæ Duce incluto, Anno huius seculi 31. rogaretur, ut invictissimum Regem suum, ad pacis consilia flecteret, prudentissimè, ut semper, (*quicquid Riccius dict. loc. excipiat,*) sic ad istam quoque obtestationem, (*ut refert Chemnitius d. part. 1. lib. 1. §. 10. pag. 28.*) regessit, & respondit: Regem suum divinâ gratiâ, usu etiam, atque disciplinâ prudentum, hactenùs sic instructum, sic eruditum esse, atque iam inter prima Reipublicæ gubernandæ præcepta, seu arcana, tenere: Statum & securitatem Regni sui, nequaquam unius viri, quantus quantus ille fuerit, promissis & sincerationibus, sive scriptis, committendam esse; sed realem ubique cautionem desiderari, inprimis eam, quæ pendeat ab axiomate probatissimo: *Armari, contra armantem; vel mutuò deponi arma.*

5. Dicta sint hæc de exarmatione publica populorum. Nec minus tamen vera deprehenduntur, si ad privatam civium exarmationem trahantur. Etenim in Eorum, qui arma tenent, manu positum esse, ut quieta vel turbulenta sit Respublica, iam olim censuêre Aristot. 4. *Polit.* 8. Et Cyrus. *apud Xenoph. Cyropæd. lib.* 7. Itaque periti publicæ tranquillitatis sponsores, non solùm publicè arma Saxo Tarpejo inferre iusserunt, quoties Jani templum claudendum esset; *Vid. Arnis. de iure Maiest. lib. 2. cap. 5. num. 7.* nec hostibus tantùm subactis arma excussêre; sed privatim quoque civibus illa, si non omnia, & omnibus; vulgo tamen, promiscuè, ademêre, & interdixêre. De publica illa populorum exarmatione, hîc nobis non est constitutum agere, nisi incidenter id res postulaverit; alioquin testimonia, ex utraque historia suppeterent. Quid enim populo Israëlitico, inter Leges indultæ tranquillitatis, iniunctum fuerit, ex *lib. 1. Sam. 13. vers. 19.* itemque

ex *lib. 2. Reg cap. 24. vers. 14. & 16.* abundè constat. Nempe ne instrumentum aliquod bellicum sive cuderent, sive usurparent, antea cusum. *Caspar. Sanctius in lib. 1. Reg. cap. 7. n. 34.* Idem ferè quod Philistini, in eundem populum admisêre Chaldæi: qui, *ut habes l. 4. Reg. cap. 24. v. 14. & clariùs cap. 24. n. 1. & cap. 29. n. 2.* omnem fabrum abstulerunt. *inquit idem Sanctius ad cap. 13. d. lib. 1. num. 55.* Romanis utique solenne fuit, devictis gentibus, ad firmandam Reipubl. securitatem, arma adimere, *v. de Æduis. Tac. 1. Histor. 64. vers. 5. de Viennensibus. d. lib. c. 66. 2.* temeritatique semper imputant prudentiores, devictis armorum copiam permittere, *v. Arnis. lib. 2. de iure Maiestat. cap. 5. th. 4.* quibus scilicet tantò ferociùs vindictam exigerent à Victoribus, quibuscum victi nunquam satis solidâ pace coalescunt. *Tacit. 2. Hist. 7.* Sed & pacatis cætera populis, seu qui pacis studium, & clientelæ votum, præferrent, haut facilè arma in expedito reliquerunt. Sic Numantini, in legitimi fœderis precium, à Scipione iussi sunt, arma deponere: quanquam id ita ab illis acceptum fuerit, quasi manus, (quibus rebellionem moliri potuissent,) ipsis abscinderentur. *Flor. lib. 2. cap. 18.* Sic in fœdere, quod, post expulsos Reges, cum pop. Rom. icit Porsenna, nominatim compræhensum fuit, ne ferro, nisi in agricultura, quis uteretur, ne stylo quidem, nisi scribendi causa. *Plin. lib. 24. cap. 14. Nicol. Serarius ad lib. 1. Reg. cap. 13. n. 55. Sanctius ad d. cap. 13. ubi consilium hoc, ut prudens commendat. n. 54.* Fuit quidem durum, *inquit*, prudens tamen Philistinorum consilium usitatumq; ab aliis, neque arma permittere, neque armorum cudendorum facultatem ullam iis, quos sub potestate sua retinere vellent: multò enim faciliùs inermes, quàm armati, imperata faciunt; & ubi officinæ sunt ferrariæ, & formandi ex ære quodcunque vas, libera potestas; conflari quoque possunt gladii, & arma reliqua, quæ non sinant alios in subactis regionibus, dominari liberè.

6. Sed nobis, *de civium exarmatione*, decretum est agere; quam non minus necessarium speratæ tranquillitati firmamentum, Impp. Romani putavêre: Itaque non tantùm de Fabricatione, possessione & commercio armorum; sed & de exarmatione civium, in medium consuluêre. Les Empereurs Romains, inquit Doctissimus Charondas, *in notis ad l. 1. Cod. Henric, tit. des ports d'armes.*

mes. lib. 8. *tit.* 7. *pag.* 231. Pour maintenir l'Empire en repos & empescher l'audace des seditieux, ne permettoient aux hommes privez de forger & fabriquer des armes, ains seulement á ceux, qui estoient par eux ordonnez aux fabriques publiques, qui Fabricenses dicebantur, quorum fuit schola & militia certa, ils estoit une certaine Compagnie á certaines gages: Et entre eux y en avoit de deputez; Mais il estoit defendu, & aux ouuriers & aux deputez, de vendre des armes aux hommes privez, ains les porter incontinent à l'arcenal, ou armoirie publique pour servir à l'usage de la guerre. Novell. 85. Et les Empereurs: *in l. un. C. ut armor. usus.* Nulli volunt copiam tribui armorum movendorum. Et pour ceste mesme consideration nos Roys voulens abbatre & empescher la frequence des meurtres, assassinats & vols, qui se commettoient par gens armez d'armes, plus convenables à la Guerre, qu'à l'usage commun des Hommes & seurete des leurs personnes, en ont defendu, le port & l'usage, par commination de grandes peines. *Hæc Charondas.*

7. Arbitrantur plerique, de hac privata civium Exarmatione, loqui *l. un. C. ut armor. usus.* in qua opinione, etiam Charondam fuisse, modò intelleximus: Antesignani eius explicationis & opinionis sunt: Bartolus, & eius sequaces, ad d. l. un. Hier. Buticell. *in l.* 1. *n.* 102. *de Verbor. oblig.* Anchoran. *consil.* 429. Corneum, Socin. Cottam, alios, allegant. Duennas, *regul.* 55 & Farinac. *quæst. crim. c.* 28. *n.* 65. *pag.* 424. qui hanc constitutioni nostræ paraphrasin circumponunt: Nulli licere arma portare, sine licentia Principis.

8. Aliter eandem constitutionem accipit Lucas de Penna, (interpres, in lectione antiquitatis, non quidem feliciter; neque tamen inutiliter, si adplicationem ad mores posteriorum seculorum spectes, versatus: *vid. Cujac. ad l. temperent.* 4. *C. de vestib. holoveris. in f.*) in commentario ad hunc textum, figuratam interpretationem amplectitur, exclusâ nativâ & propriâ: Arma, inquit, n. 4. multis modis movemus: Bellum gerendo, pugnam seu prælium ciendo, vim, aut violentiam, vel aliud crimen (subaudi, consimile,) committendo.

9. Alii, arbitrantur, nec illam, nec istam interpretationem

 quic-

quicquam habere absurdi, cum metonymica vocis Armorum usurpatio, (ut per arma, bella indicentur,) Autoribus admodùm sit familiaris, *vid. Protheor.* §. 2. adeoque utrumque hac lege prohiberi, iudicant: Primum, ne quisquam publicè alteri bellum indicere, aut inferre ausit, sine Principis permissione; alioquin fore, ut transgressor huius prohibitionis, incidat in pœnam L. Jul. Maiestat. *l. 3. ad L. Iul. Maiest.* cum bellum movere, solius Principis sit, aut supremæ potestatis: Tùm deinde in consequentiam prohiberi, ne quisquam privatim arma emere, vendere, portare, vel fabricare præsumat, sine Principis permissione; aliàs, contrà facientem, arma perdere, fisco applicanda: Et posse reum puniri, tùm pecuniariter, tùm corporaliter, secundum qualitatem delicti. Ita Johan. de Platea, interpres antiquissimus, ad hunc textum.

10. Sunt denique, quarto loco, censendi, qui emphasin quærere videntur, in verbo *tribuendi*: quasi Impp. vetent, cuiquam armorum usum, aut emendorum copiam, *tribui*. Ita rem breviter exponit Petr. Gudelin. *lib. 5. Iur. noviss. cap. 3. num. 3. Add. Claudium Brunum, in Diurnali Tironum iuris ad h. l. un. pag. 194. qui tradit: Hác L. privatis in totum esse interdictum, ne arma fabricent, vel tractent.*

11. Nobis, in hac tractatione, solidum textum, pro fundamento requirentibus, constitutio ista, satis firmum præstare videtur, ita tamen ut L. Juliam de vi & Corneliam de Sicar. non simus exclusuri, sed hanc utpote recentioré, prælaturi, qua non tantum Dynastis, communitatibus & civitatibus; sed & provincialibus singulis, qui rebus undiquaque turbidis, arma, circumspiciebant, aut requirebaut, ne scilicet, in illis turbis, imparati, circumvenirentur, & opprimerentur, fuit provisum: Quod desiderium & consilium, nec ipse provinciæ Præses, pro ratione temporum, videbatur improbare; At Imperatores, desuper consulti, improbabant alia ratione: quòd soli Principi cura, ut Reipubl. sic tutelæ etiam, & armorum, relinquenda sit: ne, invalescentibus ubique armis, plus periculi, quàm præsidii, in armis, quaqua versum distributis, suboriatur.

12. Quam sententiam, ut ab Adversariis extorqueamus, analysi textûs huius opus fuerit, ex qua mens sancientium liquidiùs patescat. Nam, quod Anton. Faber. 3. *Coniect. 17. pag. 70.* *vers.*

verſ. ſæpiſſimè. in univerſum, de Legibus Codicis, pronunciat: *ſæpiſſimè, in legibus Codicis, hoc evenire, ut multa ſupplenda ſint, ex reſcribendi formula: cum reſcripta caſibus propoſitis, & præſuppoſitis, accommodata fuerint, & ſupervacuum interim habitum, id ipſi reſcripto addere, quod ex facti enarratione, ſupplicantibus, & referentibus, ſatis anteà liquidum, perſpectumque fuerat: Quod interpretationis arcanum, cum plerique non obſervaverint, factum eſſe, ut infinitæ leges Codicis,* alioqui faciles, *nunc propemodùm inexplicabiles exiſtimentur*: Id, inquam, in huius quoque legis Explicatione interpretibus nonnullis eveniſſe, nobis autem cavendum eſſe, res ipſa deinceps docebit. Cum enim Conſtitutiones, in Codicem relatæ, definiant quæſtiones, ex media vita deſumtas, prout quæque res & cauſa, vel ſupplicationibus ſubditorum; *l. leges 3. l. ſi Imperialis. ult. C. de LL.* vel ſuggeſtione Iudicum, & relatione Magiſtratuum, *l. 3. & pen. C. d. t.* Romanis Cæſaribus, & ſapientiſſimo eorum conſilio, (quod ex Doctiſſ. JCtis conſtabat: *Lamprid. in Alex. Sever. confer l. 8. C. de LL. l. 19. C. de Teſtam. ubi dixi, in tract. de Teſtamento Principi oblato: cap. 2. §. 2. & cap. 5. §. 2.*) dijudicanda offerebatur: operæ precium eſt, ex omnibus circumſtantiis, rei geſtæ ſeriem colligere, & præmeditari, *monente Hartm. Piſtor. 1. quæſt. 30. num. 23. Arum. Exercit. Inſtit. 6. th. 16. Schickard. diſput. Inſtit. 3. th. 2. lit. D.* Licet aliquando, in Conſtitutionibus prolixioribus, deprӕhendatur, Impp. defectus imprudentiorum Conſulentium ſuppleviſſe, & pleniùs reſpondiſſe: *uti ex l. 8. C. de impub. & al. ſubſtit. l. 3. C. de hered. inſtit. notat Bachov. 1. diſputat. Treutl. 6. th. 5. lit. C.*

CAP. II.

De ſententia genuinâ L. un. C. ut armor. uſus.

§. 1.

VErba Conſtitutionis iſtius, in Codice quidem Theodoſiano, lib. 15. tit. 15. ſub generaliore iſtâ rubricâ proponuntur: *Quorum:*

rum usus interdictus est. Sed eâ, tanquam nimis generali, repudiatâ, Iustinianei juris Conditores, hanc substituerunt, summam ipsius constitutionis, immò paraphrasin, continentem:

Vt armorum usus, inscio Principe, sit interdictus.

Constitutio in partibus internis, & externis, ita habet:

Impp. Valentinianus & Valens. A. A. ad Bulephorum, Consularem Campaniæ:

Nulli prorsus, Nobis insciis, & inconsultis, quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. Data III. Non. Octobr. Altini, (in Cod. Theod, legitur Altino) *Ioviano.* (in C. Th. additum est cognomentum Divi:) *& Varroniano Coss.*

2. Quod si quis obiter hæc verba inspiciat, fortè interpretem non desiderabit; sed, cum glossa *recent. ad l. proponebat. 9. de Castrens. pecul.* dicet: legem istam rumina, per te, &, cuius saporis sit, gustabis; At, si paulò intimiùs sensa rimetur, vel interpretum sententias requirat & comparet: difficilioris digestionis dubia offendet: quæ, ut feliciter removeamus, solitâ analysi adhibitâ partes, tùm externas, tùm internas, ordine evolvemus. Externas dico, τὴν ἐπιγραφὴν ϗ ὑπογραφὴν: inscriptionem, & subscriptionem. Epigraphe sic habet, ut modò retulimus:

Impp. Valentinianus, & Valens, A. A. ad Bulephorum, Consularem Campaniæ:

Quibus verbis exhibentur nomina, tùm Impp. qui rescribunt; tùm Consularis, qui Principes consuluerat.

3. Quemadmodum verò aliàs plurimum momenti situm est, in autoritate, & Autore: planè, ut in telo, quandoque interest, à qua manu spargatur & veniat: ita vel inprimis, in Constitutionibus Impp. enucleandis, non raro, plurimùm expedit, investigare, quibus Impp. quæque debeantur quibusve temporibus emanaverint. Sæpè etiam accidit, ut, per externa putamina, nucleum internum feliciùs inveniamus. Quinimmò, quod mireris, celebres iuris Doctores, circa Autores huius Constitutionis, hæserunt, aut errârunt. Hærere non mirabimur Lucam de Penna, qui, vulgaribus membranis usus, (quæ inscriptionibus ferè carent) è brevitate Laconica conjecturam cœpit, hanc legem non esse Iustiniani. Menochium utique, memoriâ lapsum esse oportuit, quando *de arbitr.*

quaſt. Caſ.394. num. 23. Theodoſium Conſtitutionis huius Autorem fecit; niſi Editorem, pro Autore habuit: Sed eo modo omnes Codicis Theodoſiani leges, Theodoſianæ fuerint dicendæ.

4. Ergò verus huius legis Autor & principalis, eſt Valentinianus I. Cum enim Jovianus, ſtatim poſt extinctum Julianum, ab Exercitu Imperator dictus, (V. Kal. Jul. A. C. 363.) raptimque confecto, qualitercumque bello Perſico, Conſtantinopolim properans, in opido Dadaſtana, inter Galatiam & Bithyniam, ſeu fœtore prunarum, ſeu eſu boleti venenati, ſive utroque malo concurrente (neque enim opus eſt, ut cauſas cooperantes, cum Hiſtoricis nonnullis, committamus,) enecatus eſſet, Menſe octavo Imperii, h. e. die 17, Februarii, *uti Nicephorus Calliſtus lib. 10. Hiſt. Eccleſ. cap. ult. in fin. cum Ammian. Theodoret. Ruffin. aliis, &, ex Hieronymo, Calviſius, in Ioviano, pag. 536. refert: (Socrates lib. 4. cap. 1. Eutropius lib. 10. 13 Kal. Mart. nominant,)* Suffectus ei fuit Valentinianus I. Anno 394. die 24. Februarii, qui, ob multitudinem hoſtium, imperio imminentium, fratrem Valentem, (eo temporis articulo, etiamnum orthodoxum,) ut Baronius in Anno 394. §. 7. probat, Collegam aſcivit, eique Oriente permiſſo; in Occidentem ipſe conceſſit. *Petavius part. 1. Ration. tempor. lib. 6. pag. 336.* Hoc itaque tempore, cum veluti per univerſum Romani Imperii ambitum, buccinæ claſſicum canerent, & excitæ gentes ſæviſſimæ, limites ſibi proximos propulſarent, dum Gallias, Rhætiaſque, *ut Ammiani verbis lib. 26. utar,* Alemanni popularentur, Sarmatæ & Quadi Pannonias, Picti... Saxones & Scoti Britannos: &c. perculſi, tot tantiſque motibus, Imperii Proceres, Dynaſtæ, Civitates, Provinciales cæteri, arma circumſpicere, arma fremere, arma movere: Quod, ne contra Leges Julias factũ videretur, hi & illi conſenſum Imperatoris elicere conati ſunt: *Bulephori*, Conſularis Campaniæ, interceſſione uſuri.

5. Occaſione eiuſmodi inſcriptionum, quæri ſolet, An & tum Imperii Status manſerit Monarchicus, cum Impp. Imperii conſortes ſibi aſciſcerent: Veluti iam pridem, ante iſtos Impp. M. Aurelius Antoninus, L. Antoninum Verum, (*qui primò ſimul imperium, concordibus animis, ſuſcepére, teſte Iul. Capitolino, in M. Antonino: Conf.* *Digreſſio fortuita ad diſputationem Polit. cont. Bodin. inſtituit.*

 Harprecht.

Harprecht. ad §. 4. *de publ. Iudic. num.* 82.) Opilius Macrinus, Diadumenum, Valerianus Gallienum, Diocletianus Maximianum, uterque Constantinum & Galerium, Constantius Julianum: post eos, Valentinianus Junior, Theodosium: Theodosius Arcadium. &c. adsumserunt: *vid. P. Greg. lib. 25. de Republ. cap. un. num. 7.* Quandoquidem contra Monarchiam Imperii Germano-Romani, & hoc argumentum Bodinus detorquet: *2. de Republ. 2. num. 188. ibi: Illud fixum teneamus, nec Monarchiam dici, ubi penes duos Imperii Maiestas est, (quam in rem, Etymologiam vocis potissimùm urget, in Meth. histor. cap. 7.) nec in eo statu, si dissideant, imperium consistere posse. iung. lib. 6. cap. 5. n. 734. itemq; Althus. cap. ult. Polit. num. 54.* Declamatores, quæstiones eiusmodi infra suam dignationem habent, quia Grasvvinckelius solus, de jure Maiestatis, exactè scripsit: Cætera turba Aristotelicorum; & in his etiam Albericus Gentilis, & Arnisæus, classicis istis Magistris, h.e. non ita pridem è classibus emissis, nullo in numero censentur. Atqui iam ante viginti annos, his verbis responderunt alumni nostri: videri Bodinum. *(1.)* committere ignorationem Elenchi: cum per Monarchiam propriè intelligatur Imperium in mundo summum, à Daniele præfiguratum, quod Deus, præ cæteris, potentia instruxerit, dignitateque ornaverit, ut hæc ad illud respiciant. *Vid. Christoph. Helvici de quat. summ. Imp. th. 10. & seqq. adhib. Dn. Carpzov. de Lege Regia German. cap. 13. sect. 8. num. 9.* Additum fuit. (2.) Plures imperare, vel, pro diviso; vel, pro indiviso *ut sic dicam*, h. e. vel, tanquam plures; vel, pro uno. Priori casu, Monarchiam in dualitate, vel pluralitate, non posse constitui; cum duo æque summa dari nequeant: *Arnis. lib. 1. de iure Maiest. cap. 3. num. 1. pag. 41.* Posteriori, nihilominus Monarchiam manere, defendemus. Quanquam intentio Monarchæ, in partes curatum aliqué adsciscentis, apprimè spectanda est: Quam ad rem, vel maximè facit, Formula conventionis, inter Ludovicum V. Bavarum, (Non Ludovicum IV. uti, errore quodam, apud Dan. Otton. cap. 7. jur. pub. p. m. 99. scriptum legitur: Is enim, plus quadragenis annis, retrò vixit,) & Fridericum Pulchrum, post diuturna bella interposita, ut communi Regis titulo Fridericus frueretur, de cætero, se ab Imperio abstineret, ibi: Wir/ Ludwig vnd Fridrich/ bekennen/ daß wir vns miteinander verbunden haben ewiglich/ daß wir das Römische

Reich/

[illegible] wir Beyde erwehlet vnd geweyhet seind / mit allen seinen Würden/ rc. Vnd was es hatt/vnd darzu gehöret/ über alle die welt/ miteinander/gleich als eine Person/ besitzen sollen vnd wollen. rc. Cusp. in Austria. p. 638. (3.) Monitum & hoc olim fuit; Collegas istos distribuisse inter se provincias Imperii, non distrahendæ potestatis, vel separandæ; sed administrationis causa commodioris. *conf. Not. ad l. 10. C. de furt. sub finem* p. 306. Plerunq; enim longè, à se invicem, aberant, ut Aristocraticâ formâ consilium capere non possent. *Keckerm. lib. 2. polit. cap.* 2. Nec ideo tamen summa potestas in particulas discindebatur. *arg. l. 25. ad municip.* Ita Monarchiam boni quoque autores vocarunt, cum duo, vel tres regnarent. *vid. Dion. lib. 59. Tertull. ad Prax. de Deo Patre & Fil. Cabot. 1. disput. 13. fol. 81. Conf. Arnis. lib. 1. de iure Maiest. cap. 4. n. 1. ubi docet; eum de Maiestate sua non detrahere, qui alium in gradu honoris sibi patiatur præferri. Multo minus, si talem quis sibi parastatam iunxerit, cum potestatis quadam exæquatione.*

Is ad quem rescriptum destinatur.

6. Sed, de Rescribentibus, & rescripti occasione, satis est dictum: Circa nomen illius, ad quem rescriptum hoc missum fuit, (*quod nec ipsum negligendum esse, docet l. sancimus. 53. in fin. C. de Episcop. & [illegible]*) memoriâ repetendũ est, quod Augustus, occupato Imperio, provincias, quas annuis Magistratuum Imperiis regi, nec facile, nec tutum esset, suæ curæ reservaverit; Cæteras, sub Senatu, & populo relictas, ProConsulibus sortitò permiserit. *Sueton. in Octavio cap.* 47. Eas, quæ sub Senatu relinquebantur, Consulares, quæ autem Imperatorum partibus cesserant, Proconsulares, dictas fuisse, Pompon. Lætus tradit, *de Magistrat. Rom. cap.* 23. Alii rectiùs docent: In Imperatorias provincias, Præsides, in alteras, Proconsules, missos fuisse. *Wesenb. & C. A. ad tit. de Off. Proconf. & Leg.* Cuiac. *lib. 20. Observat. 37. ubi inf.* notabilem differentiam adiicit: quòd Proconsules annui essent Magistratus, qui quoad Senatui placuisset; Præsides autem, quamdiu Principi visum fuisset, regimen obtinerent. Enimverò, distinctio hæc, (inter provincias Proconsulares & Jmp.) non diu ab Augusto stetit, *Cuiac. in Comment. ad l. 3. C. de iur. fisci. vid. de Hadriani distributione provinciarum, ex Spartiano & Capitolino, Rosin. lib.* 10. *antiquit. cap.* 16. Ideoque Moderatores provinciarum, *l. curiales. 25. de Decurion.* Præsides, Rectores, Correctores,

Consulares, jam dudum promiscuè dici cœpêre. *vid. l. Vn. C. ut omnes judices, tàm Civil. quàm Criminal.* Consulares autem dicti sunt, antiquâ consuetudine, quòd commissa illis esset provincia, tanquam exconsulibus regenda. *vid. Iohan. Guelim. de Magistr. Rom. cap. 23.*

Bulephorus Consularis Campaniæ.

7. Tali cum potestate præerat Bulephorus noster, Campaniæ, provinciæ Italiæ, juxta Samnites, Hirpinosq; , ad mare inferum sitæ, quæ hodiè *terra de Lavaro* appellatur: felici & beatæ regioni, humanas cupiditates si arbitreris, in qua ideò Liberi Patris, cum Cerere certamen extitisse, fabulabantur. *v. Philipp. Cluver. lib. 3. introduct. Geograph. cap. 29. pr.* Erat enim secessibus amœnis aptissima: Unde & secreta Campaniæ, *apud Tacit. lib. 3. Histor. cap. 63.* beatique Campaniæ sinus, *Cap. 66.* & Campaniæ amœna, *apud Symmachum, lib. 7. epist. 35. Sueton. in Augusto, cap. 72. aliosq; scriptores*, passim celebrantur.

Loc⁹ ex quo hoc rescriptum emissum.

8. Et Hæc quidem de inscriptione: Nec prætereunda est subscriptio, quæ loci & temporis circumstantias suggerendo, non parum lucis itidem, intellectui ipsius sanctionis adfert. *Locus*, ubi Rescriptum hoc dictatum fuit, est Altinum, in provincia Venetiarum, *ut docet Victor Schotti: cap. 26. & tabula Peutingeriana*, vulgò Altino: Unde forsan est, quod in Cod. Th. librarius, seu Amanuensis, non solùm in hoc textu; Sed & in iis, qui mox recensebuntur, semper stylo vulgari scripsit: Literas eas datas esse Altino, pro Altini: Ubi tum Valentinianus senior, hujus Constitutionis Autor, consistebat: quod variæ, ibidem ab illo, hâc tempestate promulgatæ Constitutiones, quæ in Codice Theodosiano passim occurrunt, liquidò ostendunt. *Veluti d. l. 1. & 2. C. Th. Quibus equorum Vsus concessus est; aut denegatus. lib. 9. tit. 30. l. 16. Quorum appellationes non recipiantur. lib. xi. tit. 36. l. Vn. de Nautis Tiberinis. lib. 14. tit. 21. l. 7. de pistoribus, & Catabolensibus. lib. 14. tit. 3. l. 7. C. de pœn. lib. 9. tit. 40.*

Et tempus.

9. Conjicimus autem inde; Valentinianum hanc Constitutionem promulgasse, simulatq; in Italiam appulisset. Nam, postea in Gallias abiit, & Kalend. Novembribus, Lutetiæ Parisiorum existens, nuncium de seditione Procopii, (Imp. Juliani cognati,) accepit, qui interim regiam Constantinopolin occupaverat. Unde amplius colligitur, Constitutionem hanc facilè primam, certè inter primas; adeoquè remedium istud tranquillandæ Reipubl. perquàm necessarium, atq; præcipuum, post pietatis & justitiæ studium, visum fuisse: Quod & temporis subjecta indica-

tio firmat. Emanavit enim Reſcriptum hoc 3. *Nonar. Octobr.* Joviano Imp. & Varroniano filio ejusd. Conſulibus. De die III. Non. Octobr. memorabile hoc occurrit, quod apud Romanos, paganiſmo adhuc addictos, feſtus is fuerit, ut nihil in Rep. niſi quod ultima neceſſitas admonuiſſet, adminiſtraretur. *vid. Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 19.* Sed, harum religionum Contemtor, Valentinianus, tempus hoc, quantumcunque feſtivum, optimè collocari, in conceptione ſacrarum Legum, cenſuit, earum in primis, quibus Reipubl. ſalus contineretur. Annus, per Conſulum nomina deſignatur, juxta morem, tum adhuc uſitatum, quem cuſtodiri etiam Conſtantinus in Reſcriptis iuſſit: *l. ſi qua. 4. C. de diverſ. Reſcript. & ibi Dn. Gothofr.* Demum, ſub Juſtiniano, A. poſt Chr. Nat 542. (Cum ſuperiore Anno XL. Baſilius junior, ſine Collega, conſulatum ultimum geſſiſſet,) in meliorem modū, converſus hic mos fuit; præeunte quondam viam Dionyſio Exiguo, Abbate, & Mathematico inclyto: *ut Beda, Pantaleon, &, poſt hos, alij teſtantur. vid. Calviſ. ſub A. C. 527. p. 629. Baron. eod. Ao. 527. § 71. Iohan. Lætum, compend. Hiſtor. Univerſ. ſub periodo Græcâ: cap. 10. ſect. 2. in f. pag. 209.* (De Dionyſii *opera, circa Corpus Canonicū antiquū, videndus Caſsiodorus, de divinis lectionibus cap. 23* & noviſs. *Chriſtoph. Iuſtellus in præfat. C. Canon. Eccles. Univers.*) Non tantū, quod comitia conſuliaria magnos ſumtus requirerēt, *ut refert Procop. hiſt. arcanæ p. 115.* Sed ut melioribus auſpiciis āni inciperent. *Baron. Nov. 6. 47. d. § 71.* Solet autē Vulgò, Conſulatus Joviani & Varroniani aſſignari Anno Chriſti 364. In C. Th. Joviano, additur Cognomentum Divi, quod is, more gentili, inter Divos relatus eſſet, inquit Baron. *in A. C. 364. 81. 2. f.* titulorum blaſphemorum licentiâ, jam inde à Conſtantii temporibus invaleſcente, *ut oſtendimus, in Tr. de metatis. part. 2. c. 1. p. 96. add. P. Fabr. lib. 3. Semeſtr. cap. 16. pag. 245.* [Niſi malimus dicere: Chriſtianos Impp. nomen iſtud retinuiſſe, non ex pagano; Sed titulari ſenſu, quo etiam Vivi Principes, ut præcipuâ veneratione digni, honorabantur. Et quidni hanc arrogantiam feramus in Principe, cum eam non deprecentur Grammatici? Sic enim Salmaſii Divinum nomē, Flori Noviſſimus Editor invocat: Sic Eundem Salmaſium ἰσόθεον, Thomas Bartholinus, in Tr. de latere Chriſti aperto: p. 346. aliisque titulis, planè novo Antichriſto deſignando convenientibus, Alii appellāt. *v. Serar. in minervali, divinis Hollandiæ Grammaticis depenſo. pag. 102.*]

10. Mortuus eſt equidem Iovianus Imp. 13. Kl. Mart. *teſte Socrat. lib. 3. cap. 22. Et Eutropio. lib. 10.* Filio Valeriano, parvulo relicto: Neque tamen nomina, in Faſtis, mutata ſunt. Licet enim Cæſar, *teſte Dione, lib.* 43 Conſulatûs tempus, annuum & regulare, valdè turbaverit, effeceritque, ut ad menſes & dies, aliquando Conſules fierent: illud tamen deinceps quoque conſtanter cuſtoditum eſt, ut, ab illorum nomine, Anni notarentur, qui ſub initium anni, Conſules fuerant, nullo habito reſpectu, ad officii durationem. Hinc diſtinctio illa Conſulum, in Ordinarios & ſuffectos, *quam, poſt alios, exſequitur Roſinus: lib. 7. Antiq. Rom. cap. 9. poſt med. DD. noſtri ad l. 2. §. 47. verſ. Labeo noluit. de O. I. Arnis. 2. relect. polit. cap. 6. ſect. 4. n. 59.* Conſtantinus, denuò Conſulatum annuum reddidiſſe, memoratur: *vid. Turneb. 5. adverſ. 50. Lipſ. de Magiſtr. Roman. cap. 9.* Hinc Joviani etiam, poſt fata, inter Conſules recenſio. Adſcribitur huic Imp. Unica; ſed nobiliſſima Conſtitutio, *in l. ſi quis non dicam. 5. C. de Epiſc. & Cler.* Eiusque mentionem etiam facit Nicephor. Calliſtus, *lib. 10. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 39.* & Zonaras: *tom. 3. Annal. in Ioviano: Sozom. lib. 6. & 3. alii.* Sic, ut de Autore dubitare non liceat. *vid. Menoch. de Arb. jud. Q. cap. 360. n. 54.* At, ſubſcriptio haut dubiè erronea eſt: cum ſubnotatur: Datam eſſe, *d. l. 5. Cod. de Epiſc. & Cler. XI. Kal. Mart. Gratiano A. III. & Merobaude Conſulib.* Anteà enim docuimus, Jovianum factum eſſe Imperatorem 5. Kal. Julii, Mamertino & Nevittâ Coſſ. h. e. A. 363. & deceſſiſſe menſe Imperii Octavo, h. e. 13 Kal. Martii, ut Socrates & Eutropius memorant *Sive, ut Petavius lib. 6. part. 1. Rat. temp. c. 6. ponit, XI. Cal. Martii.* E. biduo, vel quatriduo ante obitum Joviani, promulgata fuit Conſtitutio, quo An. ipſe *Iovianus & Varronianus, Conſules, leg. quemadmodum in C. Th. l. 2. De raptu vel matrim. Sanctim. 9. 25. rectè eſt ſubnotatum.* Deinde, Gratianus A. non tertium; Sed quartum Conſulatum, cum Merobaude, geſſit, atque is Annus eſt 377. h. e. duodecimus ab obitu Joviani, cum Valens, Gratianus & Valentinianus, Imperio præeſſent: uti ex ſubſcriptione L. *Singularum. 8. C. de ædif. privat. l. Severam.* 10. *C. de Dignit. l. nullus. 2. C. de Palatinis. & aliarum* Conſtitutionum, hoc anno prolatarum, conſtat. Eumque errorem, poſt hæc in chartam conjecta, Baronium etiam in A. C 363 n. 129. pag. 197. annotaſſe, depræhendi: Quo loco alium quoque errorem, huius ſubſcriptionis caſtigat, quod ſcil. in utroque Codice legatur: datam eſſe eam con-

Obiter corr. ſubſcriptio l. 5. C. de Epiſcop. & Cler.

eam constitutioné *Antiochiæ XI. Kal. Mart.* quod fieri non potuerit: cum Jovianus, jam ante mensem Ianuarii, Antiochia recesserit, ipsisq; Kalendis Ianuarii Ancyræ Consulatum adierit. Nisi, diem conceptæ legis, cum die promulgatæ, quandoq; confundi, dixerimus. Missam enim hanc legem, narrat Sozomenus lib. 6. c. 3. ab Imp. ad Secundum præsidem. Sed hæc aliò pertinent.

II. Nunc partes Constitutionis, internas videamus; prohibitionem scilicet ipsam, eiusque determinationem. *Prohibitio* consistit in illis verbis: *Nulli tribuendam esse copiam armorum movendorum.* Ubi notanda (1) *amplitudo subiecti,* quæ latet in voce *Nulli*: quâ & singuli & universi cives, infimi, medioxumi, magni: Dynastæ, proceres, & de fæce homines, continentur, *arg. l. nulli. 3. ibi: Nulli permittetur, nomine civitatis, vel curiæ, experiri, nisi ei, cui Lex permittit. Quod cuiusq; Univer sit. Rubr. & t. t. C. Ut nulli patriæ suæ administratio, sine speciali permissu Principis, permittatur. l. 13. ibi: Nulli jam in posterum licere præcipimus, patrimoniales, seu limitrophos, vel saltuenses fundos, qui per tractum Orientis positi sunt, ad jus transferre privatum. C. de fundis patrimonialib. lib. XV. tit. 61. L. Un. ibi: C. de privilegiis corporatorū Urbis Romæ. 11. 14. & pass. l. 4. ibi: Temperent sibi universi, cuiuscunq; sint sexûs, dignitatis, artis, professionis & generis, ab huiusmodi speciei possessione quæ soli Principi, eiusq; domui dedicatur. C. de vestib. haloberis & auratis. XI. Reink. lib. 1. class. 1. c. 3. n. 10. 8.* Observanda (2) particula *prorsus*: ibi: *Nulli prorsus copia tribuatur*: Hæc enim particula excludit omnia & singula, (personarum, rerum, actionum,) quæ, in contrarium, excogitari possunt, simulque ita præcisæ est naturæ, ut nihil prorsùs ex adverso admittat. *Barbosa, in dictionib. cap. 294. num. 1. & 2. per cap. Statutum. XI. §. insuper. 4. in f. (ille citat. §. provisurus.) de rescript. in 6. (fortiores Textus mox citabimus,) Farinac. quæst. crimin. 108. ampliat. 7. num. 25.* Maximè, cùm exclusiva hæc particula (3) jungatur termino Universali, *Nulli*: tum enim fortiùs & penitùs excludit. *Vulpell. de præpos. & adverb. signif. in verb. prorsus. pag. 83.* Ita enim rubrica *Codicis lib. XI. tit. XI. Nulli licere, in frenis, & equestribus sellis, & in balteis, margaritas, & Smaragdos, & Hyacinthos aptare.* exponitur in verbis textus subiecti: Nulli prorsus liceat. *L. ult. C. de formul. & impetrat. l. 1. ibi: Nulli penitus, ne divinæ quidem domui nostræ, frumentum de horreis publicis, pro annona, præbeatur. C. de frumento Urbis Constantinopolitanæ. XI. 22.* Attendenda etiam (4) obiecto circumposita

Partes Const. internæ:

vox

vox *Quorumlibet* : quæ arma hîc, materialiter, & propriè potius, quàm metonymicè accipienda esse, innuit. *l.* 24. §. 10. *ibi : qualibet* vel *minima. de damn. infect. l.* 57. §. 1. *Qui satisd. cog. l.* 1. *De loc. & itin. publ.* (5) Ipsa quoque res, quæ petita fuit, terminis planè universalibus profertur: *Nulli prorsus tribuatur, armorum movendorum copia.*

12. Equidem, non ita latè hanc phrasin exaudimus, ut, cũ Luc. de penna, etiam abusum hîc contineri, putemus, quòd (1) Nemo sanè à Principe, copiam belli movendi, aut tumultûs excitandi aut violentiæ inferendæ petiturus fuerit. *vid. sup. Cap.* 1. *n.* 8. Nec (2) Rector provinciæ, (quem non minus, atque judicem pedaneum, ingenio instructum esse oportet, *l. nequaquam.* 9. §. *Advocatos.* 2. *de offic. proconsul.*) adeò supinus fuisset, ut factum, quod directò L. Julia Maiestatis prohiberetur, *l.* 3. *ad l. Iul. Majest.* licitum efficere, aut, precibus suis, principi commendare, ausus esset. *arg. l. si cuius.* 3. §. *Sed si.* 3. *Vers. æquißimum. de Vsufr.* Neq; (3) Limitatio & determinatio subiecta, generalissimum hunc significatum admitteret. Interim autem, neque adeò restringi vocem *movendi* patimur: ut solam ξιφοφορίαν concernat, quod nonnulli voluerunt. Sed arbitramur, in significatu latiore, *quorumlibet armorum*, extra necessarium & lege concessum, usum, *vel sigillatim, vel coniunctim expediendorum, gestandorum, usurpandorum licentiam, quibuscunque provincialibus interdici:* Usum, inquam, publicum & privatum, singulorum & omnium armorum, etiam sub prætextu & colore turbarum, undique ingruentium, adhibendorum. Hunc enim significatum, verbi *movendi*, ipsa rubrica huius L. ostendit. *ibi : ut armorum usus.* itemque rubr. L. Un. C. Theod. Quibus equorum usus. quæ Collatio non parvum, in explicando, momentum obtinet. *Everhard. in Topic. loc.* 43. *Gail. de pignorat. observ.* 4. *n.* 2. *VVesenb. in parat. de aq. & aq. pluv. arcend. num.* 1. *Barbos. in loc. à rubr.* 9. *cap.* 98. Idem & ratio, in d. L. Un. Cod. Theod. addita arguit: Ubi ideò promiscuus equorũ, ut hîc armorum, usus interdicitur: ut Latronum conatus debilitati conquiescant: Latrocinia autem, non tantùm turmatim: sed & per pauciores, & singulos adeò armatos, possunt exerceri. *l.* 4. *ibi : si servum tuum latronẽ, insidiantẽ mihi, ad L. Aquil.* Atqui nõ satis debilitarentur latronum conatus, si communitatibus tantùm, publicè arma excuterentur; nec privatim etiam, singulis civibus, atque incolis. Denique, hanc paraphrasin ipse Justinianus probat, in Novell. 17. cap. ult.

ult. cum Armis uti, nulli, non militanti, permittendum esse, *decernit.*

13. Quin & ipsa *determinatio* prohibitionis, hanc explicationem firmat, quæ in illis verbis subjicitur. *Nobis insciis & inconsultis*: i. e. Voluntate Principum non priùs imploratâ & impetratâ. Quam limitationem, declarationem, & determinationem, etiam alibi, Legislatores adhibent: *ut in l. nullus.* 4. C. *ad* L. *Iul. Majest. l.* 13. *ibi: inconsulto Principe. de transact. l. aufert.* 46. §. 7. *ibi: inconsultis Principibus. de jur. fisc. l.* 6. § 1. *ibi: Non debet autem, inconsulto Principe, hoc facere. de offic. procons: l.* 2. *de Cadaver. punit. l.* 3. *ibi. Nulli permittatur, nomine Curiæ, experiri, nisi ei, cui Lex permittit. Quod cujusq; univers.* Ineptum autem esset, putare, principem cuiquam desideranti concessurum, ut bellum moveret, aut turbas: quorum illud est, contra L. Iul. Majestatis; istud, contra L. Iuliam, de Vi: quorum neutrũ Princeps permissurus creditur. *l.* 13. § 3 *de usufr. Zas. ad l.* 1. *num.* 4. *de* O. N. N. Concedere autem potest & singulis, ex causa, dignitatis, aut itineris, aut defensionis, gestationem: Itemq; & Dynastis, & communitatibus, & provinciis, usum ampliorem, ubi necessitas Reipubl. tutelam & defensionem exposcit: *ut suo loco demonstrabitur.*

14. Nec temerè duo requisita cumulant Principes, *scientiam scil. & Voluntatem.* Cum enim, turbulentis inprimis temporibus, ad multa connivere, *exemplo l. is qui.* 4. § 1. *de Manum: Tacit.* 12. *Annal.* 54. *vers.* 3. *elegant. Lipsius:* 4. *Polit. cap.* 3. *nu.* 17. *& seqq.* Principes cogantur: Ideò, ne scientiam Principis, temerè quis jactare ausit; insuper etiam imploratio, & concessio. expressè requiritur, quam, in voce *Inconsultis*, latere, ex textibus, suprà allatis constare potest. Sic, ut Luc. de penna, non frustrà, notaverit: Particulam *Atq;*, non solùm copulativam; sed & correctivam, & ampliativam, esse: Ex quo DD. non absurdè inferunt: Nudam Principis scientiam, à pœna, gestationi armorum illicitæ præstitutâ non excusare; *Luc. de penn. h. n.* 1. *Andr. de Isern. in cap.* 1. *hic finitur Lex Corradi* 2. *Feud.* 28 *Menoch. d. cas.* 394 *n.* 27. Sed expressum diploma, & indultum speciale, requiri. *Molin. in Consuetud. Paris. tit.* 1. *de matern. feud.* §. 1. *gl.* 6 *in verb. mouvant de luy.* Qua de re, in Disputatione, de Ὁπλοφορίᾳ, (quod jus, ex hac limitatione, resultat,) dicendum erit.

H CAP.

CAP. III.

Summam Legis Vn. C. Vt armorum usus: & rationes, exhibens.

§. 1.

Summa disputat. SUmma ergò interpretationis & disputationis nostræ, *quantum, ad Legis præsentis explicationem, attinet,* eò redit: Campaniæ incolas, Dynastas, Nobiles, Cives, agricolas; cum animadverteret, post subitaneas Principum, *Iuliani, Ioviani*que, mortes, & mutationes Regiminis, diademate jam in Valentinianum, & Valentem, diviso, varios undique, motus suboriri; petiisse à Rectore suæ provinciæ, *Bulephoro*, ut sibi copiam faceret armorum, & facultatem tribueret, arma sua expediendi, gestandi in publico, iisque, adversus omnes insultus, utendi: Consularem, cum probè intelligeret, quantum peteretur, & quàm illud, in sua potestate, positum non esset, concedere talia, quæ L. Julia Majest. vetita fuissent: *l. 3. ad L. Iul. Majest.* Imperatori Valentiniano, jam Altinum delato, rem exposuisse, eumque consuluisse, num sibi integrum esset, ex rationibus designatis, arma, suis provincialibus, vel saltem Nobilibus, aut Agricolis, concedere: Imperatorem autem Valentinianum, nomine suo & Collegæ assumti, respondisse: Nulli provinciali, cuiuscunque ille sit conditionis, armorum, *licet in possessione & patrimonio ipsius existentium*, movendorum copiam tribuendam esse, nec singulatìm, nedum turmatìm, Principe inscio, aut inconsulto; ne hâc occasione, etiam Latrones, & quilibet alii seditiosi, turbulenti, aut rixosi homines, armorum usum excusent, vel arma induant; sed potiùs, dum omnibus & singulis arma interdicta sunt, admissa talia certiùs caveantur, pro Latronibus habeantur, & opprimantur, qui armati, in Publico oberrent: Principem autem Consultum, tempestivè satis, arma imperaturum.

2. Hinc judicari potest, quid habendum sit, de summa Legis, quæ, ex Bartolo, communiter huic Constitutioni, in edit. Gothofred. præfigi solet talis: *Nulli liceat arma portare, sine Principis licentiâ:* quorsum etiam adducitur à Cujacio, *in Comment.* h. locus

Synesii

Synesii Cyrenæi, Patris antiquissimi, Christianæ professionis Philosophi, præsulis & Episcopi Ptolemaidis, ex Epistola 107. οὐκ ἐξὸν, ἰδιώτας ἀνθρώπους, ὁπλοφορεῖν: Non licitum est privatis hominibus, arma ferre. Ut enim concedamus, regulariter, (i.e. extra usum & finem concessum,) arma gestare, privatis etiã, hâc lege vetari; Neq; tamen, dici potest de privatis tantùm, aut, de sola armorũ gestatione, Impp. hâc Constitutione egisse: quod vel ex superioribus liquet: Et verbi movendi generalitas, generaliorẽ sensum omninò requirit, *Decian. lib. 8. tract. crimin. c. 3. n. 5. P. Theodor. Coll. crimin. disp. 6. & 7. lit. G.* Adeoq; generalior sensus Legi reddendus est. Nempe, quem ipse Cujac. paulò antè, præmiserat. Postquam enim dixisset: Conjungendam esse hanc L. *cum L. un. C. Theod. Quibus equor. usus concessus est*: Rationem addit, quæ veram legis summam exhibet: Ut enim illa, *inquit*, usu equorum, certis personis, interdicit: ita hæc, usu armorum omnibus, nempe, (*quod addendum est,*) absque Principis venia. ¶ Quod locũ Synesii attinet: non est ea sententia ipsius Episcopi; Sed amici cujusdam Synesii, hanc sententiam objicientis, quam ipse Synesius postea refutat.

Contextus integer sic habet: εἶτα λέξεις (deinde dices: Ergò alius; non ipse Synesius, hoc dicit:) ὡς οὐκ ἐξὸν, ἰδιώτας ἀνθρώπους ὁπλοφορεῖν: Respondet autem Synesius illicò, verbis sequentibus: (quæ interpretes, & Basiliensis *Ionas Cornerius*, Anno 1560. & Parisinus *apud Marcum Orry*. 1605. sinistrè acceperũt, & interpunxerũt,) ἀποθνήσκειν δὲ ἐξὸν: q. d. suavis es, Amice, qui dicas: Arma ferre, & se ipsum defendere, non licere; sed prohibitum esse: Morti ergò, & violentiæ hostium, se objicere, licitum, immò necessarium foret, (juxta istam hypothe[illegible],) cum & Respubl. ei indignetur, qui se tueri & servare cona[illegible] fuerit? *Hactenus Synesius*. Innuit autem hâc disputatione: Non esse prohibitum usum armorum, tutelæ causâ, &, cum judicis copia haberi non potest. *L. 1. & t. t. C. Quand. lic. unicuiq; se vindicare.* Quemadmodum conclusio Epistolæ habet, *ibi*: *Et quanti, putas, hoc æstimem, ut rursus pacem videam, & tribunal ornatum, & præconem, silentium imperantem? Vtinam statim morerer, ubi primam figuram patria receperit.*

3. Idq; etiam est ἀξιομνημόνευτον præcipuum hujus Legis: *Arma nimirum, & armorum usum, non esse subditis, sive seorsim, sive conjunctim,* *& legis ipsius.*

junctim, temerè concedendum: Ac, ne turbidis quidem temporibus. *Rat. dub.* Utcunque enim, tali rerum ſtatu, motuque, (quæ ratio dubitandi conſtitui poterit,) optimum factu videatur, arma, in tempore, comparare, *Thom. Prozius de Imper. Virtut. & robore bellic. paſſim*: & cuivis violentiȩ, quovis modo, occurrere potius, quàm, poſt vulneratam cauſam, fractasq; vires, damna Lunæ queri, aut ſeram, lacertis jam debilitatis, vindictâ longè moliri ſeriùs: *L. ult. C. in quib. cauſ. in integr. reſt.* (Vnde Prudentiſſimi etiam populi, in ejusmodi neceſſitatibus, ipſa ſervitia armârunt: *vid. Livius: lib. 22. Tacit. lib. 14. Annal. 7. verſ. 2. & lib. 2. Hiſt. c. 8. v. 3. itemque lib. 3. c. 79. v. 2. Iuſtin. lib. 3. cap. 5. lib. 16. cap. 5. lib. 22. cap. 4. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 6.* Similiq; de cauſa, poſtea Impp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius, A. C. 391. provincialibus omnibus, liberam reſiſtendi facultatem conceſsêre adeò, ut, ſi quando militum, vel privatorum quisquam, ad agros, nocturnus populator, intrâſſet, aut itinera frequentata, inſidiis aggreſſionis obſediſſet, permiſsâ cuiq; licentiâ, digno illicò ſupplicio ſubjugari jubeatur. Sæpè enim præſens neceſſitas, moram judiciorum non admittit, *ait ICtus, in L. 1. §. Sed excipiuntur. 2. de Fer. & pluribus deducit Cicer. lib. 2. de Invent. cap. 7. itemq; in Orat. pro Milon. Add. L. 3. §. ult. de Sicar. leg. 7. §. 3. Quòd Vi aut clàm. can. 3. quæſt. 1. Caus. 23.* Immò, juris gentiũ eſt, ut vim atq; injuriam propulſemus: *l. 3. de juſtit. & jur. l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* & ipſa naturalis ratio permittit, ut, adverſus pericula, nos defendamus: *L. itaq; 4. d. tit.* Unde jus hoc ut arma armis repellere liceat, naturâ, i. e. jure naturali, comparatum dicitur; *in l. 1. §. Vim vi. 27. de Vi & Vi armat.* Sic Mithridates in Oratione, quã, ex Trogo, exſcripſit Juſtinus, *lib. 38.* Adverſus Latronẽ, infit; ſi nequeãt pro ſalute, pro ultione tamẽ ſuâ, omnes ferrũ ſtringunt. Platæenſes, *apud Thucydidẽ*: jure apud omnes recepto hoſtilia parantem, aut patrantem, ulciſci licere, clamant. Et Iugurtha, apud Salluſtium: cum dixiſſet, Atherbalem vitæ ſuæ eſſe inſidiatum, addit: Populum Romanum, neque rectè, neque pro bono, facturum, ſi ab jure gentium ſeſe prohibuerit, i. e. ab ultione.)

Deciſio. 4. His tamen omnibus (& quæ alia, privatæ vindictæ, & aliarum iniquitatum ingenioſus aſſertor, Hugo Grotius, *lib. 2. de jur. bell. & pacis: cap. 20. §. 8.* adfert,) contemtis, conculcatisq; Impp.

graviter

graviter edicunt, prohibentq́; ut nulli, (nec Dynaſtæ, nec civita-
ti, nec provinciæ, nec Moderatori provinciæ, nedum, privato cui-
quam,) copia tribuatur & licentia, quorumlibet armorum, (ne
quidem, in ſpeciem, defenſivorum,) movendorum, (loco ſuo, pu-
blico, aut privato, ubi recondita ritè fuerint; nec actu primo; nec
ſecundo:) inſciis Principibus, & inconſultis: h.e. niſi priùs, cauſa
neceſſitatis, principibus fuerit ſpeciatìm oſtenſa, probata, & Con-
ſilio præhabito, quid cuique faciendum, quid omittendum, decre-
tum, mandatumque fuerit. *l. 8. C. de LL.* Ita enim, verba ſcientiæ,
& Conſilii, h. loc. ἐμφατικῶς & ἐνεργητικῶς, accipienda eſſe, ſupe-
riùs eſt probatum.

5. Ratio decidendi, haut dubiè, poſita eſt, in Iuris Com- *Rat. Decid.*
munis Communi regulâ, quæ docet: Non eſſe ſingulis conceden-
dum, quod, per Magiſtratum, publicè fieri poſſit, ne occaſio ſit ma-
joris tumultûs faciendi. *L. non eſt. 136.* (al. *276.*) *de Reg. jur.* Cum
enim omnes homines, naturâ, ad contentionem propenſi ſint, *ut
Senec. cap. 3. de brevit. vitæ, ait: &, cum eo, ICtus: in l. 17. §. 6. de recept.
arbitr.* Non amplianda eſt, & laxanda fibula huic procacitati;
Sed multò potiùs, providenter reſtringenda, & coërcenda venit.
arg. d. l. 13. §. 3. verſ. æquiſſimum eſt. de Vſufr. l. 21. de reb. cred. Ne, per
inconſultam armorum aſſumtionem, tumultus, per tumultum, ſe-
ditio; per hanc, periculum & interitus, Statui Reipubl. conſci-
ſcatur; *ait Charondas, in notis ad Cod. Heinric. lib. 8. tit. 7. l. 1. in f. l. pen. de
ſicar. l. ult. eod. l. 1. in f. ad L. Iul. Majeſt.* Idcircò enim judiciorum vi-
gor, jurisq́; publici tutela, in medio conſtituta eſt, ne quis ſibi ipſi
permittere valeat ultionem. *l. nullus. 14. C. de judæis.*

6. Aliena ergò ſunt Exempla, quæ à Grotio, ex adverſo, *Reſolutio*
adferuntur, tanquam juri gentium conſentanea: Loquimur *rat. Dubit.*
enim de Republ. benè fundatâ, benè conſtitutâ; Non de ea, quæ
extra definitos juris legitimi cancellos, intra libidinis & honeſta-
tis ancipitem amorem, fluctuat: ubi hujus, vel illius immodica Vo-
ta, calidaq́ & animoſa Decreta, juris rectitudinem, non inducunt,
quippe quæ ſemper, ad perpetuam juris gentium regulam, πρὸς τὸ
καλὸν, ad æquum & honeſtum, (*quod παρόραμα in Alberico Gentili
notatum, prolegom. pag. 4. Grotius ipſe ſæpenumerò turpiter negligit,*) com-
paranda, & exigenda eſt. Neque Caſus Neceſſitatis, *quibus ſolis ar-*

mata servitia à prudentibus legas, nec temerè aliàs, v. Lips. Lib. 5. polit. Cap. 12. Iustin. lib. 3. Histor. cap. 5. aut speciales alii: v. g. concessæ etiam privatis, adversus nocturnos aggressores, populatores & Latrones, defensionis suæ; regulam, (*de armis, popularibus nequaquam concedendis,*) debent infringere: Sed, in casibus non exceptis, roborare. *arg. leg. 12. §. 43. vers. den iq. de fundo instr. l. 18. de Testib. Hartm. Pistor. 2. quæst. 27, num. 7.*

De Sententia. leg. 3. § 1. ad Leg. Iul. de Vi privata.

7. Immò, non publicè solùm Romani & in universum; Dynastis, civitatibus & provinciis injussu populi, aut Principis, licẽtiam arma movendi, ademerunt &, interdixerunt: Sed etiam privatos, arma portare, aut gestare, vetuerunt.

Notus est, & ipsâ duritie suâ inclaruit, Textus *l. 3. §. 1. ad L. Iul. de Vi public.* Ubi omnes Juvenes, in pacata Republ. uno Capitali Edicto, exarmantur:

> *Eâdem L. Iuliâ,* inquit Marcianus, *tenetur,*
> *Qui pubes, cum telo, in publico fuerit.*

Pœna autem L. Iuliæ, est aquæ & ignis interdictio: *l. 10. §. ult. d. tit.* Quod si quis, hominis occidendi, furtive faciendi, causâ, cum telo, ambulaverit, Lege Corneliâ, de Sicariis, tenetur. *L. 1. ad L. Cornel. de Sicar.* Fac. Fußknecht Bestallung zu Speyer/Anno 1570. art. 30. & seqq.

Ad quam Duritiem cohorrescentes, nonnulli interpretes, nullum aliud, emolliendæ duritiei, remedium inveniunt, quàm abolitionis, per abusum: *Bernh. Autumnus: In Collat. juris Roman. & Gallic. ad L. Iuliam de Vi public. pag. 644. ibi: Apud Gallos, iste tit. non servatur. & ad tit. sequent. Leg. Iuliæ. de vi privat. pag. 645. Hæc pœna non est in usu.* Quasi verò tam vecors & vesana sanctissimarum legum abrogatio, in manu privatorum, esset posita: *leg. 27. primo vers. Quod enim non mutatum, Cod. de testam. leg. 32. §. 2. Cod. de Appellat. cap. 1. de constitut. in 6. Bocer. de investit. Feud. cap. 4. num. 63.* Quid si verò & hîc locum habere queat, illud præjudicium, quod sibimet dictavit ille Iurisprudentiæ Romanæ professus hostis, & Conturbator, in censura Gallica Iuris Romani, *part. 2.* quando, *ad Leg. 7. §. si Vir. 13. solut. matrim. pag. 2.* verè decernit: *plerúmque eos, qui leges non intelligunt, illas mutatas, aut inversas velle. v. Hillig. 8. Don. Enucl. c. 11. lit. L.* Loquitur enim L. Iulia

de usu,

de uſu, geſtatione, & delatione armorum *in publico*, cum vel cœtus, concurſus, turba, ſeditióve, fieret; *l.5.d.tit.* Vel, ſi quis ideò, cum telo, ambulaſſet, ut hæc talia commodiùs & faciliùs fierent. *L. 4. Eod.* Excipitur autem ipſâ L.Iuliâ, geſtatio cauſaria; ſeu, ex honeſta causâ, ſuſcepta, ut ſunt, Venationis, itineris, vel navigationis: *l. 1.d.t.quam, ſine cauſa, cum noſtra l.un. regulam ſcil. cum exceptione, committit Alvarot. ad verſ. mercator. §. 5. 2. F 27.* Vel, ubi quis telum, tutandæ ſalutis ſuæ cauſâ, geſſiſſe ptobetur. *l. 10. §.ult. Eod.* Atque ſic textus, ab aliis implacabiliter commiſſi, facili & amabili fœdere, componuntur. *conf.inf. cap. ult. §.4.* Hæc Romani Juris Regula, tantum abeſt, ut vel Imperatoribus Germanis; vel extraneis etiam Principibus; Gallis, Italis, Hiſpanis, Anglis, improbata ſit, ut etiam ipſis Turcis religiosè obſervetur: *prout mox p. ſeq. dic.*

Obiectiones aliorum remota.

8. Ne quis hîc barbaros mihi caſcorum Alemannorũ mores, cũ lapidei ſtatus lapideo Deſcriptore, ejusq. Aſſeclis, objiciat, quibus uſitatum, in armis ubique, domi, foriſque, in conſiliis & conviviis, conſpici: *ut Tacitus narrat, de moribus German.cap.22.* Et, ſi conſilium placeret, frameas concutere, armiſque laudare, quod, apud eos, honoratiſſimum aſſensûs genus erat; *referente eodem ibidem, cap.11.* Hi ſcilicet mores, barbariem illam, tot cladibus inter ſe commiſſam, decebant, Cui jus omne, in armis erat poſitũ: **Da das Fauſt-Recht / Kampff-Recht / Befehdungen /** pro jure legitimo, **gehalten wurden /** *Beſold. in voce* **Fauſt-**Wehn. *in v.* **Kampff-Recht.** Nec in laude ponendũ, quod Belgæ nobis improperant: Arma, apud ſe, non geſtare, niſi milites, Nobiles, Studioſos, apparitores publicos; Apud Germanos, etiam reliquos ex plebe, qui, ſuffecturos ſe, confidant: Solis enim ruſticis, Arma interdixiſſe Fridericum. *Hactenùs Anton. Matthæi ad Leg.Iul.de Vi publ.& privat.cap.4.num.1.pag.510. per text. 2. Feud. 27. §. ſi quis ruſticus.5.* Primò enim, non barbara hîc iterùm, & turbida tempora, intelligo, à quibus nemo ſanus, exempla aut jura petat: *Grotius. d. proœm, pag. 4. & paß.* De moribus Chriſtianorum, & jam ſub Imperii legitimi regimen redactorum, Germanorum, loquor. Caroli M. Leges extant quàm plurimæ; *de Armis, infra patriam non portandis*, quibus etiam diffidatores & Faidiſtæ, acriter coërcentur. Vid, præter Lombardam, *lib.1.de faidoſis & armis, intra patriam non portandis, tit.37.l.1.& 2.Caroli Mag.Capitularia*

laria Ordinaria lib. 3. tit. 4. & 22. Et in Capitularibus communibus apud Goldast. tom. 3. Constit. pag. 156. Quod si quid, Sanctionibus his contrarium, deinceps, apud Francones, inolevit aut duravit: (*ut vult VVehnerus, apud Goldastum,* von Reichs-handlungen/*pag. 314.*) id obstinatæ gentis contumaciæ, omnem libertatis securitatē, in armis reponentis; non voluntati LLatorum, tribuendum est. Sanè, Fridericum, constitutione suâ non tantùm rusticis; Sed etiam aliis civibus, armorum gestationem & usum, extra casum necessitatis, & itineris, interdixisse, ipse oppositus § 5. in vers. Mercator. docere poterat. Enimverò si prudentes status & ingeniorum Germaniæ arbitratores, etiam militibus modum, in armorum gestatione & usurpatione, præscripsêre, in der Fußknecht bestallung zu Speyer / de Anno 1570. *artic. 30. & sequentibus.* Quantò magis, in civibus, restringi & refrænari ea debebit? *Magnific. Dn. FrantzKius lib. 2. resolut. 23. nu. 56.* Apud quos scilicet, plus, tranquillitatis desiderium, quàm vanum libertatis insigne, aut argumentum, noxium præterea, & periculosum, valere debet. An quidquam concedent Germani, prudentiæ Gallorum, Anglorum, Hispanorum, Italorũ? Certè, Heinricus IV. Galliæ Rex, (inquit Petrus Matthæi *lib. 1. Histor. narrat. 5. num. 2*) Ne quidquam omitteret eorum, quæ firmare pacem, & publicam stabilire tranquillitatem, possent, idem, quod Majores, in ejusmodi, belli pacisque, conterminio, fecerant, observavit: Et, post restitutum Iustitiæ splendorem autoritate consilii Publici, omnibus privatis, usum armorum interdixit, in primis bombardarum: Sub pœna amissionis armorum & equorum, ac præterea ducentorum coronatorum, fisco solvendorum, ab his, qui primâ vice, reperti fuissent obniti: quod si quis, alterâ vice deprehensus fuisset, animę amissionem illi fuit interminatus. Edicta similia, (publicata Anno 1559. 1564. & 1598.) magno numero, congessit Brissonius: *lib. 8. Cod. Heinric. tit 7.* Eadem Consilia probavit prudentissimus Rex Angliæ, Heinricus VII. Quando, (*Verulamio, in ejus vita pag. 106. teste,*) ad pacem continendam, nihil æquè conducere, statuit, quàm si justitiæ suus vigor reddatur: privatis autem, omnis violentiæ & ultionis exercendæ instrumenta, adimantur. De Hispanorum interdictis, est, *in Nova Collectione Regia, l. 8. tituli 6. libri 6. & L. 14. tit. 4. d. libri.* Apud Italos, omnes bandi,

bandi, ut vocant, titulis illis ornati sunt: della prohibita delatione dell' Armi. *v. cap. 15. del Bando Generale Cardinalis Iustiniani Legati Pontificis, publicat. in Bononia Anno* 1608. Et quid in recensendis Christianorum legibus, multi sumus: Ipsi Turcæ, non solùm paganis; sed & militibus, extra expeditionem in hostem, iam in procinctu consistentem, omnem armorum usum interdicunt, ut Bodinus (*pag.* 487.) *lib. 4. de Republ. cap. ult. cum aliis*, narrat: Quo loco, sibi temperare nequit, quin exclamet; si hoc fit ab iis, & quidem militiæ, quos barbarissimos esse, putamus, quantò æquius est, domi cives exarmatos esse?

CAP. IV.

Jus Exarmationis, per Synthesin Præceptorum, declarans:

§. I.

TExtu cardinali, hunc in modum, resoluto, & exposito, loco notabilium, ipsam doctrinam, de iure exarmationis, syntheticè ex traditis, eliciemus. His enim partibus, universa de iure armorum, (materialiter sumtorum, doctrina absolvitur: *Fabrica sc. commercio, possessione & usu*: quatenus ille vel prohibitus, vel quandoque ex certis causis, certisque personis, concessus est. Nos in præsentiarum de prohibitione videamus. Et quantum quidem ad vocabula attinet, *ut, armare cives*, dicuntur, qui illis arma circumponunt, distribuunt, permittunt: Ita, ex adverso, exarmare eos censentur, qui arma ipsis adimunt, aut eorum usu interdicunt. Eadem est ratio inflexionis Græcæ: Ut enim ὁπλέω & ὁπλίζω, est armo: Ita ἀφοπλίζω, est exarmo, armis exuo. Hinc ἀφοπλισμὸς, exarmatio: *in l. περὶ τῶν καθ' ἕκαστον. 27. C. de Episcop. audient. l. ult. C. de metat.* Et ἀφοπλιστὴς *in Novell. 8. c. 13.* Exarmator, ut rectè vertit Fr. Raguel. *in Comm. ad d. l. 27. in f. & Holoander, ad d. Novell. 8. c. 13.* qui arma prohibita aufert. Malè autem vetus translatio, & planè inverso sensu: ἀφοπλιστὰς, armatos vertit. Priorem interpretationem amplexus est ipse Julianus, Patricius & Antecessor V. Constantinopolitanæ: *Novell. const.*

Definitio sive explicatio nominis.

15.*cap*.60. cum enim titulum capiti fecisset: *De Latrunculatoribus, & biocolytis, & aphoplistis*: Aphoplistas vocari, ait, eos, qui privatis hominibus, arma habere, non concedunt. *vid. Meurs gloſſar. verb.* ἀφοπλίσαι.

2. Tametsi verò, ut, ex superiore tractatione, patet, exarmationis vocabulum & ius latè pateant, ita, ut, non tantùm de civibus; sed & extraneis, usurpetur: De his, inquam, quatenùs arma, vel hostibus excutienda; vel clientibus adimenda, vel unà cum fœderatis, pari passu deponenda sunt: *cap*.1.§.4 *& seqq*. De istâ tamen unicè, nobis, hâc vice agere, est constitutum. Quæ describi potest prohibitio, quâ civibus, publicæ tranquillitatis causâ, usus armorum interdicitur. *facit. l. 7. in verb. vetare. de legibus. Treutl.* 1. *disp*.1.*th*.3. C. *ibique Bachov*. Estque ea prohibitio modò universalis, modò singularis. *Vniversalis*, cum civibus, in universum omnibus, arma adimuntur: *Singularis*, cum certo cuidam civium generi, veluti rusticis, aut religiosis, armorum usus adimitur.

Ex rei.

De origine iuris exarmandi.

3. Origo huius prohibitionis, est antiquissima. Sic enim apud politissimas quasque gentes, arma non fuisse in privatorum manu; & sacræ, & profanæ literæ testantur. In sacris, *præter ea, quæ huius partis cap*.1.*th* 5.*præmissa sunt, lib* 2.*Chron*.32. *v*. 5. *&* 6. legimus: Hiskiam Regem, armorum fabricationem, suæ curæ, & inspectioni reservâsse, itemque, ex *lib*.2.*Chron*. 26. *v*.14. Usiam, ex armamentario suo, exercitum omni armorum apparatu, instruxisse, colligimus. *Conf. inf*. §. 7. E Profanis Scriptoribus, historiæ, capite antecedente, relatæ sunt. Nec Livius tantùm, *lib*.3. *Tacit*.1. *Histor*.38.*vers* 5. *& cap*.80.*vers*.3. Sed & Cicero *pro Rabir. in med*. testatur: ingruente bellorum necessitate, ex armamentariis publicis, arma populo Romano, à Consulibus distributa fuisse; Quemadmodum & aliarum Gentium arma, (ut Suionum,) clausa, sub custode; *Tacit. in German. cap*.44.*vers*.4. Missione autem factâ, vicissim ad Tribunos relata, fuisse, *idem lib*.2. *Histor*. 67. *v*.1. docet. Notitia Imperii, etiam locum assignat, ubi arma illa recondita fuerint. Arnis *lib*.2.*de iur. Maiest.cap*.5.*num* 7 *fac. l*. 1. C. *de Fabricens. conf. Panciroll. in not. Imperii Orient. cap*.66. *pag*.106. Eaque armamentaria, nonnulli, voce Armandiarum, intelligunt. 2. F. 58. *Gothofr. ib.*

Borcholt.

Borcholt. de Regal.num.22. Vultej.lib.1.cap.5.num.7. Gregor.Tolosan.lib.9. de Republ.c.1.num.13. Quorum instituta sapientissima, sapientes quique Principes imitantur. Consul. de Gallorum, Anglorum, Venetorum, & aliorum populorum armamentariis, Arnis. *d. cap. 5. num. 7. Adde, quæ dicta sunt in capite, de possessione armorum. §. 16. pag. 38. quæque inferius d. §. 7. commemorabuntur.*

4. Rationes impulsivæ à nobis itid. suprà subindicatæ sunt, & infrà denuò attingentur. Licet autem sint, qui disputent, satiusne sit, arma subditis permittere, eosque in armis exercere; vel ea prorsus adimere: *qua de re dictum est in cap. de possessione armorum, th. 17. p. 39.* Magnæ tamen rationes sunt, quæ ius exarmationis sustinent, sive Imperantium tantùm; sive parentium etiam, salutem spectes. *Primùm* enim, ad securitatem ipsius *Imperantis* pertinet, si arma in ipsius tantùm; non autem in civium, manu & potestate, sint posita. *per tradita d. cap. 1. th. 5.* Siquidem ita imperabit securè, non modò volentibus; sed etiam invitis. *Arist. 5. polit. 11.* Ita contumaces spiritus facilè franget & contemnet, exemplo Aristomachi, in cuius interitum, licet multi coniurâssent; efficere tamen nihil potuerunt, cùm gladiorum gestatione prohiberentur. *Plutarch. in Arato.* Necesse enim est, eos, quibus armorum usus interdictus est, fieri servos τῶν τὰ ὅπλα κεκλημένων. *Arist. 2. polit. 8. Arnis. lib. 2. de iur. Maiest. cap. 5. thes. 4.* Deinde, ad securitatem *quoque civium & subditorum*, idipsum facit. Nec enim portandorum armorum licentia, audaciam tantùm ingenerat, & inprimis, inter temulentos visa arma, cupidinem sui movent, *Tacit. 1. Histor. 80. vers. 4.* & manus otiosas lascivire faciunt: *Tacit in German. cap. 44. vers. 4.* sed & occasionem sæpè suggerunt turbarum. Arnis. *d. c. 5. th. 4. vers. Ea igitur. Vt postea, ex Novell. 85. pluribus dicemus, cum de fine prohibitionis tractandum fuerit.*

De causis prohibitionem suadentibus.

5. Nec Tyrannorum tantùm proprium est, usum armorum subditis interdicere: (Quemadmodum hodiè per Parlamentum Angliæ *apud Mirian. in Ann. 1646. pag. 1028.* populo, armorum gestatio, severè interdicta est); Nec dissidentium populorum tantùm, (quemadmodũ hodiè An. 49. in actis publicis legimus, præsidiarios R. Sued. prohibuisse: Daß auff der kleiner Seiten/ ausser den Keyserl. Bedieneten/ vnd Officirern/ Niemand/ mit Degen gehen dörffe. Cuiusmodi proclamata etiam G. in L. non sine oppressione

Subiectum, quod arma prohibet, seu exarmat.

Nobilitatis, dictitasse, meminimus.) Sed & bonorum Ptincipum, inquit Arnis. *dict. lib. 2. cap. 5. num. 4. Menoch. Consil. 202. Peregrin. Iannin de citat. real. cap. 1. num. 307.* Qui tranquillitatis publicæ causa, & olim & hodiè, multis in locis, promiscuam armorum gestationem damnarunt *Menoch. de A. I. Q. casu 394. n. 25. Peguera de. cis. 56. num. 1. Merckelbach. apud. Klock. 1. Consil 34. num. 6. & sequent.* Idque exempla *c. 3. de possessione armorum. §. 16. p. 38.* allata, satis comprobant. Adde Thuan. *lib. 120. Hist in Ann.* 1598. & quæ plura exempla referemus, *hoc eod. cap §. ult.* Zu Genua dörffen weder Frembde / noch Einheimische / jhre Wehren tragen / ohne sondere privilegia, inquit Schickardus: in der Fürstl. Würtenb. Reißbeschreibung nach Italien / *pag.* 29. similia, de Venetis, Florentinis Romanis, ab aliis commemorantnr. Arnis. *d. lib. 2. de iur. Maiest. c. num. 9. th 6.* Illud verò controversum; An etiam potestatibus & Magistratibus, qui superiorem recognoscunt, facultas hæc prohibendi competat? Disputatur hac de re, in utramque partem, apud Cravettam, *part. 2. consil. 314. pag. 256.* Negandi rationes hæ afferuntur: (1.) Quod tales Magistratus, veluti Castellani, non possint inhibere subditis ius piscandi, aut venandi: *Ioh Fab. in § flumina I. de rer. divis Guid. Pap. quæst.* 414. *incip. utrùm latrones.* E. ne. ius simile, gestandi arma. (2.) quia subditi dicant: se portare arma, defensionis gratiâ: Atqui, defensionem esse iuris naturalis: E. non posse à Magistratu quocunque illis auferri. (3.) quia consuetudo, armis utendi, ubique inoleverit: E. non tolli posse, per Magistratum inferiorem: cum parem vim cum lege habeat, *l. 32. de LL.* & ex illicito licitum faciat. *Bart. & cæteri, citati Barb. 3. axiom. cap. 59. axiom. 12.* *Affirmandi* causæ, hæ subnectantur (1.) quia Dominus loci quælibet statnta condere possit; dummodò ea non tendant, contra ius superioris. (2.) Maximè autem, quia tale statutum directum sit ad executionem iuris communis, & conservandam publicam salutem adeoq; inprimis laudandũ. *Alb. Brun. 2. Cons. 207. Iac. Cancer. 1. res. c. 3. n. 55.* (3. Quemadmodum etiam aliàs Dominus (s. le Vidame) teneatur deputare custodes, ne damna dentur; in bonis subditorum. Hancque sententiam, cum calculo suo firmasset Cravetta; Ad obiecta, ex adverso responder: (1.) disting. inter ea, quæ sunt contraria Iuri Gentium: & quæ ei non contraria, sed consentanea, inprimis etiam Juri Civili. inveniũtur (2.) Quod de Defensione nonnulli

cau-

cauſenrur, id admitti, probato priùs periculo : præterea , ſi omnes pariter prohibeantur arma geſtare , omnes ubique fore tutos atque ſecuros. (3.) Conſuetudinem contrariam non poſſe allegari, aut attendi, quia præſtet materiam delinquendi. l. illud convenire. 5. *de pact. dotal.* Eſſe ergò poriùs corruptelam. Can. *mala. diſt.* 8. Multa etiam, per patientiam tolerari, quæ, ſi in iudicium deducantur, minimè ſint probanda.

6. Et affirmativam quidem, etiam ante inſpectum Cravettam, in tract. ſuperiùs indicato, Ann. 1628. calculo noſtro firmavimus, ſtatuendo : Non tantùm Dominos Caſtrorum, ſuperiorem recognoſcentes; ſed etiam Poteſtates, (ut vocant, ſive Præſides & Præfectos , ad regendas Civitates miſſos,) pœnam arma portantibus imponere poſſe, etiam præter & ultra iuris præſcriptum. Licet enim Magiſtratus tales nihil temerè, contra ius commune, ſtatuere poſſint & debeant. *arg. l. 5. C. defenſor. civ. Barboſ. l. 2. §. ult. n. 74. de Iudic. Mynſing. 1 reſponſ 36. num. 6. poſt Bald. & Roland. à Vall. Dn. David. Mevius: iur. Lubec. prælimin. quæſt. 2. num. 57.* Poſſunt tamen ea, quæ ad juris communis confirmationem & executionem pertinent, omninò ordinare *Cancer. d. reſol. 3. num. 55. Decian. libr. 8. crim. cap. 3. num.* 18 *&* 19. *ubi ſcribit : Ex communi conſuetudine totius Italiæ, proclamationes fieri ſolere & Edicta, per Rectores Civitatum, ne ullus, ſub tali, vel tali pœna, arma portet.* Multò magis ergò, hoc dicendū fuerit in Statibus Imperii, quibus non tantùm Juriſdictio ; ſed & Regalia competunt. *Merckelbach. apud Dn. D. Klockium.* 1. *Conſil 34. num. 25.*

Subiectum, patiens, & qui exarmandi?

7. Quærendum porrò, qui exarmandi ſint, ſeu, quibus armorum uſus prohibeatur? Equidem L. noſtra Un. generaliter loquitur : *Nullis movendorum armorum copiam eſſe tribuendam*, Principe inſcio: (ſeu quibus Princeps, aut generaliter, ob ſtatum, conditionem, gradum; vel ſpecialiter ob merita, id non conceſſerit: *De quibus in tr de* ὁπλοφορεία *dicendum,*) Nec fabricatoribus armorum, *Nov. 85. c.* 1. *&* 2. aut aliis quibuſcunque, non militantibus , *Novell.* 17. *c. ult. ibi : Neque armis , non militantem permittet aliquem.* ac ne militibus quidem, extra uſum belli. *Arniſ. d. l. 2. de jur. Maieſt. cap. 5. p* 340. *num. 7. per l. qui conventus.* 14. §. *ibi : Armorumque Cuſtodi plerumque ea culpa imputatur, ſi arma militi commiſit, non ſuo tempore. de re milit.* Fa-

rinac. q. crim. 108. *ampliat.* 8. *n.* 6. Hinc Patron, Græcorum Dux, *apud Curtium lib.* 5. *cap* XI. *num.* 1. præcepisse suis legitur, ut *arma, quæ in sarcinis antea ferebantur*, induerent, ad omne imperium suum parati & intenti. Eodem modo Plutarchus *in vita Crassi*, narrat: Crassum, post Mummii fugam, petiisse sponsores à militibus, cum rursus iis arma traderet, se ea servaturos. Turcarum etiam, sive legibus, sive moribus, introductum, suprà cap. 3. f. notavimus; ut, quoties hostes longiùs absunt, arma carris & iumentis militem præeuntem subsequantur; post Bodin. *lib.* 4. *de Republ. cap* 7. *Camerar. cent.* 2. *hor. subsec. cap.* 43. Dixi, extra usum belli: Nam bello durante, milites utique cincti, armaque, eò pertinentia, iis permissa fuere. *l. milites* 15. *ibi: aut armorum quotidiano exercitio, ad bella se præparent.* C. *de re militari.* 12. 36. *l. milites.* 31. *ibi: ne omisso armorum usu: & ibi: armis; non privatis negotiis, occupentur.* C. *de Locat. & Conduct. l. scimus.* 22. *pr.* C. *de iure delib. Baro Enenckel. lib.* 2. *de privileg. Milit. cap.* 33. *n.* 3. Atque ita fortè Autores, modò allegati, diversimodè hac de re loquentes, erunt conciliandi. Planè, in exauctoratis & militiâ missis, prohibitionis ratio magis urget, *d. Novell.* 17. *cap. ult.* Ne militum nomen prætendentes, reipsa, fiant catuli in sylvis, & lupi rapaces, in nemoribus, *ut inquit Bald. in l.* 1. *in f.* C. *qui bon. ced. poss.* Planetæ terrestres, Hünerfänger/ qui potiùs, extra fines Imperii, deportandi, aut aliis pœnis competentibus afficiendi sunt. *l. nemo.* 13. *in fin.* C. *de re milit. lib.* 12. *l. Veterano.* 3. C. *de Veteran. d. l.* 12. *Recess. Imp. de Ann.* 1551. §. Nach dem auch. *ut & Ann.* 1555. 1595.

8 Quin & Nobiles, hac armorum prohibitione comprehendi, colligunt Dd. Commun. ex clausula universaliter negante huius L. *Nulli prorsus*: Farinac. *d. quæst.* 108. *ampliat.* 7. *num.* 25. Ubi, idem etiamnum observari, in statu Ecclesiastico, tradit, ut à pœna delationis armorum, nulla Nobilitas excuset: quem laudat & sequitur Jacob. Cancer. *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 3. *num* 56. Et, licet Luc. de Penn. Rebuff. & alii, contrarium statuerint, *arg.* §. *si quis rusticus.* 2. F. 27. refutantur tamen à Tiraq. *cap.* 20. *de Nobilit. num.* 68. *& seqq.* Inprimis per generalitatem huius Textûs, contra quem, argum. à contrario sensu, nihil facere, Tiraquellus scribit. Enimverò non advertunt Viri magni, generalitati huius Legis, appositam itidem esse

gene-

generalem limitationem & declarationem in verbis: *Nobis inſciis, & inconſultis.* Cùm ergò poſterioribus temporibus, Principes non tantùm prærogativâ dignitatis, Nobilibus geſtationem gladiorum, iuſque cinguli conceſſerint; Et mos etiamnum ſit, ut Nobiles, ex Ephebis emergentes, & ad militiam apti, armis cingantur: Sie werden wehrhafft gemacht; Sed etiam iure obligationis Vaſallaticæ, paratos, & in armis eſſe voluerint. *Addition. ad Guid. Pap. deciſ. 384. lit. B. Bon. de Curtil. tract. Nobilit. part. 3. num. 58. Beſold 1. polit. θ. 3. verſ. 2.* Facilè intelligimus, eos duplici ratione, ab hac prohibitione, exceptos eſſe; Quinimmò in textu *2. F. 21.* ex eo, quòd quis arma bellica depoſuit, colligitur, eum conditionem Vaſallaticam exercere velle. Unde Vaſalli, milites, paſſim ſynonymicè vocantur. Et cum Farin, *d. q. 108. num. 31.* eos etiam Equites excipiat, qui militias emerunt: Quantò magis excipiendi ſunt, qui iuramento ad ſervitia militaria, ad omnem requiſitionem ſuſcipienda, obſtringuntur; quos Cromerus Equites, ab Equeſtri militia, cui ſunt obnoxii, à Latinè loquentibus & ſcribentibus, dicit appellari. *lib. 1. Polon.* ſed hac de re *in tract. de ὁπλοφορίᾳ* uberiùs videbitur: Nunc enim de exarmatione, potiſſimùm ſumus ſoliciti.

9. Multò magis autem, & ſi iuris præcepta ſeorſim conſulas, nominatim exarmantur ruſtici: *2. Feud. 27. d. §. ſi quis ruſticus.* ubi ſanè interpretes aliqui rem iſtã ſilentio prætereunt, *uti Frid. Schenck. L. Baro à Tautenb. l. 3. t. 5.* aut leviter tangũt, *ut Eguin. Baro qui trib. ſe verb. expedit: Iuſtinianũ privatis arma fabre facere aut domi habere, interdixiſſe. p. 153. Et ante eum Iac. de Belviſo. ib.* Fortè quòd ea Conſtit. directò ad Feuda non ſpectet; ſed ad pacis publicæ rationem. Dn. D. Bitſch. *Comm. MS. ad illum tit.* Sed cùm ea res non parum pertineat ad controverſiam, an ruſtici feudorum capaces ſint; *Finckelthauſ. diſp. 5. feudor. θ. 13. Ludolph Schrad. tract. feud. 4. cap. 3. num. 7. pag. 76.* ubi ruſticos inter perſonas, vitio incompetentiæ laborantes, refert, & ad feudum tantùm novum admittit: ſiquidem ſi ruſticis armorum geſtatio, regulariter, interdicta ſit, facilè quis concluſerit: regulariter eos feudorum, & militiæ ſemper paratæ, capaces non eſſe.) Itaque alii, ut Alvarott *pag. 189.* &, qui eum ſequitur, P. Ravennas. *pag. 247.* non tantùm §. illius ſummam referunt; ſed & in rationem ſpecialis prohibitionis inquirunt. Et Alvarottus quidem

dem hanc reddit: quòd rustici, uti non audeant optare pecuniam; *l. dominii. 5. C. de Agric. & Cens. 11. 47.* ita nec arma. Ravennas hanc affert; Quia rustici magis soliti fuerint arma portare. Uterque dicit, hodie prohibitionem istam, ad omnes extensam esse. *l. un. C. ut armor. us.* Quasi verò hæc constitutio Fridericiana sit posterior? Quasi rusticorum, utraque tempestate, eadem fuerit conditio. *v. l. 19. & 21. C. de agric.* Quasi pecuniæ thesaurus & copia, tàm parabilis sit, quàm vilis aliquis gladius? Quasi ulla ætas magis durare in armis agricolas viderit, quàm melioris sortis & conditionis homines? Itaque satius fuerit, ex supradictis hanc causam substituere: quòd rationi, & civili & naturali, adversarium sit, multitudini, inprimis agresti, arma permittere. Quod oculatissimus Hotomannus prudenter animadvertit, horsumque textum nostrum laudavit, *in Comment. ad dict. text. 2 Feud. 27. pag. 716.* Adducens insuper, ex Lombarda *lib. 1. tit. 35. de armis, intra patriam non portand. add. Viv. 2. decis. 287. num. 4.*

10. Otiosum esset, nobisque simul & lectoribus molestum, de his, qui sexu, professione, aut conditione vitæ, in ista prohibitione, vel potissimùm continentur, verbum perdere; nisi exempla nos contraria, ad remotionem, manu faciendam, impellerent. Etenim, si *sexum* spectemus *muliebrem*, non is ita mollis aut debilis à natura effectus est, quin aliquando procacissimæ affectationis armorum exempla, atque ideò, vel fortitudinis, vel audaciæ simulacra ediderit. Relatum est à plerisque Neotericorum ex Polyæni *lib. 8. Strategem.* Argivos in Numeniis suis, singulis mensibus celebratis, *mulieres* virilibus tunicis & chlamydibus; *viros* contrà, muliebribus peplis, ornâsse: quòd fœminæ Cleomenem & Demarathum, Spartanorum Reges, diversis vicibus, ab urbis oppugnatione fortissimè depulisse, dicerentur. Pyrrhus, cum bellum gereret, adversus Spartanos, maiore mulierum, quàm virorum, virtute fuit exceptus. *Iustin. lib. 25.* In bello Cymbrorum, & Marii, non minor pugna, cum uxoribus illorum, quàm cùm ipsis fuit: cum objectis undique plaustris, atque carpentis, altæ desuper, quasi è turribus, lanceis, contisque pugnarent. *Flor. lib 3. c. 4.* ubi addit: perinde speciosam mortem earum fuisse, quàm pugnam. Sic apud Dionem lib. 61. legitur, inter Germanorum cadavera, sub Antonio Philo-

Antonin. Philos. in Italia cæsa, mulierum quoq; corpora armata reperta fuisse. Apud Nicet. Choniat. *lib. 1. Histor. Manuel. Comneni legitur*: in Expeditione Alemannorũ in Palæstinam, Virgines fuisse hastatas & armatas, virilique habitu indutas, Martio vultu, Amazonibus audaciores. *v. Schonborn. lib. 2. polit. cap. 12.* Nec nostra tempora istiusmodi exemplis caruerunt. Cum enim Anno 1552. Mahometus Agriam Ungariæ opidum, neque situ, neque arte usq; adeò munitum, 70000. hominum exercitu, cingeret, præsidiariorum 2000. & mulierum inprimis, tanta virtus fuit, ut Turca, amissis ultra 8000 cum pudore, obsidionem dissolvere cogeretur. Inter illas una, quæ coram matre & marito depugnabat, cum, occiso marito, à parente moneretur, ut corpus tolleret, & sepulturæ mandaret: Non hoc, inquit illa, ô mater, Deus sinat, ut vir, inultus, terrâ condatur; pugnam hoc tempus; non exequias, sibi deposcit, arreptoq; demortui ense, & clypeo, in medios hostes ruit, nec prius à pugna destitit, quàm tribus Turcis, qui in murum enitebantur, interfectis, *Thuan. lib. 10. Hist.* Et cum Anno 1573. Sancerra, in Bituricẽsi agro, obsideretur, præcipua vis, fœminarum fuit, quæ provolvendis saxis, oleo fundendo, artificiosis ignibus, ac circulis candentibus, summâ animi præsentiâ, spretis periculis, assiduè inserviebant, & in medio discrimine versabantur, quædam etiam suprà quàm sexus fert, viriliter arma tractare conspectæ. *idem. lib. 55. Histor.* Omnium seculorum memoriâ dignam censet, Arriæ fortitudinem, Lipsius, 3. *ad B.* 82. cujus elegantissimũ facinus, à poëta cõcinnè descriptũ, pingi sibi à Venio voluit: Sic autem illa, quæ à Montano lib. 2. periculorum. c. 35. trigæ mulierum Virtuosarum accensetur, apud *Martialem*:

Casta, suo, gladium cum traderet, Arria, Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.
Si qua fides, vulnus, quod feci, non dolet, inquit:
Sed, quod tu facies, hoc mihi, Pæte, dolet.

De Trajectensibus fœminis ita scribit Famianus Strada, *decad. 2. lib. 2. de bell. Belgico. pag. 70.* Quod egisse aliquot ante hæc annis (Anno 1553.) Senenses mulieres, Hetruscis in bellis memoriæ consignatum est, (à Natale Comite, lib. 6. Histor.) dum earum circiter tria millia, sub tribus primariis Matronis, explicatis

Vexillis, armatæ ligonibus, corbibusq;, laborem sibi muniendæ urbi seposuêre: id mulieres Trajectenses exemplis audacioribus præstitisse, certum habeo. Nam præter earum longè plurium turbam, munitoribus intermistã, tres ex eis Cohortes, sub signis, convenére: ac partim demandatam sibi agendorum cuniculorum provinciam strenuè subeuntes, ductu suo, ex earum institutione, quas Magistras cunicularias appellabant, subterranea hæc opera, militariter factitârunt: partim propugnatoribus adscriptæ, nullumque armorum genus veritæ, muros, adversus oppugnantem hostem, manu defenderunt. *Hæc ille, de fœminis Trajectensibus.* Similia de Harlemensibus, idem, cum aliis, narrat. *decad. 1. lib. 7. pag.* 424.

11. Quæ, ut, in extremo necessitatis casu, excusationem inveniunt: præter illum, admittenda nullatenùs videntur: Utcunque Galli etiam hodiè Albertinam, Barbaram. Bernecurtiam, Dominam Sancti Blamontii, armatam copiarum Ducem, jactent, ostententq;. Remotum enim est, à pudore sexûs, mulieres virilibus officiis fungi, *l. tutelam. 1. C. Quand. mulier. tut offic. l. 2. de Reg. jur.* Virile autem officium est, arma gestare, movere, sustinere:

Fœmina sum, (inquit Hypermnestra, apud Ovid.)
Et Virgo, naturâ mitis, & armis:
Non faciunt molles, ad fera tela manus.
Quid mihi cum ferro, quid bellica tela Puellas?
Aptior est digitis, lana colusq; meis.

Vid. Hippolyt. Rediviv. in remed. Contem Sex. muliebr. pag. 49. & seqq. Uxoresq; à Viris; non viros ab uxoribus, defendi, æquum. *§. patitur. 2. Inst. de injur.* Unde & in litibus civilibus, & pecuniariis, non admittuntur. *l. alienam. 18. C. de procurat. l. neq. 54. ff. Eod. ubi VVesenbec. num. 4.* Ut taceam, quòd mares, ad imperandum; fœminæ, ad parendum, sint natæ. *Arist. 1. polit. 5.* (Quidquid, in contrarium, Cornel. Agrippa: tract. de præcellent. fœminei sexûs, nugetur,) nec dignitatem, ex se, fœmina habet, præterquam Regina, aut Princeps: *Donell. 13. Comment. 18.* ut nullâ ratione, ad armorum movendorum facultatem, admittendæ videantur. Et quanquam, non raro, fœminæ gladiatoriam exercuisse legantur, ut apud Statium:

Stat

Stat Sexus rudis insciusq; ferri,
Et pugnas capit, improbus, viriles, &c.

Attamen id, neque ad ordinariam gladii gestationem, aut aliorũ armorum usurpationem pertinet, & corruptis moribus, ac Imperatorum pravitati potiùs imputandum est, quo nomine eos etiam passim perstringunt Historici. Quomodo de Domitiano loquutus Suetonius: Non virorum illum solùm pugnas edidisse ait; Sed & fœminarum. *cap. 4. in ejus vit.* Parum ergò inde, ad facti rectitudinem, momenti. Quin, sub bonis Impp. SCtis cautum: *μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μονομαχεῖν*: Non ultrà, fœminam ullam, ad gladium, depugnare; *Xiphilin. in Severo.* Rectè proinde Dd. Communiter, pœnam armorum portationis, de mulieribus etiam accipiendam esse, statuunt. *Suarez. Commun. opin. vers. mulieres. num. 152. Decian. d. cap. 3. num. 27.* Cogitârunt quippe Prudentiores, invidam, suspicacem, inconstantem, insidiosam, &, Si iis potentia adjuncta sit, intolerabilem esse, mulierum naturam. *Scalig. 3 Poëtic. 14.* Itemque initium turbandi omnia, sæpenumerò à fœminâ ortum esse. *Liv. lib. 1. cap 46.*

12. Professione vitæ contrariâ, ab hoc jure arcentur, non solùm *Philosophi; v. l. professio 6 C. de muneribus patrim. 10. 41. l. 1 §. an & philosophi. 4. De var. & extraord. cognit. l. 8. § philosophis. 4. De vacat. muner.* Sed multò magis etiam Clerici. *leg. 53. §. 1 ibi circumcingere. C. de Episcop. & Cler.* Qua appellatione, hoc loco, designantur ii, qui divinis officiis mancipati sunt, & quos ab omni strepitu cessare convenit *Lancellott. lib. 1. instit. jur. Canon. tit. 49. Collat. Cuiac. ad rubr. extr. de vit. & hon. Cleric.* Quibus armorum usus penitùs interdictus, *C. si quis. dist. 36. d. l. 3. § 1.* adeò ut arma gestantes, irregulares efficiantur, & excommunicentur, *c. Clerici. 2. extr de Vit. & honest. Cler. Vbi inter cæteros. Anton. de Butr. Clem. un v. quidam cum armis. De Excessibus prælatorum. ubi notabilis ratio specialium istorum interdictorum adfertur: quòd plus soleat timeri illud, quod specialiter; quam quod generaliter inhibetur.* Et judex Laicus Clerico, cũ armis, contra prohibitionem & proclamationem Magistratûs, reperto, eadem auferre possit, nec unquam restituere teneatur, cum talia Edicta, quæ publicam salutem concernunt, Clericos quoque ligent. *Covarruv. quæst. practicar. 33. num. 6. & 2. resolut. 20. Carol. de Grassi de*

De his, qui vitæ instituto & professione, ab armorum usu excluduntur.

effectib. Cleric. effect. 1. num. 862. Quod in Galliâ : *idem ibid.* in Italiâ & nominatìm, in Regno Neapolitano, *Ricc. deciſ. Neapolit. 48. 93. 209.* Hiſpaniâ, *idem Covarruv. 2. reſolut. ult.* *Ducatu* Mediolanenſi, *Chaſſan. ſup. Conſuetud. Burgund. nu. 79,* & alibi. *Vid. Iul. Clarum, lib. 5. recept. ſent. §. fin. quæſt. 36. num. 26. Lopez. additam. ad pract. crimin. Bernhardi Diaz. cap. 55. col. 6. & 7.* Hodiénum obſervatur. *Diſſent. Alderanus Maſcardus de generali ſtatutorum interpr. conclus. 1. num. 242. Marta. de Iurisd. part. 4. caſu 7. num. 20. Bonacin. de legibus diſp. 10. q. 2. puncto. 1. § 1. n. 2. Clericum etiam hoc caſuà, Laico armis exui poſſe, negantes.* Immò, occidens arma portantem, clericum, non mittitur ad curiam, *c. perpendimus. 23 extr. de ſentent. excommun.* Ratio pervulgata eſt, in *c. convenior. 23. q. 8.* Quòd eorũ arma, ſint preces & lachrymæ, quodq; , DEO militantes, non poſſint ſeſe implicare negotiis ſecularibus : *2. Timoth. 2. verſ. 4. Molina de Brachio Regio cap. 18. nu. 42.* Cum militum Chriſti ſit, Chriſto ſervire; non ſeculo. *cap. reprehenſibile. 23. q. 8. Aloys. Riccius in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 371. num. 4.* Unde, jure feudali, eo ipſo, quòd Vaſallus Votum religionis aſſumit, arma deponere cogitur, nec ea unquam facilè recipere poteſt. *d. 2. Feud. 21. 26. & 109.* Et cur arma geſtarent, qui, etiam in medio armorum ſtrepitu, ab armis ſunt tuti? *Petrin. Bellus, de re milit. part. 2. tom. 9. num. 4. Reformation* zu Franckfurt. *tit.* Wer in offenen Fähden/ gefreyet seyn soll. *Becht. Tract. de ſecurit. & ſalv. conduct. claſſ. 3. theſ. 220 & ſeq.*

13. Ubi tamen iterùm neceſſitatis caſus excipiendus videtur, ut, contra vim, tùm ſibi, tùm patriæ illatam, armis ſeſe defendere poſſint : *c. olim cauſam. ibi : Vim vi duxeritis repellendam. Extr. de reſtitut. ſpoliat. c. cum præſentium. 3 de Clerico percuſſore. c. dilecto. 6. de ſent. excommun. in 6. ubi gl. & Dd. Menoch. de Arb. 1. Q. caſu 394. n. 58.* Cum n. vim & injuriã, ſimpliciter, & indiſtinctè, cuivis repellere liceat, *l. Vim vi. 3. ff. de juſt. & jur. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad Leg. Aquil.* Et presbytero, dum ſacra facit, vim extremam intentantem, conceſſum erit occidere, protinusque cœpta ſacra, citra ullam irregularitatem, perficere. *Abb. in c. Clerici. Col. 1 num. 2. Extr. de Vit. & honeſt. Clericor. Zoannett. part. 1. tripart. defens. num. 12. & 13.* Quod tamen ita intelligendum eſſe, monet Aloys. Riccius, *deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. 48. in fin.* Si Clericus, in actu defenſionis,

nis, aliunde arma arripuerit; secùs, si ipse portaverit, iisq; posteà, in defensionis actu, usus fuerit: quia tunc, de bello, & rixa, cogitâsse videatur, Atque, ita sæpiùs practicatum, & decisum fuisse, refert. Quomodo restringenda forsitan erit sententia Deciani 8. *tract. Crimin.* 3. *num.* 23. dum simpliciter, Clericis arma, etiam contra prædones prohibita esse, enunciat. *per text. in c. ult. ibi: cum ad resistendum prædonibus arma sumsisset. de Cleric. percussor.* Aliis, clericis, iter facientibus, arma, defensionis gratiâ, simpliciter indulgẽtibus. *Carol. de Graßis d. tr. de Effect. Cleric. effectu* 20. *à num.* 33. Eâdem ratione, si civitas ab hoste oppugnetur, Clerici quoque arma, defensionis ergò, sumere possunt, *c. petitio tua. ibi: tàm Clericis, quàm Laicis. Extr. de homicid. Voluntar. vel Casual.* Et armati, vigilias obire. *c. pervenit. extr. de immunit. Eccles. Iacob. de Graffiis in aureis decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. Ita tamen, ut, ubi alij milites accesserint, præstoque fuerint, illi potiùs rebus suis invigilent. *Dn. Cluten. diatrib. inst.* 3. *th.* 8. Quanquam autem, in castris etiam versari Clerici possint, ut milites instruant, & sacram Cœnam administrent, illosque, contra inimicos & oppressores fidei, excitent; *c. igitur.* 23. *q.* 8. *Deuter.* 20. *vers.* 2. *Numer.* 10. *vers.* 8. Tamen, ut, citra dictum necessitatis casum, arma induere, & cum hoste depugnare ausint, etiamnum, ab illorum professione, alienum esse videtur. *per not. in pr. ut & c.* 1. *& seqq. causæ* 23. *q.* 23.

14, Sanè, ex quo baculus Aaronis, & gladius Nimrodi, unâ manu, regi cœpit, ut loquitur Autor Autonomiæ, *Burkardus part.* 3. *cap.* 32. Et Episcopi, non quidem juxta Evangelicum; Sed politicum Canonem, *Laurent. Ohm. de jur. Episcop. thes.* 10. duplicem personam gerere, & unâ parte Clerici; alterâ Duces, salutari; altero pugno Codicem; altero ensem, gestare cœperunt, (Cujus rei initium, vulgò ad Brunonem, 26 Coloniensium Archiepiscopum, Ottonis M. fratrem, referunt, qui, Augusti auctoritate fretus, primus, Rempubl. tractaverit, cùm, ante illum, Episcopi, tantùm sacris præessent; *Besold.* 1. *polit.* 2. *vers.* 26. *pag.* 69.) ipsi etiam, ut reliqui principes seculares, non solùm in Iurisdictione suâ exercendâ armis utuntur, *c. igitur.* 23. *q.* 8. *c. autoritatem.* 15. *q.* 6. *c. dilecto. de sentent. excommunicat. in* 6. *Thom. Michaël. de jurisdict. thes.* 84. Quemadmodum & reliquis Regalibus, *Pruckman. de Regal. cap.* 4. *nu.* 43. & jamdudum

dudum Arnold. Brixianus, hæreſeos damnatus eſt, Anno 1197. præſentibus mille Antiſtitibus, quòd, Epiſcopos Regalia habere, negaſſet; *Sigon. lib. 11. de reg. Italiæ. Iuſt. Sinolt. de Vicar. Imper. lib. 20. lit. B.* Sed & armorum geſtationem, jure quodam hujus hypotheſeos, ſibi vindicant, (vid. quæ de Julio II. Pont. Max. poſt Guicciard. lib. 9. ſcribit Wolfhius *cent. 16. rer. memorab.* &, quod in ore omnium eſt, de Bonifacio VIII. qui, cum Albertus I. Coronam Imperialem ab eo peteret, gladio accinctus, & coronâ imperatoriâ ornatus, in publicum prodiit, exclamans: *Ego ſum Cæſar, & Pontifex!* poſt alios, *Dan. Otton. c. 5. jur. publ. p. m. 69.*) Ut nec hodiè *deſint*, qui armis accingi ſoleant. Ita nonnemo de E. M. I. S. Veſtis illi planè Civilis eſt, ſine ullo conſpicuo dignitatis ornamento, toga domeſtica, aut pallium ſuccinctum, caligæ & thorax, Hiſpanicum in morem, gladio quoque accingitur, ubi foràs exit. *Dan. Erem. Itiner. German. (per quod multa ſplendidè & inverecundè mentitus eſt) pag. 346.* Atq; utinam hoc fine ſtaret licentia, nec verum eſſet, quod de Gallis, Petrin. Bell. *d. par. 1. tom. 8. num. 6.* ſcribit, quòd illorum Epiſcopos, arma tractantes, eosq; truculentos & ſævos viderit, quaſi omnes Romanorum Pontificibus ſimiles eſſe debeant, qui, in Armiluſtrio ipſi etiam armati comparebant. *vid. Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 5. cap. 27. Godelev. not. ad lib. 27. Livii, p. m. 84.* Cæterùm, hoc jus Dd. etiam ad familiam Epiſcopi, extendunt; cum enim is habeat merum & mixtum imperium, *inquit Baldus, in d. l. Nam ad ſalutem. 3. § fin. ff. de præf. vigil.* in ſuâ dioeceſi; etiam hanc dignitatis prærogativam habebit: itemque ad officiales legati de latere.

15. Porrò, conditione etiam ſua multi alij, ab armorum uſu & geſtatione nominatìm arcentur, veluti (3) Mercatores. *2. Feud. 27. §. 5. verſ. Mercator. l. un. Cod. Negotiatores ne militent.* De cujus prohibitionis ratione ſciſcitati, Dd. comm. reſpondent, Mercaturam dignitati officere, & exercitium ejus contrarium dignitati nobiliũ videri. *l. nobiliores. 3. C. de Commerciis. leg. 1. C. de Natural. liber. l. milites. 31. C. de Locat.* Unde illud Phil. Honor. *relat. de Regno Gallic.* in hæc verba prorumpentis: Mercatores, quia pecuniam poſſident, hiſce temporibus, plurimùm gratiâ valent; verùm nullâ gaudent prærogativâ & dignitate, quoniam omnis lucri avida

pro-

professio, Nobilitatem, in eo regno, maculat. Faciunt ea, quæ de Mercaturâ, plebejis relinquendâ, politici disputant, *post Bodin. 3. de Republ. 8. P. Gregor. 4. de Republ. 7. num. 5. Mynsing. 6. observ. 54. Kirchner. disp. de Rep. 13. th. 1. vid. not. ad L. 1. & 3. C. de Commerc.* Simpliciùs dicemus; illos generali legis nost. Un. prohibitione contineri: nec exceptorũ numero (sive dignitatis causam; sive muneris necessitatem, requiras,) contineri. *conf. Alvarottum & cæteros ad d. vers. Mercator. §. 5.* Facit quod Fridericus I. Imp. in *d. § 5. 2. Feud. 27.* ne quidem in ipso itinere, arma mercatoribus aliter cõcedit, quàm ut ea sellæ suæ alligent, aut super vehiculũ ponant; neutiquã, ut iis accingantur. Et tamen, ut aliàs consuetudo, in dignitatis æstimatione, attendenda venit: *Guilielm. de Mont. ferrat.* tract. *de success. reg. dubio 1. num. 46. Guttierez. 4. practicab. quæst. 16. num. 137.* Ita neque hoc in articulo, negligenda est. *Vide, post innumeros, Colleg. Argent. tit. de Exercit. act. th. 4.* De reliquis artificibus manuariis, non puto quenquam dubitaturum, quin, ab armorum gestatione, si maximè ut dignitatis insigne alicubi habeantur; jure Civili arceantur. *L. Nequis. 6. C. de Dignitat. Facit d. § si quis rusticus. 2. Feud. 27.*

16. Tandem Conditione, Dignitati contrariâ, excluduntur omnes, sententiâ famosâ damnati, *leg. infamibus. 2. Cod. d. tit.* Quod & de bajulis, cerdonibus, & aliis, infimæ fæcis hominibus, indubitatum est. *l. ult. C. ad L. Iul. de vi publ.* ubi etiam Magnatibus interdicitur, ne in pedissequio, vel familia, aut prædiis suis, foveãt armata servitia, nec Buccellarios, nec Isauros: qui erant homines soldurij, & ut sic dicam, parabolani, quales in Vngaria etiamnum sunt die Heyducken/ qui, pro buccella panis quotidiani se in discrimina lethalia, pro patronis, conjicere nulli dubitant. *v. præter notata à Gothof. ad d. leg. ult. Casaub. in histor. August. pag. 82. Rigalt. & Meurs. glossar. in hac voce.* Lindenbrog. *in Marcellin. p. 89. Salmas. in Histor. August. pag. 233. a. & pag. 321. f. 2.* Quid verò dicturi fuissent Impp. si pueros jam arma gestare, & ita armatos palare cernerent: annon illud vulgatum saltem: Bube/ wo will der Degen hin? Lutetiæ Parisiorum, ne brevissimos quidem gladios bajulis ferre licet, quòd anteà in contentionibus, quibus sæpissimè implicantur, ad cædem irati prorumperent *Bodin. 4. de Rep. 7. num. 487.* Huc quoque accersendi Iudæi, qui, honorum & dignitatum, omnino

omninò incapaces, *leg. fin. pr. C de Iudæis. c.16. & pen. Eod. Nov. 45.* pro-
que gladiis clavum, ſeu annulum flavum, portare debent. *Ordinat.*
Polit. de Anno 1530. *tit.* von der Juden Kleydung. *fac. arg. leg. 3. C. de Iu-*
dæis : ubi refertur : Saxis ſolitos fuiſſe petere eos, qui à religione ſua defecis-
ſent, cum armis careant. Idemque de hæreticis habendum *leg. 1. l. 4.*
leg. 7. & paß. C. de hæret. Quorum definitio generalis & nominalis
habetur *in leg. 12. & 17. C d. tit. leg. 12. C. de Iudæis. cont. Reuſner. vol. 1. de*
teſtament. part. 2. cap. 46. num. 2. Specialis & propria, à prima fidei
regula, *in Nov. 109. pr. ibi : qui non prædicant fidem Apoſtolicam. l. 1. ibi :*
ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Evangelicamq; *doctrinam.*
C. de ſumma Trinit. à ſecunda fidei regula, h. e. qui non amplectũtur
confeſſionem 4. Symbolorum œcumenicorum, *l. 7. § 4. C. de Summ.*
Trinit. l. 8. ibi : & ita non credunt. *Cod. de hæret. Carpzov. p. 3. conſtit.*
14. *def.* 10. *num.* 2. denique tertiana, *ut Dn. Meierus in quæſtio-*
ne capitali. pag. 278. §. 59. vocat, definitio, ſumitur ab Eccleſiæ Dd.
confeſſione. d. l. 8. §. 4. d. tit. Nec obſt. *leg. 2. §. ult. C. eod.* ſi explicetur
non cum Pontificiis ſcriptoribus; *citatis Barboſæ ib.* Sed juxta veram
explicationem, propoſitam *in tr. de metatis pag.* 190. *& in recit. ad jus*
Sacrum directis. d. l. 2. §. 1. Aliter D. Becht. de *Secur. th.* 107.

17. Ultimò, jurium publicorum, & civilium incapacitate, arma in Rep. ferre, vetantur peregrini, *per ea, quæ habet Dn. Godofr. ad leg. 1. Cod. de hæred. inſtit. Bodin. 1. de Rep. 5. num.* 47. Niſi quatenùs legationis, aut alio munere, cum dignitate conjuncto, in eâ funguntur. Eoque jure cenſent Itali vulgò omnes extraneos, quibus armorum uſum, per civitates ſuas, non permittunt : Quomodo & Maſſilienſes olim, apud Valer. *lib. 2. c. 6.* Nulli permittebant opidum, cum telo, intrare, præſtoq; erat, qui id, cuſtodiæ gratiâ acceptum, exituro reddebat : Nimirum hoſpitia ſua, quemadmodum advenientibus erant humana : Ita ſibi ipſis quoque tuta eſſe, volebant. *Arniſ. lib. 2. de Iur. Majeſt. c. 5. §. 9. p.* 342. Memorabile etiam eſt, quod inter pœnas homicidii, ſ. exceſſûs, in defenſione admiſſi, reo imponitur, ut à gladio, & comitatu abſtineat; *c. 2. Extr. de homicid.* Ut & deteſtari diſcat cædis inſtrumenta, & dignitatis emblemata, per conſcientiæ contritionem, & humilitatem, detrectare.

CAP.

CAP. V.

De OBJECTO,

Et quanam armorum genera in Legibus prohibitoriis potiſſimùm comprehendantur.

§. I.

EXceſſit paratitlarem ttactandi modum ſubiecti Explicatio: Itaque nova capita reſiduæ diſputationi ſunt deputanda. Et initiò quidem, obiecti intuitu, hic videndum, *quænam Arma in prohibitione legali, veniant*? Tametſi verò latiſſima prohibitionis ſententia, in verbis d.l.un.lateat; *quorumlibet armorum movendorum*: adeoque omnia armorum genera, in prohibitione iſta, intelligantur, quæ ſuprà deſignata ſunt, *in Protheoria* § 7. *itemque in cap.* 1. *de fabricat. armor.* §. 15. *pag.* 19. & latè recenſentur à Dempſtero, eiuſque Auctoribus, *lib.* 10. *ad Roſinum, cap.* 5. *Panciroll. in notit. Imper. Orient. cap.* 66. *& ſeqq.* Non tamen eſt, ut, cum Dd. limitationes hîc comminiſcamur, circa inſtrumenta, quæ ad nocendum, aut armandum, aptata, vel comparata non ſunt: & per abuſum armorum, locum & nomen occupant (ſive, ut Dd. loquuntur, poſt maleficium perpetratum: ut fuſtes, & lapides: *l. armorum* 41. *de V. S. l. armatos.* 9. *ad L. Iul. de vi publ.*) Non autem in bannimentis: h.e. legibus aut ſtatutis armorum (propriè dictorum) geſtationem & uſum prohibentibus: *Tuſcus cum allegatis lit. A. concluſ.* 154. *Armorum appellatione quid veniat.* Adferunt enim illi, inter limitationes præcipuas, & hanc: Quòd armorum Prohibitionis pœna ceſſet, ubi quis arma, *ad panem incidendum*; vel, *ad aptandum pennas*, portaverit. *per c. lator. extr de homicid. Socin. d. reg.* 47. *fallent.* 4. *Alvarott. ad* §. *ſi quis ruſticus.* 5. 2. *F.* 27. *pag.* 189. Veruntamen, quia in iſtâ materiâ, cum de armorum uſu natura licito, v. g. geſtatione loquimur; (aliud enim, ſi de abuſu tractetur, *v. Wehnerum in verbo* Meſſer/) cultelli minores, armorum appellatione, non veniunt, *uti d. ſupr. in Protheor th.* 7.

Declarationes Dd. otioſæ.

L quemad-

quemadmodum & ab ipſo Juſtiniano removentur, *in cap. ult. d. Novell. 85.* Ideò hæc limitatio, tanquam ratione dubitandi deſtituta, ſupervacanea eſt, *arg. l. 1. ad Municip.* Ita Clarus, *lib. 5. receptar. ſent. §. fin. quæſt. 82.* teſtatur, Senatum Mediolanenſem, in cauſa cuiuſdam Benedicti della Matthiola, iudicâſſe, quòd *Cultellus*, armorum appellatione, non compræhendatur. Diſſent. Additionator *ad Ludov. Roman ſing. 267.* ubi tàm ineptè ſcribit, quàm ſtatuit: Armorum (& quidem) offendibilium appellatione, venire gladios, qui ad calamos aptandos; vel ad menſam parantur, Feder- vnd Brodmeſſer. *per gl. ſing. in Authent. de armis, & Felinum, in c. ita quorundam. de Iudæis.* Idque, ut memoriâ dignum, commendat, ad ſtatuta, portationem armorum prohibentia: quia propriè, ſecundum Angelum, non veniant, niſi ea, quæ, principaliter, inventa ſunt, ad uſum offendendi. Et pro illa gloſſ. videri etiam textum, in c.elator. 9. verb. cultellus. de Homicid. *Hactenùs additionator.* Si enim cultelli calamarii, Federmeſſerlein/ vel uſuales, ad panem incidendum comparati, propriè, armorum nomine, non veniunt: ſequitur è contrario, neque illorum geſtationem in prohibitione, ſive legali, ſive ſtatutariâ, venire. *Textus eſt expreſſus, in Novell. 85. de armis cap. 4. ibi: permittimus, cultellos minores, quibus nullus in præliis utitur. Facit Text. 2. Feud 21. de Vaſallo milite, qui arma bellica depoſuit.* Quod tamen intelligimus, de cultellis, modò definitis. Nam, quod ad cultros, quos Itali à fronde d' Oliva vocant, definitum eſt, in curia Archiepiſcopali Neapol. quòd Edictum, pœnas imponens portantibus pugiones, & ſtiletos, etiam locum ſibi vindicet, in portante talem cultrum duorum palmorum. *I. Alois. Riccius, deciſ. 122 d. Curiæ.* Eoque referri poſſunt Bullæ Papales, quæ cultellorum quorundam geſtationem prohibent. *apud Arniſæum l. 2. de jur. Majeſt. cap 5. §. 5. pag. 337.* An pallini & pilæ ſtatuto, armorum geſtationem prohibente, contineantur, *vid. Anton. Monachi, deciſ. Lucenſ. 38. n. 16 & 19.*

2. Magis autem inepta eſt illa Dd. limitatio, quòd armorum, ſtatuto prohibitorum, nomine, non denotentur dentes & ungues, & alia, naturâ comparata, ferarũ, beſtiarum, aut hominum munimenta atque præſidia: *Tuſcus d. concluſ. 514. num. 8. in qua demonſtranda, deſudat etiam Decian. d. l. lib 8. tract. crim. c. 2. n. 8. vid. dict. ſupr. in Protheor. th. 2. p. 3.* Gradationem & progreſſum oſtendit Horatius illis verſibus: *lib. 1. Satyr 3. verſ. 99.*

Cum

Cum prorepserunt primis animalia terris,
Mutum, & turpe pecus, glandem atq; cubilia propter;
Vnguibus & pugnis, de hinc *fustibus*, atque ita porro,
Pugnabant *armis*, quæ mox *fabricaverat* usus.

3. Insuper istâ quoque dubitatione, Dd. prohibitionem declarant: Quod si statuto caveatur, ut portans arma *offendibilia*, uti loquuntur, puniatur, & aliquis portet arma *defendibilia seu defensiva*, puta, tabulam, & similia, quæ possunt esse, seu fieri offendibilia, an puniatur pœnâ statuti? Et Bart. *in l. pediculis.* 32. §. *argento.* 2. *ff. de aur. & argent. leg.* inspiciendam esse dicit consuetudinem, & ad quem actum quis illis utatur, seu, quâ intentione illa portet. Exemplum de Tabulâ, ambiguum esse videtur, Et, *si sumatur simpliciter, prout sonat*, armorũ appellatione nõ venit; adeoq;, pœnâ gestantium arma, hanc ferens, puniendus non venit: *si pro scuto*; tum dubitandum non est, hoc etiam armorum genus, quod defensioni magis, quàm offensioni inservit, adeoque secundariâ armorum appellatione venit *v. l. armorũ.* 41. *ibi: scuta & gladios & galeas. de V. S. Besoldus in apparatu bellico.* 9. 17. in prohibitione itid. intelligi, *per dicta supr. in protheor. th.* 3. *arg. d. l. Vn. ibi: Quorumlibet armorum: quæ dictio, uti universalis, omnia comprehendit, Gramm. decis.* 4. *Raudens. de analog. c.* 12. facitque, ut dispositio, quæ restrictionem aliàs reciperet, non recipiat. *Cacheran. decis.* 94. *num.* 11. *Boër. decis.* 158. Itaque rectè Decian. *in tract. crimin. lib.* 8 *cap.* 3. *num.* 14. contendit, pœnam, arma gestantibus præstitutam, non solùm verificari in armis offensivis; sed etiam *paratis* ad tutelam: Quia, licet hoc armorum genus, corpus defendat; faciat tamen hominem etiam audaciorem, ad delinquendum. *Afflict. in constitut. incip. intentionis. num.* 32. *Vbi tamen id perperàm declarat, & limitat: Nisi se armârit animo, pugnis aliquem offendendi, ne ipse offenderetur ab eo, quem intendebat offendere: Cum factum illicitum alteri patrocinari non debeat. Vid. Iason ad* §. *Ex maleficiis.* 18. *instit. de action. num.* 82. *Menoch. d. cas.* 394. *num.* 46. *& seqq.*

4 Illa Doctorum limitatio notabilior est, quòd pœna prohibitionis statutariæ cesset, si quis arma, propriè dicta, portet, quæ tamen corrupta, aut ita comparata sint, ut nocere ampliùs nequeant, & speciem tantùm armorum habeant. Ita Riccius *refert, in d. decis. Curiæ Neapolit.* 93. Judicatum fuisse, ut Clericus, qui

Archibusetum gestaverat, verùm, absq; silice, sive fusili, canibusq; ferreis, absolutus fuerit à pœna synodi Provincialis Neapolitanæ, contra portantes arma; cum talia non portaverit, quæ verè apta sunt, ad nocendum. *arg.l. Quintus Mutius. 27 §. cui aurum. 3 ff. de aur.& argent. leg. Decianus in huce terminis consil.* 122. Quomodo & arma palæstrica, seu rudes, quibus gladiatore batuere solent, non venient armorum prohibitione, quippe quæ non acuta sunt, vel comparata ad nocendum; sed solùm, liberalis exercitii gratia, habentur: *dequo Gumpeltzhaim. de exercit. Academ. part.3.sect.3.thes.7.* Ergò, ut concludamus, instrumenta, vel ad armandum hominem facta; vel alii usui parata sunt. Illa sunt vel offensiva, vel defensiva; Offensiva, ut gladii: Defensiva, ut scuta, galeæ: *d.l.* 41. *de V. S.* Utraque hæc in prohibitione usûs armorum veniunt. Cætera, quæ ad armandum hominem facta non sunt; lædere tamen quem possunt: Ut lapides, fustes &c. in maleficiis quidem armorum nomine veniunt. *d.l.41.l.9.de Vi publ.* Sed non in simplici usûs sive gestationis armorum prohibitione.

5. Potissimùm autem in prohibitione comprehenduntur arma insidiosa: ut tormenta minora & manuaria: pugiones, gladioli acuti, & ejus generis tela alia. Sic in Gallorum Regno Franciscus I. Heinricus II. Carolus IX. Heinricus IV. variis Edictis, indistinctè omnibus hominibus, extra militiam, degentibus, sclopetorum usum prohibuerunt. vid. Cod. Henric. lib.8 tit.7. des ports d'armes. *Adde omninò,* in der Becker Zunfftbuch: *pag.*47. *articulum* Messer vnd lange Wehr. *Thuan. lib.*4. *histor.& lib.*48. 120. Ita de pugionum genere, quod Stilletum vocari diximus, testatur Ant. Fab. *in Cod. suo lib.9.tit.10.defin.11.num.*7. quòd illud, ceu ad insidias aptissimum omnium, & periculosissimum, ipsis etiam militibus, non in Sabaudia solùm; sed & in totâ *Italiâ*, & alibi ferè ubique, sub capitis pœnâ, prohibitum sit. quodque ex eo teli genere, animus occidendi probetur. Eodé curiæ Archiepisc. Neapol. Edicti verba tendunt: Condemniamo alla pena de galera tutti quelli clerici li quali saranno ritrovati portare Archibusetti, pistole, pugnali, Stiletti, & altri armi simili. *Riccius, d. deci.*127. Multò magis ad arma venenata gestare, omnibus prohibitum est. Menoch. de A.J.Q.d.cas.394.n.41. Nam & is, qui venenum, necandi homi-

hominis causâ, habuerit, Lege Corneliâ tenetur, l *ejusdem legis.* 3. *pr. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* & hujusmodi armorum genera, etiam in duellis concessis, reprobantur. *Decian. 8. tract crimin. 3. num. 29. Ad quem fusiùs hæc tractantem, lectorem meritò remittimus.*

CAP. VI.

De Forma & modo prohibitionis atq; Exarmationis.

§. 1.

IGnoſcent nobis Commilitones, ſi, in materia diffuſa & luxuriante, præcipua tractationis capita, contra morem Synopticarum compoſitionum, in capita peculiaria porrò diſtinxerimus, cum ſic evidentior tractatio ſit evaſura. Nimirum, *circa Formam,* hîc nobis. *& prohibitio,* & *Exarmatio* ipſa, ſpecialiter dicta, diſtinctè ſpectanda eſt. *Illa* antecedit; *Hæc* ſubſequitur. Illa ad jus; Hæc ad executionem, pertinet. Prohibitio vel eſt univerſalis; vel particularis. Univerſalis occurrit, in lege noſtra, ibi: Nulli prorſùs quorumlibet armorum; Particularis, ſive ſpecialis, occurrit in ſtatutis; quando certo hominum generi armorum uſus adimitur, vel certo armorum genere, ſubditi exarmantur. v. g. Sclopetis. *Cod. Henric. lib. 8. tit. 7. des ports d'armes. vid.* Der Becker Zunfftbuch. *d p. 47. sub artic.* Von Meſſern/ vnd langen Wehren.

2. Executio Exarmationis, conſiſtit in ablatione, & cuſtodiâ armorum. Ablationi olim præfecti, certi ἀφοπλισαὶ, ſive Exarmatores. Ut enim, aliàs, fruſtrà bonæ Leges conduntur, niſi ſint, qui jura exſequantur, eoque effectus rei accipiatur: *l. 2. §. post originem. 13. verſ. Quantum enim. de Orig. jur. Novell. 161. proœm.* Ita quoque, in prohibitione & interdicto rei tam gratæ, vix ullum conſtitutiones nanciſcentur effectum, niſi præſtò ſint, qui exſequutionis applicatione, vim Legum tueantur.

3. Non negaverim, hanc curam olim, & Irenarchis, & latrunculatoribus, *l. ſolemus. 61. in f. de judiciis.* aux prevots. *Cujac. 19.*

Obſ. XI. quadantenùs incubuiſſe: ſiquidem munus illorum, hanc in partem, latiſſimè extendebatur; quippe qui, ad provinciarum tutelam collocati, quietis ac pacis, per ſingula territoria, facerent ſtare concordiam: *uti loquuntur Impp. in L. Vn. C. de Irenarchis. lib.* 10. *tit.* 75. *l. munerum. ult.* §. *Irenarchæ.* 7. *de Muner. & honor.* qui, ſub ſe, certos militum manipulos, in ſtationibus, hinc & inde collocatos, habebant; *v. Pancirollum de Magiſtratib. Muncipal. cap.* 18. perinde, ut Latrunculatores, latrociniorum erant inquiſitores. *Cujac. ad l.* 4. §. 4. *Fin. regund. Donell.* 17. *Comment.* 19. In ſpecie tamen, armis inveſtigandis, perquirendis & adimendis, præfecti fuerunt Exarmatores: *Meurs. in gloſſar. verb.* ἀφοπλίσαι. *pag.* 64. qui arma, privatis ademta, armamentariis publicis inferrent. *Novell.* 85. *de armis. cap.* 1. *& ſeqq. Iulianus Anteceſſor, conſtit.* 79. *cap.* 301. *& ſeqq.* Hunc enim in finem, apud pleraſque, ſaniores gentes, armamentaria publica conſtituta fuiſſe, ſuprâ diximus, *add. Curtium, lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 22. ne arma, in privatorũ; ſed ſuperiorum, poteſtate eſſent, *ob cauſas, mox fuſiùs explicandas.* Et miror, id, de Judæis, in dubium vocari, cum non obſcura, ejus rei, argumenta, in ſacris extent: *v. Nehemiæ cap.* 3. *verſ.* 19. *ibi: Et ædificavit,* juxta *eum, Azer, filius Ioſuæ, princeps Maspha, menſurã ſecundam, contra aſcenſum firmiſſimi anguli,* Lutherus noſter vertit: Zwey ſtück / den Winckel hinan / gegen dem Harniſch-Hauße. Luc. Oſiander, firmiſſimum angulum, interpretatur armamentarium, quod eſt in angulo. Piſcator eod. modo: E` regione aſcensûs ad armamentarium. Cæteri etiam plerique intelligunt hîc, aſcenſum armamentarii angularis, quod olim, à Davide, in urbe extructũ, poſteà, à Salomone, in domũ ſaltûs Libani, utpote locũ, domui ipſius magis propinquum, translatum fuiſſe, traditur. Meminit hujus armamentarij etiam Jeſaias, *c.* 22. *v.* 8. cum ait: Videbis, in die illa ad arma; armamentarium domus ſaltus *Libani.*

3. Quia verò Exarmatores iſti ſolebant aliquando poteſtate, ſibi conceſsâ, nequiter abuti, &, acceptâ pecuniâ, arma hominibus relinquere: Ejusmodi adæratio primùm graviter prohibita, *l. ult. C. de metatis.* injunctumq; Epiſcopis fuit, ut extorſiones tales, concuſſiones, & adærationes Exarmatorum caverent. *l. de his.* 26. *§. ult. C. de Ep. aud. ubi, in vulgata verſione, perperàm legitur: De rapin. prohibitione; Eſt enim in Græco textu:* περὶ Κωλύσεως ἀφοπλισμῶν. Et

cum,

tum, ne sic quidem, satis tuti, ab extorsionibus malignis, essent provinciales; vetuit deinde Justinianus, ne extra ordinem mitterentur tales *ἀφοπλισαὶ*, qui arma privatis aufferrent, recondenda in publicis armamentariis: cum hoc genere hominum, *inquit Cujac. ad Novell. 8. in f.* sub specie juris, opprimerentur sæpè provinciales, mirum in modum; adeoq; publicè interesse videretur, potiùs non mitti: præsertim, cum his omnibus curis, sufficeret religio & diligentia præsidis, cujus jurisdictionem, in hujusmodi causis, nemo declinare poterat. *Novell. 8. cap. 13. itemq; Novell. 128 cap 21.* Quarum Novellarum sensum, Julianus Patricius sic expressit, *constit. 15. cap 60.* Cum in provincias, præsides justi mittantur, superfluum est, latrunculatores mittere, & eos, quos biocolytas, *i.e. qui violentias prohibent*, vel Aphoplistas, vocant, i.e. eos, qui, privatis hominibus, arma habere, non concedunt, ne rapinas, aut cædes faciant.

4. Quibus verbis, Julianus finē exarmationis innuit; ut scilicet rapinæ & cædes faciliùs caveantur, quas securiùs, attentāt, perpetrantq;, qui se armatos conspiciunt. Eodem digitum intendit Imp. *in Novell. 85. præfat.* cum prohibitionis hanc causam insinuat: ut bella, seu conflictus, inter cives caveantur. Et pleniùs cap. 3. finem, cum effectu & usu hujus prohibitionis, ostendit: Hoc enim facto, & subtiliter observato, *inquit*, licentia penitùs nulli dabitur, neque civitates inhabitantibus privatis, neque villas incolentibus rusticis, armis uti adversus alterutros, (*s. invicem: κατ᾽ ἀλλήλων*: alteri adversus alterum: *Haloander ad sensum: in mutuam perniciem*) necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi; publicas verò perire functiones, dum terræ cultores, vitam amittere metuentes, fugâ, propter timorem, utuntur. *Eoq; respiciunt verba L. un. C. Theod. de equorum usu: ut Latronum Conatus debilitati, conquiescant. Quod n. vel mille pedites, sæpe à paucis equitibus, conterriti, profligati & prostrati fuerint, præter veterum monumenta v. Lips. 5. 7. 3. recentiores Historiæ Indicæ fidem ubertìm faciunt.* Hinc arma causam, (saltem per accidens,) præstare dicuntur, ad delicta, & violentias committendas. *l. si servus. 4. ibi: armorum fiducia animos facit.* C. de *his, qui ad Eccles. confug. l. si quis in hoc genere. 10. vers. Quod si. Cod de Episcop. & Cleric. Marot. Consil. 26. num. 5.* Unde Scaliger, *Exercit.*

Finalis causa Exarmationis.

307. *sect.* 21. Arma, quasi quandam belli materiam nuncupat: Nam, qui armatum se contuetur, arrogantior fit, &, ad inferendam injuriam concitatior; Qui verò exarmatus erit, nec quenquam injuriâ violabit, nec, violatus, occidet, nec ignominiam contrahet eorum, qui, ferro accincti, injuriam illatam armis repellere, ac vitæ discrimen subire, recusant. *Bodin. lib. 4. de Republ. cap 7. num.* 487. Vt ergò Medicus quisque peritissimus judicatur, non tàm, qui morbos curare, quàm qui valetudinem tueri, morbisque occurrere, solet: ita optimus Princeps is reputandus est, non tàm, qui rixas & contentiones dirimere, quàm, qui ne exoriantur, sublatis earũ instrumentis, præcavere, potest. *Bodin. dict. loc. Facit l. congruit.* 13. *ibi: pacatam & quietam provinciam Præses facilè obtinebit. De officio præsidis.* Sunt tamen, præter hanc, & aliæ istius prohibitionis causæ, *VVesenb. in parat. de Acquir. rer. Domi. num.* 7. *ibi: Vsus armorum quotidianus, multis ex causis, interdictus est*, quas etiam suprà, circa causam procatarcticam, & in analys. Textûs, circa Rat. decid. indicavimus. *Conf. Farinac. quæst.* 108. *num.* 2.

CAP. VII.

De

Effectibus prohibitionis & Exarmationis.

§. I.

Ex prohibitione usûs armorum, oriri.

COgnitis, hunc in modum, prohibitionis Causis: Nunc de Effectibus videbimus, quos, ut olim, ita nunc quoque, distinguimus, in primos s. proximos; & ortos, sive ultimos. *primos dico*, qui cum ipso statim armorum usu cohærent, ex eoque colliguntur: ut sunt variæ præsumtiones, quæ hinc ducuntur, non solùm *maleficio aliquo accedente* & perpetrato; sed etiam *absq; illo, sive antequam aliquod delictum fuerit admissum.* Sic enim (1.) in arma gerente præsumitur malus animus: *Bartol. Alex. & alij, in L.* 1. *ff. ad*

(1.) Præsumtiones contra utentem.

L. Iul.

L. Iul. de *Vi publ. Idem Alex. Consil.* 103. *Col.* 3. *lib.* 1. *Cœpoll. cons.* 2. *lib.* 2. *Thomas de Piperata : in tr. de fama. num.* 68. præsertim, si arma fraudulenta, ut dolonem, *Menoch. d. cas.* 394. *num.* 32. stilletum; aut venenata, *per dicta super. cap.* quis portaverit; quia omnia illicita, dolo fieri præsumuntur, *præter vulgaria. v. Colleg. Argent, ad L. Cornel. de Sicar. th.* 8. *pr.* (2.) Et, in genere, ex armis, propriè dictis, animus occidendi præsumitur, quemadmodum ex alijs instrumentis, ut clavo, aut cucumâ, contrarium conjicitur; occidendi, nempè, animum non fuisse. *leg.* 1. §. *Divus Hadrianus.* 3. *ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. Vn. C. de emendat. servor.* Nisi talia planè sint instrumenta, quæ, cum gravia sint, levem plagam inferre haut solent: uti loquitur Pontifex *in cap. significasti.* 18. *Ext. de homicid. Gail.* 2. *Observ.* 110. *num.* 7. *Gomez.* 3. *var. resolut. cap.* 3. Quò facit suprà in protheor. th 4. recensita Angeli distinctio, quæ in materia præsumtionis negligenda non est. *VVesenb. ad L. Corn. de Sicar. num.* 9. *Forner.* 3. *select.* 22. Eademque distinctione conciliari potest contentio, inter Hunnium & Harprechtum, *ad. d.* §. 5. *Inst. D. P. I. num.* 66 animosè ventilata: An, ex genere armorum, judicari possit, utrùm dolosum sit homicidium? Putat enim Harpr. *cum. Dd. vulgò*, si quis baculo, vel lapide, alium petat, & homicidium committat, quòd id non credatur, dolo malo & occidendi animo, fecisse; Hunn. *v.* 2. *Disp. Tr.* 8 5. *q.* 42. in contrar. arguit: Quòd scil. ex omni actu illicito dolus præsumatur, & animus s. propositum delinquendi: *v. Gail. d. num.* 7. Jam, lapide, aut quocunque instrumento, hominem cædere, vel occidere, esse rem illicitam: Ergò dolum & animum delinquendi, præsumi. Quod argumentum, licet totum concedatur, Non tamen illicò sequitur, animũ occidendi, etiam rectè hinc præsumi: seu animum delinquẽdi; colligi. Certè in eo qui solitus fuit arma deferre, præsumtionem hanc cessare, plerique largiuntur. *Giurba: consil.* 63. *num.* 24. Instat. *Hunnius ex* §. 5. *Inst. de publ. Iud.* Ubi dicitur, eum, qui, cum telo, ambulat, hominis occidendi causâ, ambulare præsumi; At, teli nomine venire etiam, ligna & lapides: d. §. 5. Resp. in Anteced. est fallac. falsæ interpretat. & allegationis; Non enim ibi dicitur, eum qui cum telo, ambulat, præsumi, hoc, animo occidendi hominis, fecisse; sed dicitur; Legem Corneliam *eos*, ultore ferro, prosequi, *qui, hominis occidendi causâ, cum telo, ambulant*:

Ergò. Non satis est, hominem, cum telo, vel ligno, ambulare; Sed requiritur præterea, ut hoc pateat, & probetur, quòd id, hominis occidendi causâ, fiat, vel factum sit. 2. MALEFICIO VERO PERPETRATO, (1.) is, qui, præter morem, arma anteà comparâsse, & gestâsse, fuit visus, aliisque quibusdam conjecturis adstringitur, tantò magis, in maleficii commissi præsumtionem, incurrit. *Menoch. de Arbitr. jud. Quæst. cas.* 361. *nu.* 42. & *cas.* 363. *nu.* 14. (2.) Is, qui armis munitus, ad locum aliquem accessit, & inimicum expectavit, pro aggressore habetur. *per leg.* 3. §. *vi possidere. de Vi & vi arm: Iacob. Ayrer. de homicid. neceß. part.* 1. *num.* 347. (3.) Is, qui, cum armis, ex ædibus occisi, aufugere visus est, cædem perpetrâsse, præsumitur, *Constit. Criminal. Carol. V. art.* 25. Et maximè, si ea, sanguine fuerint conspersa. *art.* 33. *Farinac. quæst. Crimin* 36. *num.* 27. *Et quæst.* 125. *num.* 451. & *seqq. Giurba: Consil.* 63. *num.* 24. *Guido de Suzzar. de indiciis. num.* 99. *Dd. communiter, ad l. fin. C. de probat.* (4.) præsumtio etiam est, contra eum, qui, armatus, homicidio adstat: Ideò eum id fecisse, ut alter, securiùs & commodiùs, homicidium committeret. *vid. Riccium, decis. Neapol.* 64. *Et Giurbam, consil.* 14. *num.* 1. *ubi de eo tractat, qui percussori arma commodat.* (5.) Gladii politio, *d. Constit. Carolin. art.* 33. Vulnerum occisi, ad mensuram armorum, quadratio, *Vulpell. cons.* 125. cum aliis signis conjuncta, indicium, ad torturam faciunt: (6.) Ex armis adhibitis, vel non adhibitis, vis publica ac privata discernitur. §. *recuperundæ.* 6. *in f. ubi post veteres. Harprecht. Bachov. Vinnius. I. de Interdict. VVesenb. in parat. ad L. Iul. de vi publica. num.* 1. Et quæ aliæ præsumtiones, contra arma gestantes, passim occurrunt. E quibus illa est præcedentibus adversaria; Si vel accusatio instituta, vel inquisitio facta fuerit, *de insultu cum armis*: postea verò probetur quidem insultus; *sed sine armis*: Tum verò reum planè absolvendum esse tradunt: Quia non videatur hoc factum probatum, quod in judicium deductum fuit, qualitate, deficiente. *Cynus in leg.* 2. *post. Aret. C. de probat. Mynsing.* 4. *observat.* 80. *num.* 7.

(2.) *Pœnas varias.* III. Ultimus effectus armorum prohibitionis, est pœna, quæ consideranda venit, tùm, in se, tùm, in modo impositionis. *Pœna, in se considerata*, est vel juris communis, vel statutarij. Jure Communi punitur, tùm, usus simplex; tùm, ad actum aliquem illicitum,

citum, directus. *Simplicis usûs*, seu gestationis pœna est, non sola armorum amissio, *uti, ex Auth. de Armis, scribit Decian. 8. tract. crimin. cap. 4. n. 17.* cum ea pœna commercij illiciti, *uti dictum, pag. 27. θ. 1.* sit propria; sed gravior, ex L. Juliâ, de Vi public. pœna eum manet, qui, cum telo, in publico fuerit: *d. l. in eadem. 3. §. eadem lege. 1. ff. ad L. Iul. de Vi publ*: aquæ, nimirum, & Ignis interdictio. *l. qui dolo. 10. §. fin. ff. Eod.* Qua in parte, scrupulum nobis injicere haut debet, locus ICti Pauli, *lib. 5. sentent. 25. § 3.* Ubi, eum, qui, cum telo, in publico, hoc est, *ut Cujac. ibid. explicat*, in foro, concione, comitiis fuerit, lege Juliâ, de vi privatâ, teneri. scribit; Utcunque enim credamus, olim fortè has leges aliter distinctas fuisse, & Legem Juliam, de Vi publica, tantùm adversus publicarum personarum, i. e. Magistratuum, immoderatam vim, in cives Romanos, pœnam, aquæ & Ignis interdictionis, sancivisse: At, de Vi privatâ, Legem Juliam, adversus privatorum vim, sub pœna publicationis tertiæ bonorum partis, edixisse, *secundum Cujacium, ibidem*: Postquam tamen, Principum posteriorum Constitutionibus, Legibus Juliis derogatum, abrogatum, surrogatum est, usque adeò, ut, *eodem Cujacio Autore*, nulla ferè lex publicorum judiciorum sincera manserit; sed, solo Legis nomine retento, ei aptatum fuerit, quodcunque postea, aliæ Leges, vel Constitutiones, invexerunt: mirũ non videb. si postea hæc Lex, aliter definita sit; (pro qua definitione, vide porrò *Colleg. Argent. ad L. Iul. de vi publ. thes. 1.* Ex quibus facilè Hotomanno, *6. obs. 7.* Rævardo *ad L. 152. de regul. Iur.* aliisque dissentientibus, satisfieri potest,) ut &, hoc loco, verum sit, quod, Bachov. 2. *Disput. Treutler. 27. th. 1. Lit. A.* scripsit: Pauli sententias, cum multa iis addita, vel detracta sint, *Cujac. 7. observ. 27.* ad autoritatem, rebus incertis, vel, contra jus Justinianeum, præstandam, non sufficere.

IV. Certi itaque nunc sumus, pœnam Jure Civili, arma vetita, per contumaciam, gestantibus, præstitutam esse, aquæ & ignis interdictionem; Eam pœnam Menochius, multoties adducto *Cas. 394. num. 17.* arbitrariam hodiè esse scribit, quia deportatio, jam olim, in locum aquæ & ignis interdictionis, successerit; modò autem deportationem, iterùm in desuetudinem abiisse, arbitrariamque pœnam successisse. In contrarium, quòd deporta- *Tùm Iure Civili.*

M 2 tionis

tionis pœna non poſſit eſſe facta arbitraria, non pauca moveri poſſent, ſi id hujus loci eſſet. v. eleganter & prolixè præ cæteris omnibus Mejerum noſtrum *in quæſtione capitali de hæreticis. pag. 244. & ſeqq.* Probabilius ſanè eſt, quod alii volunt, damnationem ad remos, & in metallum, deportationi eſſe ſurrogatam, *VVeſenbec. in parat. ff. de qq. num. 5.* Et apud Saxones, fuſtigationem cum relegatione, perpetua: *idem in parat. de interdict. & relegat. in fin.* Neque tamen dubitamus, fidem adhibere Dd. atteſtantibus, pœnam vis, & publicæ, & privatæ, in foro, extraordinariam eſſe factam, & arbitrariam. *Iul. Clar. in pract. crim. quæſt. 83. nu. 4.* Conſuadente inprimis textu *l. hodiè. 13. De pœnis. VVeſenb. in Comment. ad l. 1. C. Vbi de crim. ag. oport. num. 1. Hillig. lib. 26. Donel. Enucl. cap. 2. Lit. B. Qua de re in Racem. Criminal. exactiùs.*

Ad l. 11. §. ult. ad L. Iul. de Vi publ.

V. At, ſequeſtratis his, videamus, ecquid ICtus ſibi velit, in *l. Hi, qui ædes. 11. §. fin. ff. ad L. Iul. de Vi publ.* ubi ita fatur: Qui telum, tutandæ ſalutis ſuæ cauſâ, gerunt, non videntur, hominis occidendi cauſâ, portare. Ex quibus colligi poſſe videtur, permiſſum eâ lege, promiſcuè arma ferre; dummodò, id tutandæ ſalutis cauſâ fieri, aſſeratur. Quid dicemus? An, cum Menoch. *d. l. Caſ. 394. num. 85.* reſpondebimus, Legem Jul. de Vi publ. duo continere, quorum primo caveatur, *Ne quis arma ferat*; ſecundo, *Ne, occidendi hominis cauſâ, ferat.* Ut proinde, cum quis, defenſionis ſuæ cauſâ, arma fert, ceſſet quidem ſecundum Legis Juliæ caput; non verò primũ: cum aliàs, quilibet, arma portans, in eo, temeritatis ſuæ latibulum quærere poſſit, dicturus, ſe, non offenſionis; ſed, defenſionis, gratiâ, arma portare, adeoque, in iſto textu, magis geſtationis cauſam, quàm ipſam geſtationem, excuſari. *Aſt*, ita nihilominùs, pœna Legis Juliæ, geſtantem manebit. Et immò, non dicitur excuſari, à Lege Julia; ſed, non videri arma portare, adeoq; nec, cõtra hoc alterum, peccare. An verò & hæc diſtinctio divinatoria eſt, & Legibus incognita? propiusque ad hiſtoricam Veritatem accedit Sententia docentium, ſimpliciter, Lege Juliâ, de Vi publicâ, teneri, qui armis uſus fuerit, extra cauſam itineris, Navigationis, aut Venationis *per ea, quæ ſuperiùs cap. 3. §. 6. deducta ſunt.* Contra illum enim præſumtum iri, quòd Vim publicam illatam voluerit, civisque occidendi animum habuerit, ſeu, ut Joh. Tavard. *ad*

rubr.

*rubr. C. Unde Vi. num.*8. ſcribit, videri, Reipubl. & ſecuritati populi, vim inferre, qui, inſcio Principe, arma ſumat: Quando autem, in caſibus Exceptis, & licitis, quis arma, geſtat, tum illũ, tutandæ ſalutis ſuæ cauſâ, potiùs, quàm offendendi cujusquam conſilio, geſtare præſumi. *arg. §. ſiquis ruſticus, ibi: Non, ut quem lædat innocentem, ſed, ut à prædone ſe defendat. 2. Feud. 27. d. l. fin. C. de præpoſ. Sacr. Cubic.* His, quæ objici poſſint, video; in quibus animus meliùs acquieſcat, edoceri cupio. *Adhibe denuò pag. 63.*

VI. *Equidem ſatis* conveniunt iſtis, quę Decianus *d. 8. tract. crimin. 3. n. 22.* ſcribit: ſi quis, inquiés, portet arma, in caſu licito, tũ non præſumi animum doloſum; ſed, qui diceret, malum animum interveniſſe, probare deberet. Et Eod. cap. num. 37. ibi: Hoc, *ut excuſetur, qui telum, ſalutis ſuæ cauſâ, geſtat,* ita demùm verum eſt, ſi, de licentiâ ſuperioris ſui, portet: Aliàs, poſſet quilibet dicere: ſe arma, defendendi; non, offendendi quenquam, animo portare, & ſic fraus fieret Legi. Ita etiam tolerabile eſt, quod, cap. 2. num. 7. eum textum, non de armis; ſed de telis, loqui, dicit, intelligens fortè, vocem telorum, ibi juxta §. proximè præcedentem, latiùs & ἐν πλάτει. *VVeſenb: in parat. ad L. Iul. de Vi publ. n. 2.* pro quibusvis aliis inſtrumentis, quàm quæ arte, & naturâ, facta ſunt, ad nocendum, qualia quis non cenſeatur portare, nocendi animo. *quomodo etiam Alvarot ad d. §. ſi quis ruſticus n. 3. diſtinguit:* At, quas alibi habet explicationes, nullum omninò punctum merentur; Ut, quod eod. cap. 2. num. 37. ſcribit: L. pen. §. fin. loqui, quoad excuſandum à pœna Legis Juliæ, de Vi Publicâ; non, quoad armorum portationem: Nam, portantem, non quidem teneri Lege Juliâ, (*contra expreſſum textum. l. 3. §. 1. Ejusd. tit.*) Sed ſtatutariâ pœnâ. Et paulò pòſt: Limitationem L. pen. §. pen. pertinere, ad reſtringendam regulam *L. 1. de Vi publ.* (quæ tamen, ex ipſiusmet interpretatione, ad armorum coactionem & coadunationem; non ad geſtationem, ſpectat,) non autem, ad reſtringenda ſtatuta vel Edicta, armorum geſtationem prohibentia: Quæ omnia, & tanto nomine, & ulteriore pariter refutatione, ſunt indigna. ¶. De peregrinis, arma, contra prohibitioné ſtatutariam, portantibus, rectè monet Arniſ. *lib. 2. de jur. Majeſt. cap. 5. §. 9. pag.* 344. diſcernendum eſſe, An quis, ſciens & gnarus ſtatuti localis; an verò, per imprudentiam,

peccaverit? Ut, priore casu, pœnâ Legis, vel statuti, teneatur; *Fac. l. 1. de LL.* posteriori casu verò, mitiùs cum eo agatur. *Farinac. quæst. 108. num. 17.* Ubi, ex Bertazzoll. forensem, ex præsumta ignorantia, inprimis excusat, à pœnis gravioribus. *add. num. 18. & seqq.*

VII. Hæc de pœnâ Civili *usûs simplicis.* Quod si usus jam, ad aliquem actum illicitum, fuerit directus, interest, an adhuc substiterit, *in terminis destinationis*, ita, ut, non solùm, ex gestatione, præsumatur; sed etiam aliunde constet, aliquem, hominis occidendi, furti faciendi, possessionis invadendæ, &c. causâ, cum telo, ambulâsse, familiámve armâsse: quo casu, Lege Corneliâ de Sicar. *ubi VVesenb. in parat. num. 15.* tenetur: *leg. 3. §. 4. ad Leg. Cornel. de Sicar.* (ita *concilio l. 1. ff. ad L. Corn. cum l. 3. §. 1. ff. ad L. Iul. de Vi publ. L. 7. C. ad L. Cornel. de Sicar.* Nisi dicere malimus, utraque Lege arma gestantem, coërcitum fuisse.) *quorsum digitum intendit Illustriß. Haßiæ Landgravius in edicto, quod postea §. 8. recitabitur.*

An verò *destinatio in actum fuerit producta*, seu, ut meliùs loquar, facinus secutum: Ubi non solùm is, qui jus armis utendi non habet, graviùs venit puniendus; Sed & ipse, qui facultatem hanc, gestandi arma, obtinuit: Ille, quòd, cõtra jus, arma tulit, gravius & inexcusatius delictum suum reddit; *Nov. 134. cap. ult.* Iste, quòd facultate concessâ abusus est: Offendit enim maximè benignitatem Magistratûs, qui licentiam dedit. *Decian. d. cap. 3. num. 62.* Utrobiq; autem spectandum esse, Decian. *cap. 4. num. 19.* ait, An alterum, &, ut sic dicam, antecedens delictum, gravius sit, armorũ gestatione; an levius: priori casu, *ut, si armatus, alicui vulnus inflixerit*, puniendum esse delinquentem, pœnâ vulneris, ceu delicti gravioris: posteriori casu, ut, si armatus alapam alicui dederit, tunc, quia arma gestare, gravius delictum sit, puniendum esse delinquentem, pœnâ portationis armorum. Quod ita accipio, non, quasi maleficium majus, consumat minus; Nunquam enim, duobus delictis concurrentibus, alterum sublevat alterum, *l. 1. §. 2. 3. 4. ff. de publ. & Vectigal.* nunquam unum alterius impunitatem inducit; *l. nunquam. 2. de privat. delict. Racemat Crimin. 1. 6. 69.* quin potiùs se aggravant; *uti dictum*: saltê ita, ut majus ad se trahat minus. *VVesenb. in parat. de privat. delict. & ibid. eleganter, Colleg. Argent. thes. 11.*

VIII. Post generalem hanc Legis Juliæ pœnam, in specie,

cie, de rustico, definitum est, *in sæpè dict. §. si quis rustic. 5. lib. 2. Feud. 27.* Ut, si is arma gestet, judex ea tollat; Vel 20. solidos, pro iis, recipiat; Ubi Dd. quidam, particulam VEL, accipiunt adversativè, ut rusticus, arma gestans, teneatur, vel ad armorum amissionem; vel ad solutionem 20. solidorum, i. e. librarum usualium. *post Roman. Vivius: lib. 2. decis. 287. incip. Angelus firmat. num. 4.* Alij, eandem particulam, Copulativè positam esse, interpretantur, ita ut rusticus; & arma amittat, & insuper 20. solidos, multæ loco, præstet, præsupponentes, solidum ibid. æstimari 20. libris æris. *l. Vn. C. de collat. æris lib. 10. 29 junctâ leg. 5. C. de susceptor præpos. v. Salmas. de usur. c. 16. Chokier tr. de re numaria c. XI.* Aut, Legibus Longobardicis, *tit. de quantit. solid.* 40. denariis præsertim, cum in §. si quis quinque. 9. ejusd. tit. ob quinque solidos, furto subductos, quis suspendendus esse, dicatur: quos communiter hodiè, cum floreno Ungarico conferunt. *Treutler. 2. disp. 19. thes. 6. Lit. C.* Et hoc sensu, ratio diversitatis ea erit, quòd in rustico, qui æris non ita potens est, major sit pœna, quàm si deportetur. *vid. not. ad VVesenb. parat. de donat. num. 6.* Sin autē quis, SOLIDI verbū, pro minoris monetæ genere quod, Germanis Schilling vocatur, accipere velit, sicut, in priscis Saxonum legibus, fieri solet, *teste Dn. Bachov. ad Treutler. dict. loc. collat. Besold. thes. pr. verbo* Schilling mitioris pœnæ ratio erit, in hominis rusticitate, quæ facit, ut malus animus, qui aliàs, in arma gestante, præsumitur, regulariter excludatur. *leg. ex quacunq; 2. §. si quis. 1. ff. si quis in jus vocat. ubi VVesenb. in parat. num. 2.* Quem disjunctivum intellectum, valde urgent verba: pro ipsis, i. e. armorum loco. ¶ Cæterùm, si eam pœnam solvere non possit, deputandus erit operibus publicis, pro tanto tempore, quanto merces laborum, adscendet ad summam pœnæ. *Decian. d. cap. 4. num. 16.*

IX. Atque ista, de pœnis juris Civilis, quantum ad præsentem materiam, sufficiant. Statutariæ porrò pœnæ variant; plerumque tamen, ad exemplum dicti §. 5. concipiuntur, ita, ut gestanti arma, contra prohibitionē, eadem adimantur, aut reus in carcerem conjiciatur, aliamve pœnam arbitrariam incurrat. *Decian. dict. c. 4. num. 22. Clarus: lib 5. recept. sentent. §. fin. quæst. 82. num 8.* Quod si nulla pœna Edicto expressa sit, nihilominùs, arma gerentibus adimenda esse, *arg. Auth. de Armis,* statuit Decian, *eod. cap 4. num.* *Tùm statutor. var.*

num.179. Et arbitrariè, gerentem, puniendum. *Alex. in dict. leg.1. ff. ad L.Iul.de Vi public. Marſil.in pract. crimin. §. pro complemento num. 12. Vbi,id uſu obſervari, teſtatur.* Quibus hactenùs aſſentior, ut tamen non putem à ratione alienum, ſi quando Judex ipſam Legis Juliæ pœnam, invaleſcente paſsìm armorũ geſtatione, alicui imponat, cum, quando, ſtatuto, vel Edicto, prohibetur armorum geſtatio, potiùs jus commune confirmari; quàm novum induci, videatur. *Menoch: dict.caſ.394. num. 49. conf. not.ſup. cap 4. thes.5.& ſeq.* Extat, ea de re, mẽorabilis diſceptatio, inter Philippum, Haſſiæ Landgravium, Et Ordines ſive ſtatus provinciales, quæ Marpurgi, 3. Iunii: 1566. Sic fuit reſoluta: ſub tit. Reſolution deß Durchleuchtigen / Hochgebornen Fürſten vnnd Herrn / Herrn Philippſen / deß ältern / Landgraffen zu Heſſen / 2c. Auff die / im Namen gemeiner / S. Fürſtl. Gn. Ritter: vnd Landſchafft / auff jüngſt / zu Treiſa / gehaltenem Landtage / übergebene Supplication &c. ibid: Den zweyten Articul, S. F. G. Univerſität allhie / vnd S. F. G. jüngſt außgangene Edict, betreffend / iſt nicht ohne / daß S. F. G. Gn. daſſelbig Edict, ſchrifftlich verfaſſen / vnd publiciren laſſen / darzu dann S. F. G. vnvermeydlich / deßmahls ſeind verurſacht worden: Vnd obwohl S. F. G. Meynung / vornemblich / dahin gerichtet geweſen / wie auch noch / durch ſolch Edict, niemands / vnbilliger Weiſe / zu beſchweren; Sondern allein / der Studenten Muthwillen / Vppigkeit vnd Leichtfertigkeit / dardurch zu begegnen. So haben gleichwohl S. F. G. nachvolgents ermelt Edict, gnädiglich gemildert / vnd die / darin geſetzte / Straff / der Strape de corda, *q. d.* die Straffe der *Corde: quod genus tormenti apud Italos increbuit: ipſisq; barbaro vocabulo, Strapacorda, dicitur; C.Barthius in hiſtor. dirept.Vrb. Romæ. Ann. 1528. p. 10.* allein auff die Jenigen gerichtet / welche bey Nacht / auff der Gaſſen allhier / geſpante Fewerbüchſen tragen / vnd alſo / nicht wie Studenten; Sondern / wie Mörder / würden erfunden werden: Sonſten die übrigen / ſo auſſerhalb / vnd ohne geſpante Fewerbüchſen / mit andern Wehren / auff der Gaſſen lauffen / Jauchtzen / Schreyen / vnnd dergleichen Vppigkeit / vnd Muthwillen / treiben werden / ſollen jederzeit / durch die / darzu verordnete / vnd beſtelte Wacht / angegrieffen / vnd dem Rectori, zu ernſter vnd gebührlicher Straff / überlieffert werden: Im fall aber der Rector nachläſſig ſein / durch die finger ſehen / vnd den ernſt nicht

gebrau-

gebrauchen thäte: Alsdann soll/an S. F. G. statt/S. F. G. Statthalter allhier/jedesmahls/gebührliche Straff/gegen den Muthwilligē/nach gelegenheit der Verbrechung/vornehmen. Dann S. F. G. nit gemeint seyn/den Studenten allerley Muthwillen/Schlägerey/Gezänck Gassieren/vnd andere Leichtfertigkeit anzurichten/zu gestatten; Sondern wollen vielmehr/daß sie deren dingen müssig gehen/vnd jhres Studierens/darumb sie hergeschickt werden/mit fleiß abwardten/wie S. F. G. auch ohnezweiffelich achten/jhrer Eltern/vnd der jenigen/so sie hergeschickt/Will vnd Meynung sein werde.

Es haben auch S. F. G. weiter verordnet? Daß hinführo der Rector, von einem jeden Studenten/der allhie/in der Universitæt, zu Studieren ankompt/vnnd vielleicht ein Bücksen mitbringt/alsbald dieselbe Büchsen/zu sich/erfordern/vnd nehmen/vnd in der Universitæt Gewahrsamb/so lang behalten soll/biß derselbe Student/von hinnen abzuziehen/gedenckt: So mag alsdann/einem jeden/zu Zeit seines Abzugs/seine Büchsen/wiederumb zugestellt werden.

Vnd demnach lassen es S. F. G beschließlich/bey obermeldter Jhrer Declaration, vnd Mildterung erwinden? Nemblich/daß allein diejenigen/so sich/mit gespandten Fewerbüchsen/auff der Gassen/deß Nachts/betretten lassen/der Straff der Strape de Corda/gewärttig seyn sollen. Dann/dieweil dieselben/so mit gespandten Fewerbüchsen/wieder S. F. G. ernsten Befehl/darzu deß Nachts/vnd bey bestelter Wacht/in dieser Fürstlichen Statt/gehen werden/je nichts guts im Sinn haben/Auch die beschriebene Kayserliche Rechte/gegen solchen Gesellen/pœnam Legis Corneliæ, (v. sup. §. 6.) vnd also/viel eine grössere Straff/ordnen; So wird S. F. G. von Niemands/verdacht werden können/daß Sie/auff solche Verbrecher/die Strape de Corda, als ein geringere Straff/gesetzt haben. Zu dem/auch S. F. G. Sich zuerinnern wissen/daß dieselbe Straff der Strape de Corda, auff den Universitæten/in Italia, in viel geringschätzigeren Excessen/bräuchlich/vnd also/gegen Hannßen von Bönigen sohn/vnd andern/gebraucht worden ist: Da nun die Studenten/wie S. F. G. Sich gäntzlich versehen wollen/der Büchsen solcher Gestalt/wie obstehet/müssig gehen vnd darvor jhrer Bücher/vnd studierens/mit Fleiß/abwarten werden: So dörffen sie sich auch herwieder/der Straff/noch sonsten/einiger Beschwerung/mit nichten befahren. Hæc nos simpli-

pliciter referimus: ἐπίκρισιν nostram ad tr. seq. rejicientes. Interim conferri potest *asperior sanctio Impp. Valentiniani, Valentis & Gratiani ad Olybrium præfectum Vrbis, in l.1. C.Th. de studiis liberalibus urbis Romæ lib.14. tit.9. quam anno 43. hujus sæculi oratione publica declaravimus. Itemque l.8. ibi: reddatur patriæ suæ, qui habitum Philosophiæ indebitè & insolenter usurpare dignoscitur. C. de Professor. & Medic. 10.52.*

IX. Enimverò, circa intensionem, vel imminutionem pœnæ ὁπλοφορίας illicitæ, complures extant Dd. ampliationes & limitationes. ***Ampliatio*** (1.) est, quòd pœna debeat intendi in eo, qui arma venenata aut fraudulosa fert, cùm &, in ipsa delatione, & in qualitate armorum, peccârit. *Menoch. d. cas.394. n. 41.* (2.) Quòd is, qui armis cinctum latus habet, vim cum armis intulisse, dicatur etiamsi illa non strinxerit, *Bart. in l. Quod est. 3. §. armis deject. 2. de Vi & Vi armat.* Et aggressionem cum armis fecisse, qui ea portavit; licet iis non sit usus; sed manibus alicui alapam inflixerit. *Dd. à Deciano d. lib.8. c.3. n.12. citati.* (3.) Immò, licet arma, in faciendo, deposuerit; cum armis tamen fecisse dicatur, adeoque compræhendatur, statuto loquente de injuriâ, cum armis factâ. *arg. l. si verò. 5. §. Prætor ait. 11. ff. de his, qui dejecer. vel effud.* Quod tamen intelligendum esse, monet Decian. ibid. n.13. modò deponens arma, illa facilè reassumere potuerit. (4.) Quod si quis sæpiùs arma portaverit, idque distinctis temporibus, sæpiùs puniendus sit: Quia nunquam unum delictum cumulatum, pœnam alterius minuat, *l.2. ff. de privat. delict. collat. θ.6. hujus capitis.* ubi tamen aliud sit, si continuè, & aliquot horis, ea gestaverit. *Decian. cap.4. num.13.*

X. E diverso dicunt Dd. hanc pœnam non tenere eum, (1.) qui, in domo suâ, armatus steterit: *Bursat. cons.141. n.35. in f.* ubi hoc ampliùs statuit, etiamsi quis, armatus steterit, in ostio domûs. Etenim (2.) statutum, delationem armorum prohibens, extendi non debere, ad eorum possessionem, nisi hoc, expressè, fuerit additum. *Decian. c.3. n.5.* (quanquam, in præcedente facto, non sit nuda possessio,) (3.) Cùm finalis edicti intentio, plerumque sit continua armorum portatio, non debere illud extendi, ad portantem, per momentum temporis. *Cacheran. decis.4. n.9. & decis.*

& decis. 21. *conducunt notata Gail.* 1. *observ.* 33. Ex qua ratione, clericum aliquem, qui à cursoribus depræhensus fuerat, cum cultro trium palmorum, quem se ferre, dicebat, ad Exacutorem, excusatum fuisse, à pœnâ ordinariâ Edicti Archiepiscopalis, de quo suprà, & extraordinariè, exilio septennali punitum, refert Aloys. Riccius, *sæpè adduct. decis. Cur. Archiepisc. Neapolit.* (4.) Eum etiam, à pœna prohibitionis, immunem putant Dd. qui arma, ad occidendum bannitũ, portet, stante statuto, quòd Bannitus, impunè, possit offendi: *Bald. in d. §. si quis rustic. & in c. prætereà. de off. deleg. Menoch. cas.* 574. Siquidem, cum Magistratus velit cõsequens, ut quis impunè, debeat offendi; etiam antecedens velle, intelligatur, ut quilibet, impunè, arma ferre possit, ad occidendum Bannitum. *Decian. d. c.* 3. *n.* 38. Quod tamen ita, rectè explicatur, ut quis probare teneatur hunc animum, cùm contra eum, stet præsumtio legis, quæ generaliter præsumit, arma portantem, malum habere animum. Sed hæc & alia, ut latiùs persequamur, nunc non vacat. *Adi Iacob de Arena, de Bannit. Niell. de banno. Petr. Prem. de securitat. Becht. de securit. & salv. conduct.* §. 116. *& seqq.* Nos hoc videamus.

XI. Si (5.) non accinctus quis armis; sed circum ipsum, reperta fuerint arma, An & tum puniendus sit? Menoch. *d. cas.* 394. *n.* 58. distinguit; An unus tantùm fuerit, circum quem arma sint depræhensa; an plures. *Priori casu*, gladium præsumi delatum (s. gestatum) ab eo, apud quem fuit repertus, eumq; puniendum esse, pœnâ ordinariâ: nisi contrarium ostendat, &, ad minimum, se honestæ conditionis, famæque esse, doceat. *Decian. d. lib.* 8. *c.* 4. *n.* 12. Posteriori casu, Menoch. scribit, præsumi, delatum fuisse ab uno illorum, & ad pœnam omnes, in solidum, teneri, non ordinariam quidem, sed arbitrariam; *quâ distinctione, dissentientes, inter se. Dd. conciliat n.* 61. Ita tamen, ut, uno eorum solvente, reliqui liberentur, cùm eadem res sæpiùs solvi non possit. *per vulgata.* Decianus contrà, propter incertitudinis rationem, neminem eorum puniendum, putat; nisi constet, illos esse pessimæ famæ, solitosque cum armis vagari. *Sententia Menochii*, (quòd omnes teneantur,) nobis verisimilior videtur, per ea, quæ in simili, ad L. Cornel. de Sicar. disputantur. *vid. Wesenb. ibid. n.* 19. *de injuriis. n.* 4. *& tit. si famil. furt. fec. dic.*

XII. Planè (6.) illa limitatio, à Doctoribus hîc, non fuerat prætermittenda, quàm ipse Legis Juliæ Autor, *in d. l. 3. §. 1. ff. ad L. Iul. de vi publ.* expressit, ut impubes excusetur. *Wesen parat. eod. n. 3.* quod præsertim in eo, qui doli capax non sit, attendendum erit: *l. 1. ff. de injur. l. infans. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. Gail. 2. observ. 110. num. 31.* Nam, si doli capax, & pubertati proximus sit, non debebit omninò, ab extraordinariâ castigatione, immunis esse. *Clar. lib. 5. sentent. quæst. 60. n. 2. Vide omninò V. Carot. tract. de minor. in delict. excus.*

De executione & impositione pœnæ.

XIII. Sufficiant hæc *de pœna* illicitæ armorum gestationis. Nunc *de pœnæ impositione*, s. de Executionis modo, pauca adnectamus: Ubi prima, *de judice*, occurrit quæstio: Quisnam de gestatione armorum illicitâ possit cognoscere, & pœnam imponere? Tractat hanc quæstionem post alios, Guid. Papæ *Decision. Gratianopol. quæst. 437. n. 7.* Et concludit: Eum cognoscere hac de re, & pœnam promeritam imponere posse, qui habet merum imperium: quia gestatio armorum habeat pœnam capitalem, *l. quoniam multa facinora 6. Ad L. Iul. de vi publ.* Atque ita sit de mero Imperio. *l. 3. de Iurisdict.* In Gallia constitutum est ut tribunorum equitum præpositi, (les prevosts) ac succincti quæsitores, diligenter operam dent, ut leges, contra usum armorum latæ, executioni demandentur: eaque de re, acta publica confecta, in senatum mittant; Eo tamen temperamento, ut, qui contra edictum fecisse arguantur, si domicilium habeant, apud judicem ordinarium, causam dicant, & damnati, ad Senatum appellare possint: Errones verò & vagi, præsidialium judicum Jurisdictioni, sine appellationis beneficio, juxta regias constitutiones, subjaceant.

XIV. Altera inspectio erit, *ratione ministrorum*, de appræhensione ejus, qui arma gerit; *v. l. 3. §. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Quando ergò statutum vult, ut, inventus cum armis, puniatur, tam Officiales potestatem habent, perquirendi sub pallio eorum, quos suspectos ducunt, num arma ferant, Decian. *d. cap. 4. nu. 11. ubi, de usu & observantiâ fori, asseverat.* Quod si illi arma apud aliquem inveniant, manus in eum injicere, & sic capere possunt. *Bart. in l. si Barsatoram. 13. C. de fidejuss.* Immò etiam si injunctum sit nunciis, aut cursoribus, ne aliquem capiant, absque expresso, in scri-

in ſcriptis, mandato. *vid. Boer. deciſ.*170. *n.*2. Id tamen, ut in pleriſque prohibitoriis, ac ubi mora periculum eſſet allatura, (v. c. ſi aliquos digladiantes offenderent,) atque ita etiam in deferentibus arma vetita, vel contra decretum aliquod, peculiare eſt, ut tunc rectè miniſtri, abſque mandato ſpeciali, appræhendere geſtantem poſſint, cum ad hoc, officii ſui ratione, ſemper mandatum ſufficiens, habere, dicantur. *Paris de puteo, tract. de ſyndic. verſ. Captura. n.*15. *& verſ. nuncius. n.*1. Quid ſi autem, inventus cum armis, in domum ſuam aufugiat, An & tum à familia judicis, ipſum inſequente, inde extrahi poterit? Negant Dd. communiter, *in l. pleriq;.*18. *ff de in jus vocat. Bajard. ad Clar. quæſt.*82. *n* 62. *d. Decian. c.*3. *n.*10. quòd domus tutiſſimum cuique ſit perfugium, *l. pleriſque.*18. *de in ius voc.* liceatque apparitori, perinde officium ſuum exſequi, affixo ad januam citationis & executionis exemplo. Pro quibus faciunt ea, quæ habet Ræuard. pro tribunal. cap.3. Quia tamen in caſibus, ubi quid occultum perquirendum, aut deſcribendum, aut ſequeſtrandum eſt, foribus clauſis, ex ſpeciali judicis commiſſione. aut foribus apertis, etiam ſine ſpeciali juſſu, executoribus domum ingredi licet: *Ant. Fab. in Cod. ſuo, tit. de in ius vocat. definit.*9. *nu.*3. *&* 4. Ideò & hoc in caſu, dicto textu abutendum non erit. Facit, quòd & hodiè, in criminalibus, quem de domo ſuâ extrahere, fas eſt *Weſenb. parat. de in ius vocand. n.*12. Certè, de conſuetudine, hoc etiam licere, obſervavit Riccius, *d. deciſ.* 209. *n.*1. *in fin. ad d. Mynſing.*4. *obſerv.* 69.

XV. Ulteriùs θαύματα ῥημάτων comminiſcuntur Dd. in illa quæſtione: *ſi tale ſtatutum fuerit*, ut, qui cum armis obambulans, depræhenſus fuiſſet, hâc vel illâ pœnâ afficiatur, *An & is deprehenſus dici poßit, qui, à familia iudicis, viſus fuerit arma portare, nec tamen ab iis apprehenſus ſit, aut arreptus?* Menochius *d. caſu.*394. illorum diſtinctiones anxiè congeſſit, ubi intereſſe, dicunt, An hoc duntaxat prohibeatur, ne quis arma ferat: Quo caſu, viſum eſſe geſtantem, ſufficere volunt: *d. caſ.*394 *n.*45. An ſolùm id, ut, depræhenſus cum armis, puniatur, ubi requirunt, ut actualiter quis ſit captus: num. 53. An verò aliquid adjectum fuerit, & *vel hoc*, ut captus fuerit, *his fortè verbis: Qui cum armis inventus, & captus fuerit, hâc, vel illâ pœnâ afficiatur.* Quo caſu liquido, pronunciant,

eum, qui elapsus, nec captus sit, non posse puniri. num. 44. *Vel hoc*, si repertus fuerit, idque vel disiunctivè, hâc formulâ: *Qui inventus, repertusque fuerit*; quo casu gestantem, omninò teneri dicunt, licet appræhensus non sit. num. 43. Vel conjunctivè, hâc verborum conceptione: *Qui inventus cum armis, repertusque fuerit, puniatur*; ubi non sufficere judicant, ut quis cum armis inventus; nisi etiam captus & præhensus sit.

XVI. At enim, omissis hisce distinctionibus, quibus Dd. sæpenumerò fluctus in simpulo cient, simpliciùs rem definiri posse, putârim: pœnâ, nempe, armigerulis præstitutâ, illum etiam teneri, qui cum armis, duntaxat ambulare, fuerit visus: incivile enim est, verba Edictorũ captare, posthabitâ legislatoris mente, *l. pen. ff. ad exhib.* quæ ubivis, vel maximè, attendenda est; *l. 5. C. de LL. Tiraq. ad l. 8. C. de revoc. donat. n. 47. & 48. ubi text. iur. Civilis & Canon. cumul.* Colligitur autem mens Legislatoris, tùm ex variis circumstantiis; tùm præcipuè, ex causâ impulsivâ, & finali, quæ anima cujusq; dispositionis est, *Gail. 1. observ. 10. num. 6.* ac basis & fundamentum, negotium ipsum sustentans: *Cothman. cons. 78. num. 66.* At finis & intentio Magistratûs, hoc loco, est, armorum gestationem, è Republ. tollere: proinde voluit eum, qui arma gestat, ad pœnam trahi. Ergò, si vel visus tantùm, & testibus convictus sit, pœnam non effugiet. *Conf. l. 1. ibi: sed solent hodiè prætores, vel præsides, si talem hominem invenerint. ff. de curat. furios. Et Menoch. num. 59. Itemque textum l. 6. ibi: nudâ saltem cogitatione atque contactu ausi fuerint tentare: C. de his, qui ad Eccles. confug.* Diversa est ratio, si ad actum aliquem, realis appræhensio, ex intentione loquentis, requiratur: quo ferè collimant ea, quæ Dd. *ad d. l. si Barsatoram. 13. Cod. de fideiussor. itemq; Emmanuel Suarez. in thesaur. recept. sentent. verb. inventus. n. 181.* congerunt.

XVII. Quia ergò, *visum aliquem esse*, sufficere diximus; ideò porrò tenendum est, hoc maximè verum esse, si Magistratus ipse aliquem viderit, arma portare, usque adeò, ut, talem, sine denunciatione, puniri posse, Dd. statuant. *Gand. de indic. & præsumt. indubit. nu. 9. per l. si irruptione. 8. § un. ff. fin. regund.* Nos, servato juris ordine, & hactenùs id admittimus, ut judex, ex ea visione, possit informare inquisitionem, & contra reum procedere. *post Speculat. & Carer. Dn. Christophorus Crusius part. 1. de indiciis. c. 100. ubi*

prolixè hanc assertionem examinat. Officialibus autem asserentibus, aliquem illicita arma gestâsse, ut, & hæc, aliquem, ad jussum, ea dare noluisse, vel, se nuncianti opposuisse, & similia, non facilè credendum esse, monet Decian. *d.cap.4. num.6. & seqq.* quòd hujusmodi homines viles sint, & mendacissimi, qui, vel uno numo, venderent vitam aliorum decem. Quod, de nuncio jurato, asserendum non erit, cui de rebus, quæ ad officium, & commissionem ipsius pertinent, testificanti, creditur, donec contrarium ostendatur. *Dd. allegati à Wesenb. in parat. de in ius voc. nu.13. pr. Anton. Fab lib.4. C. sui, tit.14. definit.38. Gail.1.obs.54.* De moribus tamen Galliæ, *vid. Petr.* Gregor. 48. *syntagmat.2. n.8.*

XVIII. Hæc de appræhendendo. De appræhenso, hoc statuunt Dd. inventum cum armis, puniri posse, absque ordinario processu: Quia, in levibus criminibus, absque ordinario processu, quis poni possit ad catenam: *Angel. in l. Ædiles.25. ff. de Ædilit. Edict.* At hoc, crimen leve esse, subinfert Decian. *d.cap.4. num.4.* Quod, de iure civili, intelligendum non est, ubi pœna, huic delicto præstituta, aquæ & ignis est interdictio, *per suprà tradita*, cujusmodi pœna capitalis est. *l. rei capitalis 2. ff. de pœn.* Facit, quod ipse Decian. ibid. num.21. subjicit, appellari posse à sententia declaratoriâ, quòd quis inciderit in pœnam portationis armorum: *v. §.19. huius cap. & suprà hoc cap. §.13.* quæ certè processus ordinarii partes sunt. *vid. Wesenb. ff. de re iudic. nu.7. & 10.* Quanquam eidem facilè fidem habeamus, attestanti, se nunquam vidisse, appellationem interponi, quin statim pœnam imponi solere, absque aliquo processu; vel, procedi ad torturam, si sit humilis; vel, ad pœnam pecuniariam, quam nisi solvat, carceres non exeat. Quærunt & hoc Dd. An, qui dare fidejussores vult, sit dimittendus? distinguit Decian. *cap.4. n.14.* An pœna sit corporalis; an pecuniaria: Hoc casu, offerentem fidejussores, dimittendum esse, adeò, ut, si non, acceptis his, reus in carcerem ducatur, injuriarum possit agere; illo, non item. Quo casu tamen subdistinxerim, utrùm fidejussor detur, de iudicio sistendo; an judicatum solvi: ut priori casu, persona honesta, vincula etiamnum effugere possit, fidejussoris, de judicio sistendo, datione. *l.1.3. & 5. ff. de custod. reor. vid. Bachov. 2. disp. Treutler. 28. θ.3. lit. A.*

XIX. Con-

Contraria.

XIX. *Contraria* Aphopliſmo, ſeu prohibitioni uſus armorum, ſunt omnia illa, quæ exarmationem impediunt: quorum quædam ſunt legitima, quædam illegitima. *Legitima* impedimenta dico, quæ jure excuſationem præſtant, veluti leges, ὁπλοφορίαν permittentes, privilegia item, ſtatuta aut conſuetudines, armorum uſum aliquando inducentes, aliquando injungentes. De caſu *neceſſitatis extraordinariæ*, præſtat conſtitutio inter Novellas Theodoſii, tit. 20. *ſub rubr. de reddito armorum iure*, quam ſuo loco referemus & exponemus. Hoc loco illud monuiſſe ſuffecerit: Neceſſitatem alicubi eſſe temporariam; alibi perpetuam: Itaque arma quibuſdam ſubditis, metu perpetuarum impugnationum, perpetuò permitti: Nempe, qui fidi fuerint, fidemque mereantur. Quomodo de Perſis, Coſackorum incurſionibus ſubjectis, refert Olearius: *part.* 3. der Perſianiſchen Reiſebeſchreibung/ *pag.* 478. *ibi*: Die Kilaner/ ſo zwiſchen Maſanderan vnd Kesker wohnen/ ſeind hernach alle diſſarmiret worden/ vnd darff keiner/ weder Sebel/ Röhr/ noch Bogen vnd Pfeil/ auch allerdings keinen Sekir oder Bogenrinck/ bey ſich finden laſſen; Sie mögen aber Achſen vnd andere inſtrumenta, welche krumb/ als ſenſen/ formiret/ vnd *Dâs* genennet werden/ zu holtz vnd Acker-arbeit gebrauchen; die andern Kilaner aber/ (von Kesker biß Kiſilagatz/ ſo Taliſch genennet worden/) weil ſie dem Könige allezeit getrew geweſen/ vnd den Karibſchach vertreiben helffen/ mögen jhre Gewehr/ gleich andern/ gebrauchen. In ſpecie militibus, actu militantibus, etiam jure communi, arma permitti, ſuprà oſtendimus: Ita aliis, vel ratione dignitatis, vel ratione officii, eadem relinqui, in tract. de ὁπλοφορίᾳ latiùs declarabitur. De conſuetudine inprimis Germaniæ contraria, opprobria cap. 3 *p.* 63. audivimus. Per Germaniam, inquit Georgius Acacius, L. B. ab Enenckel. *lib. 2. de privil. milit. privileg.* 33 *n.* 6. maxima paſſim armorũ habendorum, geſtandorum, uſurpandorum viget libertas: ſed illa quoq; alibi major; alibi minor: Enſibus enim, etiam ruſtici accincti, quolibet vadunt. *Hæc ille.* Quæ conſuetudo, an ubique laudabilis ſit; an uſurpatio potiùs & corruptela, nominari mereatur? *iuxt. can. prædia.* 5. *cauſ.* 12. *q.* 2. *cap* 56. *de Elect. & el. poteſt. cum ſimilib.* ex ſuperioribus dijudicari poteſt. *v. cap.* 3. §. 5. *pag.* 61. *& quæ de cauſ. procatarctic. &*

finali

finali dicta sunt. Utiq; mala consuetudo omnis, non minùs, quàm perniciosa corruptela, vitanda est: siquidem ea, nisi illicò radicitùs evellatur, in privilegiorum jus, ab improbis, assumitur, & incipiunt prævaricationes, variæque præsumtiones, celerrimè non compressæ, pro legibus coli, & privilegiorum more, perpetuò celebrari: *uti scribit Nicol. Papa in can. mala. 3. junct. seqq. distinct. 8.*

XX. Non ignoro, politicos aliquos *exarmationem ita dissuadere*, ut ad minimum possessionem cuique civium in Republ. permittant. Est in his Johannes Casus *lib. 4. sphæra civit. cap. 13.* qui multis rationibus, pro hac sententia, pugnat. *Primùm*, inquit, quilibet civis particeps est civitatis, idemque ad ejus defensionem tenetur: Ergò etiam arma *parata* habere debet, quibus hoc efficiat, præstetque. *Obj. 1* *Quasi* verò *parata* non sint, quæ meliore ordine, curâ & solicitudine, in publicis armamentariis, asservantur, atque inde, cum Oeconomia, depromuntur: quàm quæ vulgus sigillatim negligenter possidet, vel, nisi turbis concitandis, in expedito haut habet. *Respons.* At mora, *pergit casus* in omnibus, maximè in rebus bellicis, motibusque, seditionis trahit periculum, *2.* *quod & Nos suprà agnovimus, cap. 3. thes. 3.* Resp. primùm, modò dictum est, moram hic, armamentario benè constituto, magistratuque solicitè advigilante, ac arma, in tempore dispensante, nullam occurrere: *v. Aurel. Victor. epitom. n. 1. ibi: Imperatori bono nihil minùs, quàm temeritatem congruere, satis autem celeriter fieri, quicquid commodè, (addo, & sine discrimine maiori,) geratur.* Majus autem periculum motuum & seditionum imminere Reipubl. siquidem singuli manus habeant armatos, jam suprà demonstratum est c. 3. *th. 5.* & seqq. Ille verò, *tertiò*, prudentum exempla obvertit, qui legibus, Edictum hoc ratum esse, voluerint, ut unusquisque civium domi arma haberet. *3.* Sic olim Græci, inquit, Sic Persæ, sic, Gens bellicosa, Romani, sic olim, & nunc, Britanni, statuerunt. *Resp.* In exemplis & placitis, discernendus est status *firmatus*, ab *irritato*, vel dubio, cui perpetuus hostis immineat: Sic in Romana Republ. (ne longiùs abeamus,) aliquando arma civibus in manu relicta; aliquando, præcipua saltè, in armamentariis asservata fuisse, Livius, sequentesq; historiographi attestantur. *v. sup.*

cap.1. theſ.6. cap.6 th.2. Inde eſt, quod, in ſacris etiam, Deo Opt. Max. armamentarium, per metaphoram, tribuitur. *Iob c.38* quod apud Ieremiam *cap.50. verſ.25.* dicitur theſaurus Dei, unde proferantur vaſa iræ *eius. i.e. arma. Caſpar. Sanctius ad dict. loc. Ierem. n.* 47. Pergit tamen ille quarto loco, oſtentare nobis, faces invidiæ quæ multis in locis ardent, nec non ſæpè accendunt animos ad furorem, unde ad cædem & ſanguinem, non aliter, quàm feroces tigres, ac leones rapiuntur: Jam, ſi, in hoc caſu, inquit, ſobriis arma deſint, nemo eſt, qui non videat, incēdium fieri. *Hactenùs iterùm Caſus.* Atquin hoc argumento, poſtulatum ſuum Caſus ipſe ſubvertit. Si enim omnes cives armandi ſunt; *quod initio volebat Caſus*: Ergò, non ſobrii tantùm, quod, in hoc argumento, urget. Et, vice verſâ, *ſi ſobrii tantùm*: Ergò non omnes ſunt armandi. Immò quàm invidioſa res eſſet, aliquos tantùm armare, tanquam ſobrios. Quantò rectiùs autem, atque tutiùs cædes & ſanguinis effuſio præcavebuntur, ſi arma adimantur omnibus & ſingulis, & Reipubl. uſui, in publico loco, ſic aſſerventur, ut privatis aditus recluſus ſit, ne furor eorum armetur: Reipubl. præſidibus autem pateat, ut quemcunque furorem inſoleſcentis plebeculæ, terrore & metu armaturæ, ad omnes caſus paratæ, queant compeſcere. *v. Lipſ. 5 polit. 6. n. 16.* Eoq; modo noſtrum facimus, quod ille armaturæ ſingulorum malè aptat, *in verbu finalibus*: Ubi; poſtremò, putat: quò auctior ſit armorū poſſeſſio, eò tutiorrem eſſe adminiſtrationē civitatis: *Reſp.* concedamus hoc: armorum poſſeſſionem conducere ad Reipubl. ſecuritatem, plurimùm: Neque tamen inde ſequitur, ſingulis arma in manibus relinquenda: Sic enim providendum eſt foris, ne interim occaſio turbarum ſuggeratur domi: Laudemus ergò inſtructa armamentaria publica, ſingulis autem armorum quorumlibet poſſeſſionem & uſum, non temerè, nec ſine magna cauſa concedamus. *Repete, quæ, ad huius controverſiæ determinationem, dicta ſunt, in cap. de poſſeſſione armorum, 6.17 p.30. collat. Receſſ. Auguſt. de Ann. 1555. §* vnd demnach.

XXI Multò iniquiùs adverſantur prudentibus Legum ſcitis contumaces Detrectatorum ſpiritus, qui pallia ſibi citiùs, quàm arma, eripi patiuntur, & à præceptis Legum vel Magiſtratuum, armorum geſtationem prohibentium, geſtiunt appellare.

v. Guid.

*v.Guid. Pap. decis. Gratianop.*437.*n*.4. Tales olim erant circumcelliones, (ſecta Donatiſtarum in Africa, genus hominum, *ut, ex Auguſtino, refert Chytræus, in onomaſt. Theolog. p.*203. in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus otioſum , crudeliſſimum in mortibus alienis, viliſſimum in ſuis, maximè in agris territans, & victus ſui cauſa, cellas circumiens ruſticanas; unde & circumcellionum nomẽ accepit, *conf. can. circumcelliones.*1. *cauſ.*23. *quæſt.*5.) de quibus præter jam dicta, narrat Poſſidius, *in vita Auguſtini, c.*10. Eos armatos diverſis telis, bacchantes per agros, villaſq; circumcurſitâſſe; *Add. Baron. in An.*398.*n*.43. *itemq; in An.*410.*n* 53. *Et iterùm, in An.*412.*n*.6. Tales etiam erant aliqui ex clericis, qui ex ſola Eccleſiaſticarum rerum cõſumtione noſcitabantur clerici : nomen quidem clericorum habentes, rem autem non implentes clerici. *l. omnem.*42. §. *præterea.*10. C. *de Epiſc.& cler.* Quorum præcipuum ſtudiũ erat ad potus æquales ſuo modo obligare compotatores, & plurimum laudare eum, qui plures inebriaſſet, & calices fæcundiores exhauſiſſet: unde in rixas & arma animi facilè exardeſcebant & prolabebantur. *cap. à crapula.*14. *De vita & honeſt. cleric* Utinam verò ii ſectarios nullos reliquiſſent: non audirentur tot jurgia, non ſpectarentur tot vulnera : non crearentur parentibus & Magiſtratibus tot cordolia: Ita ſcilicet, cum ſanctæ majorum ſanctiones negligenter obſervantur, & Codicis Juſtinianei Syntagma, tanquam ineptum publicis uſibus & diſciplinæ, rejicitur, rima diſſolutæ libidini in portam pateſcit, & panditur, unde populares in rabiem digladiatoinum vulgarium efferveſcunt & corripiuntur; ut inter probra ducant , provocanti ad arma per injuriam, parili contumacia, contemtuq; divini & humani juris, non obſecundaſſe & comparuiſſe. *vid. Beſold. theſ. pract. verb.* Außforderung. *Dom. D. Franzkium, piè graviterq; de enormi hoc exceſſu noviſſ. differentem.* 2. *reſolut.*23.



Generoso Nobilißimoque Domino
Respondenti suo

De exarmatione cordatè differenti.


O Cives nostri! quid tela, quid *arma* crepatis?
Ad stygios rapiunt talia cæpta lacus.
Exarmate latus, sparsis per tartara telis
Isthoc *armatur*, plebs furibunda modo.
At detestatæ cælestes *arma* phalanges,
Concordes obeunt munera grata Deo.
Dicite nunc utri vosmet sociare velitis
Militiæ? & factis scita probate piis.
Ecce leves ævi CLOSEN pertæsus amores,
Exemplum vobis mente manuq; præit.
Hos demum censens generosi pectoris ausus,
Qui placuisse Deo, quique beasse queant,
Sic ad præclaros rectè grassatur honores,
Quos charo capiti Suevia grata parat.
Ite per exempla hæc, ne deteriora sequutos
Errorum sero denique pœniteat.

Schedium hoc, ut invita Minerva;
sic animo faventißimo scr.

Joh. Otto Tabor, D.

DE



DE HOPLOPHORIA, ſive Armorum geſtatione, Commentatio,

Ad pleniorem *L.un.C.ut armorum uſus.* intellectum directa.

CAP. I.

De Diſtinctione nominis, definitione item, atque diviſione hujus juris.

THESIS I.



NOn eſt equidem fraudandus laude ſuâ Vir Cl.Dn.Valentinus Volzius, JC. *& in Incluta Tubingenſi Academia, olim, Anteceſſor celeberrimus,* ob præclaram, in ſtudio juris criminalis, navatam operam; quam tanti æſtimârunt duo Eximii JCti, ut, exemplo Veterum, notis ſuis eandem illuſtrare inſtituerint. Ambigo tamen, annon aliquid humani paſſus ſit Vir Excellentiſſimus, quando *in Comment. ad L. Cornel.de Sicar. cap.4.n.6.* cenſuit: Diligenter admonendos eſſe Lectores, ne ex eo, quod JCtus *in l.1. §. Divus.3. ad L.Cornel. de ſicar.* ſcribit: *ſi quis gladium ſtrinxerit, & in eo percuſſerit*, non ampliùs hodiè, ut olim, evidentem & urgentem doli mali, i.e. animi ad occidendum meditati, (& ut Itali Dd. parùm Latinè loquuntur, penſati, *v. Decian.3. conſil.*104.) atque parati præſumptionem emergere; ſiquidem gladiorum gerendorum uſus, olim legibus prohibitus, hodiè conſuetudine permiſſus ſit. *v. Conſil. de jure aggratiandi Mecklenb. hoc Anno exaratum, quod inf. ſubjiciemus.*

2. Eſt hæc, ſcilicet, labes quædam ſeculi noſtri, vel potiùs Dd. quorundam, ut, ubi paulò majorem, in Legibus, adverterint

verterint difficultatem, illicò pronuncient, hunc textum esse usu abrogatum, vel etiam corrigatum: (uti male consultos Juris-Consultos, solœcismo solenni traducit & ridet Dn. Mejerus, *in præfat. tom. 1. Colleg. Arg. pag. m. 11.*) Nimirum, supponit Voltzius, cum nonnullis aliis, *v. tr. de Aphoplismo: cap. 3. thes. 7. pag. 62.* quòd falsissimum est: jure Romano absolutè gladiorum gerendorum usum, legibus fuisse prohibitum; Et hinc *legis* 1. §. 3. *Ad L. Cornel. de Sicar.* decisionem manâsse: Supponit etiam ex adverso, quod minimè concedendum est, Hodie consuetudine armorum usu permisso, definitionem *d. l.* 1. §. 3. locum ampliùs non habere. Quam utramq; assertionem, à vero longissimè abire, geminâ dissertatione liquidissimum, spiritu Domini opitulante, efficiemus. Idque eò commodiùs, quòd nuper prima pars *l. un. C. ut armorum usus.* De prohibito armorum usu, sit exposita: Unde ordo exigere videbatur, ut ex limitatione, legi adjectâ, *de concesso armorum usu*, præcipua capita exponantur: Quibus scil. personis quibusque casibus, Impp. armorum usum concesserint: Et quibus hodienum rectè concedatur & usurpetur.

Ratio & ordo tractationis.

3. Concessio armorum, respicit *vel* solam possessionem; *vel* conjunctam gestandi facultatem; *vel*, præter gestationem, usum, in actu exercito designatum. *De priore*, satis dictum, *in parte prima, cap. 3.* Consequens est, ut de altera nunc potissimùm agamus: Quæ concessio, τὴν ὁπλοφορίαν, s. jus gestandi arma qualiacunque, respicit: & in primis speciem frequentiorem τῆς ξιφηφορίας, sive gestationis gladii. Etenim arma, quæ homines potissimum (ne obstet Nov. 85. c. 4.) affectant, sunt tùm gladii; tùm bombardæ, aut jacula. Unde apparet, vocem ὁπλοφορίας latiùs patere [*Ab interprete Nov. 17. cap. 17. in f. nimis latè ad omnem usum producitur, cum vers.* μηδὲ ὁπλοφορεῖν, *vertit. neque armis uti:*] quâ proinde hîc deinceps potissimùm sumus usuri. Posset ea quidem etiam, ex subjectis distingui, quòd alia sit universalis, cum alicui populo, provinciæ, civitati, jus armorum capessendorum tribuitur: Alia specialis, cum singulis civibus, facultas ista conceditur; Et de hac, nobis potissimùm, agere, est constitutum.

4. Facultas ista, arma gestandi, sive jus τῆς ὁπλοφορίας, Est potestas, arma ad usum licitum gestandi, jure communi, vel speciali, concessa.

5. Dico,

5. Dico, jure communi: *v. Arniſ. lib. 2. de jur. Majeſt. cap. 5. pag. 341.* Falſum enim eſt, quod nonnulli ſupponunt: Geſtationem armorum, nudam & innoxiam, jure Romano, ſimpliciter fuiſſe prohibitam: *prout rectè hactenùs advertit Decianus, lib. 8. tract. Crim. cap. 4. n. 5. verſ. Neque obſtat. & verſ. Item moveor Add. cum Cæpolla, Polyd. Ripa, de nocturnis temporibus, cap. 5. n. 9.* Malè abuſi textu *noſtræ l. un. C. ut armor. uſ.* Balth. Conrad. Zahn. Ichnogr. Municip. cap. 82. Qui, de nuda ὁπλοφορίᾳ accipi non debet. *v. d. part. 2. cap. 1. §. 11. & cap. 3. §. 1.* Nam & ipsâ L. Juliâ, geſtatio armorum, ex certis cauſis, conceſſa erat: Nempe (1.) Venationis: (2.) Itineris: (3.) Navigationis: *l. 1. ad l. Iul. de vi publ.* (4.) Et Defenſionis: *l. hi qui ædes. 11. § ult. d. t. v. tr. de Aphopliſmo, cap. 3. § 7. pag. 63.* Quæ poſtrema cauſa, licet generalis ſit, non tamen omnibus præſtat geſtandi arma, & eludendæ prohibitionis facultatem: ſiquidem (1.) non cavillatoria excuſatio, *in d. l. 11. §. ult.* recipitur; ſed ſeria & probata: cum quis, inſidias ſibi paratas, adeoque ſe coactum fuiſſe, arma aſſumere, oſtenderit, quibus ſalutem ſuam, contra machinationes adverſarias tueretur: Quid? quod (2.) *in d. l. 11. § ult.* non illud dicitur: Eum, qui telum geſtat, præſumi tutelæ causâ, geſtare; adeoque licitè & rectè facere: ſed eum, qui telum, *ſalutis ſuæ tutandæ causâ* geſtaverit, (ſubaudi, idque probaverit: uti ſanè omnis allegatio, contra legis prohibitionem & præſumptionem, prolata, neceſſariò probanda eſt: *l. ſive 16. l. matrem. 17. C. de probat. l. 2. D. eod. l. doce ancillam. 9. C. de R. V.*) non videri, (quod Adverſarius objectabat & accuſabat) hominis occidendi causâ portare: Cum delicta non præſumantur; maximè, ſi aliâ qualibet juſtâ causâ, doli ſuſpicio purgetur *conf. tr. de Aphopl. cap. 7. §. 5. pag. 93.*

L. 11. §. ult. Ad l. Iul. de vi publ. nova & ulterior explicatio.

6. Sed & extra has cauſas, ſingulariter concedi ſolet quibuſdam perſonis, *ut ſic loq.* jus ὁπλοφορίας, vel ob dignitatem, & prærogativam; vel ob muneris neceſſitatem: *De qua conceßione, hîc potißimùm diſpiciemus.* Neque tamen conſuetudinem plane excludimus, cujus ſanè ubique magna vis eſt: *2. Feud. 1.* maximè, principe connivente: ut adeò dicere queamus: Conceſſionem *aliam* eſſe expreſſam; *aliam* tacitam. Hanc induci conſuetudine, *Decian. d. tr. lib. 8. cap. 4. n. 5. verſ. item moveor.* Illam, lege aut privilegio. Privilegium eſſe, vel reale; vel perſonale. *Baro Enenckel de privileg. in genere lib. 2. cap. 1.*

cap.1. Dd. in l. privilegia.196. ibi: quædam causæ sunt, quædam personæ, de Reg. jur. l.4. §.antep. de aqua quotid. & æstiv. Posset etiam à modo concedendi, distinctio induci; quòd alia sit ordinaria; & communis alia extraordinaria & peculiaris.

CAP. II.

Penes quos sit Facultas, armorum jus & gestationem tribuendi?

1. IN statu purè Monarchico, cum penes unum & solum Imp. Romanum, universa Reipubl. potestas existeret, facultas ista haut dubiè, apud solum Principem residebat: *per text. nostræ l. un ibi: Nobis insciis, atque inconsultis. C. ut armor. usus.* Unde & frustranea est dubitatio, quam movet Lucas de penna *ad hanc l. n.19.* An præses provinciæ, olim etiam hanc licentiam concedere potuerit? Quod rectè negat Afflictus, *in cap.1. § si quis rusticus. n.18. lib.2. F.27. per Novell.17. in f. ibi: Neq; quenquam armis uti permittes, qui de numero militum non sit. Conf. supr. de Aphopl. cap.2. θ.6. & 12.* postquam autem, Romano Imperio in multas particulas scisso, *ut loquitur* Wesenbec. *consil. 60. n. 30. p.148.* cum cæteris Regalibus majoribus, *v. Ernest. Cothmannum.5. respons.1. n.51.* etiam armorum jus, statibus, quadantenùs communicatum est, *v. tr. de Fabric. armor. cap.1. thes.18. & seqq.* cœperunt Imperii status, usu exigente, *& in universum* subditos armare: *& seorsim* singulis, ex causa vel officii, vel dignitatis, ὁπλοφορίαν, veluti jure privilegiario, dilargiri. *v. Ant. Matthæi, tract. crimin. lib.48. tit.4. ff. cap.4. pag.510.*

2. Animadvertere licet, Alios in hoc argumento, Statibus, etiã inferioribus, nimis liberaliter indulgere; Alios ex adverso, nimis tenaciter & injuriosè invidere, prout quemq; sua affectio in hos, odium in illos, distrahit. Sunt, qui absolutè pronunciant, Quemlibet Statum, in suo, posse omnia & singula, quæ in absolutis, independentibus imperiis, summa possit Majestas: *v. post infinitos, Besoldum.2. consil.79. pag 321. n.17. & 19.* Etiam universam legislationem juris civilis, nedum hanc vel illam particulam, tollere: *v. idem Besold. cum alleg.2. cons.72. pag.303. n.15. Conring. de orig. jur. Germ. cap.33. p. 201. ibi In potestate singulorum ordinum situm est, illius*

juris

juris omne, quod quidem ex constituto valet, rursum abrogandi, atque olim libere illud quoque admisêre. Et sic armorum quoque gestationem, contra juris Civilis prohibitionem, cuilibet promiscuè, proque libitu, concedere. *Sunt è diverso,* qui Statibus multa, contra consuetudinem, & jus receptum, temerè detrahunt: In quibus Autor Autonomiæ, ejusque sequaces primas facilè partes tuentur. *v. not. d. tr. de metat. c. 6. §. 9. Audiantur Unitorum Legati ad Bavar. Pr. E. in replicis ap. Merian. in An. 1619. pag. 273. B. ibi:* Weiln absonderliche Werbungen wieder deß Reichs herkommen.

3. At Moderatiores hic Imperatoris & Imperii Autoritatem, utrobique respiciunt: *Ipse Besold. 2. consil. 79 pag. 321. n. 21. & seqq.* Et vel inprimis in jure armandi circumspectè loquuntur. Sereniss. El. Saxon. in resolutione puncti der Verfassungk ap. Merianum in An. 1631. p. 283 ibi: zugleich auff den äussersten nohtfall zubedencken/ wie man sich/ da alles einwendens vnd bittens vngeachtet/ doch militari manu verfahrẽ werden solte/ man wider dieselbe sich/ vermittelst billicher defension schützen köndte. Et pag. 284. ibi: Salva utrobique C. M. autoritate. Adhib. die Bayerische Antwort. auff der Vnirten gesandten replic. apud Lundorp. lib. 4. cap 15. & apud Merian. in Anno 1619. p. 275. b. med. ibi: Allein wissen S. F. D. bey diesem passu der replic nicht/ dz die absonderliche Werbungk wider deß Reichs vnd Creiß verfassungen oder herkomen sey: weil dieselbe keinem stande in äusserster gefahr verbotten/ sondern auff gewisse maß/ so weit man derselben nachkommen kan/ zugelassen. Quemadmodum omnes cordati in quæstione, de abrogatione legum, prudenter requirunt, utrum Imp. & Imperium, abrogationi consentiant; vel saltem conniveant: An verò, contra pravas usurpationes, seriò, verbis aut factis, protestentur. *v. omninò Stammium lib. 3. de servitut. personal. cap. 8. Treutl. 2. disp. 18. θ. 9. lit. c. ubi cum Mynsing. & aliis scribit: Ex immemoriali tempore præsumi consensum Imperatoris.* Qualis (sanè contra Novatores & Vicelianistas notabilis) protestatio reperitur in Chur. S. erklärung auf Kaiserl. leg. anbringen/ apud Merianum in Anno 1631. p. 309. A. ibi: weil nach so weisem vortreflichem Raht deß gantzen Reiches Haupt vnd glieder befunden worden/ das Salus & gloria populi, in vnverzuckter observantz der heilsamen gesetze einig stünde.

4. Quid ergo in præſenti problemate dicendum? An Status imperii, jus ὁπλοφορείας, alicui privato, dignitatis vel muneris causâ rectè concedet? Id vero ſequeſtratis nō levibus dubiis; adfirmandū tamen Nobis videtur. Cum enim ordines Imperii noſtri, non ampliùs præſidibus provinciarum, *uti perperàm cenſuit Henning. Gœden. conſil.32. n.20. & 21.* nec Magiſtratibus Romanis aliis, æquiparentur. *vid. omninò Ioh. Herman. Stam. lib.3. de ſervit. perſonal. cap.10* Utcunque prærogativis eorum nonnulli gaudeant: *v. Weſenb. parat. D. A quib. appellar. non lic. n.2.* (Cùm veteres illi, non fuerint perpetuarii provinciarum poſſeſſores, nedum proprietarii: *Ern. Cothman. 5. reſponſor. 1. n.52.*) Sed potiùs, ſummis Principibus quadantenùs comparandi veniant, *ita accipe Weſenbec. conſil.21. n.28. Stam. d. loc.* quippe qui ſuperioritatem territorialem, h. e. jus & poteſtatem, ſummi, poſt Imperatorem, Imperii & dominatus habeant; *Chriſtoph. Ming. de ſuperiorit. territor. θ.7.* & pleraque omnia in ſuis territoriis poſſint, quæ Imp. in Imperio, *poſt Bald. in l. donationes. 26. C. de donat. int. vir. & uxor. citati ſupr. de Fabr. armor. cap.1. θ.19. f. & fuſius in tr. de metatis cap.6.* Ideò inquam, poteſtatem hanc, jus ὁπλοφορείας concedendi, ipſis denegare non poſſumus. Nam cum ex conſequentia dictæ ſuperioritatis, jus armorum, generaliter & formaliter ſumtum, hactenùs ſibi vindicent, ut militem cogere, ad propriam, & aliorum ſalutem poſſint, teſte iterùm, inter alios exotericos, etiam P. Jovio, *lib.32. hiſtor. pag.642. ubi ait: Germaniæ Regulos, vetuſto Gentis more, nefas putare, mutuam opem implorantibus, armis ſuis deeſſe. Suffragantibus Conſtitutionibus (quæ horſum allegari ſolent,) Imperii, de Anno 1526. §. Darauff. Ann. 1548. 55. 70. &c. Wahremund. ab Ehrenberg. lib.1. de fœderibus, cap.2. n.56.* Itemque, delectum agere, *Receſſ. Imp. de An. 1564. §. Ferner/ dieweil.* Copias educere, conſenſu ducis circularis: *Receſſ. Auguſt. de Ann. 1566. §. Den verſikel. v iterùm tr. de metatis d. cap.6. §.3. & hujus cap. §.3.* Eaque jura ſanè multò maxima, ideò ſibi eripi nullatenùs patiantur, quod Romanorum armis indomiti, & vetere militiæ gloriâ, & antiquâ libertate, ſupra cæteras gentes, omnibus ſeculis, abſque ulla dubitatione floruerint, *fatente P. Iovio, lib.30. hiſtor. ſui temporis, pag.554. & conſonante Thuano, lib.61. hiſtor.* Utique etiam hoc jus ὁπλοφορείας, quod longè minoris eſt præjudicii & generali illi haut dubiè ineſt, in poteſtate ipſorum relinquendum erit.

5. Eodem modo videmus ex inveterata quadam consuetudine, Principes Imperii, Duces, Marchiones, Landgravios, Comites, Barones, &c. Vasallos benè meritos, de certis castris, pagis, prædiis, vel mansis, (uti posterioris ævi scriptores, domicilia suburbana vocant, *v. Vossium lib. 3. de Vitiis. sermonis p. 493. in verb. mansuarius:* vel maneriis, uti Innocentius 3. appellat *in cap 50. de appellat.*) aliquando cum omnimoda jurisdictione, investire, aut subinfeudare; *Wesenbec. cons. 45. n. 36. Coler. de processib. execut. cap. 1. n. 127. A. Kohl. de subfeud. cap. 1. n. 71. & seqq.* Utcunque olim soli Imperatores, Jurisdictione illâ superiori, & gladii jure, clientes suos investierint. Sachß. Landr. *lib. 5. artic. 53. § feudalis.* Quidni itaque iidem Status, insignia hæc potestatis & honorum, *v. sup. protheor. de armis in genere, pag. 10. §. 10. & seqq. Höping. de jur. insign. cap. 8. n. 56. & seqq.* possint dilargiri: argumento à signo, ad rem signatam ducto: *de quo, præter Topicographos, benè Mascard. conclus. 551. Besold. Thesaur. pract. verb.* Wappen. *Wehner. in observat. voce,* Helm vnd Schildt. *Tuscus lit. A. conclus. 516. n. 6.*

6. Quin & alii, qui Regalia jura, inprimis nobilitandi, vel non habent, vel non exercent: ministros tamen suos, Cinguli jure solent donare, certisque ceremoniis, facultatem armorum gestandorum iis committere: Sie machen sie wehrhafftig: *Qua de re infrà nonnihil dicetur;* Ut adeò, in Nobilibus immediatis, tantò magis, id admittendum sit, puta Franconiæ, Sueviæ & Rheni: *Gail. 2. observat. 62. num. 3. vers. Secùs, si subditos habeat, & ius territorii, sive Vniversitatis: Wesenbec. consil. 60. n. 30. vers. postquam imperium scissum est. novissimè D.* Kreideman / von deß Teutschen Adels Staat / Stand. *&c. inprimis pag. 6. & 60.*

7. Nec civitatibus Imperialibus, regale hoc Armandiæ, 2. F. 56. denegandum videtur: Quin, usu & necessitate exigente, subditos armare, & gestationem armorum non tantùm permittere; sed & imperare planè solent: per ea, quæ de jure lustrationis, & exercitii militaris, ac societate sagittariorum: der Schützen Gesellschafft / etiam municipiis adserit D. Balthasar Conrad Zahn. *de jure municip. cap. 82. pag. 216.* Nec dubitandum adeò, quin pro arbitrio, Resp. interdicere aliis; aliis verò concedere, arma hæc vel illa, queat: Quemadmodum in causa quadam Doliariorum, ob-

 servavi

ſervavi, cum An 1638. 28. Julii, decretum eſſet: Daß den Meiſtern Kübler Handwercks/ vnd dero Geſind/ Kieffer- vnd Bandmeſſer zutragen ꝛc. bißdahero nicht gebühret; Sondern/ Sie daran zu viel/ vnd vnrecht gethan: Derowegen/ Sie ſich dergleichen forthin müſſigen/ vnd davon abſtehen/ Hierinnen den Kieffern/ (vnd auch ſonſten in jhrem Handwerck/ mit Wein ablaſſen ꝛc.) keinen Eintrag thun ſollen/ bey ſtraffe 5. ℔ pfennig/ ſo offt ein anders beſchihet: poſtea, ad condemnatorum remonſtrationem, Decretum id, An. 1648. 8. Julii, ita mitigatum, declaratumque fuiſſe: Daß den Meiſtern Kübler Handwercks/ vnd dero Geſinde/ Kieffer-Meſſer zutragen/ hiermit wiederumb verſtattet/ vnd zugelaſſen ſein ſolle. ꝛc.

8 Dignitatis autem, vel prærogativæ cujuſdam nomine, non ſolent Civit. Imp. aliquem cingulo ornare, ut extra territorium quoque ſuum (præter eos, qui de corpore Magiſtratus ſunt, & per totum Imperium meritò honorantur; quive his à latere ſunt, & obſequio) gladium, juris quâdam prærogativâ, geſtare queat: vel, quia Civitatibus Imperialibus, jura territorii realia potiùs, quàm perſonalia *v. G. Acac. Enenckel. lib. 2. de privil. in genere, c. 1. n. 2. & ſeqq.* competunt; uti nonnulli volunt, *apud Chriſtophor. Mingium, de ſuperioritat. territor. theſ.* 44. vel quia jura talia exercere non conſueverunt.

9. De civitatibus Municipalibus exaudio, quod Decian. 8. *tract. crimin. 3. n.* 20. ſcribit: Priores & Deputatos civitatum non poſſe, pro arbitrio ſtatuere, quod quilibet poſſit portare arma, niſi cauſa adſit multum urgens, quæ tamen exprimi debeat, quia tale ſtatutum, ſit contra leges ſuperiorum. Utcunque jus civium, in armis exercendi, eis conſuetudine, vel privilegio, tributum ſit, aut competat *D. Zahn. in Ichnograph. Municipali, cap.* 82. Solet tamen quandoque, hujuſmodi Magiſtratibus mediatis, talis etiam facultas concedi, ut oſtendit ſtatutum Academiæ Patavinæ, *quòd refert Decian. d. l. n.* 59. quo Rectori Legiſtarũ tribuitur facultas dandi licentiam armorum tribus ſuis ſociis, & Rector Artiſtarum, itidem poteſtatem habet, tribus Collegis eam licentiam conferendi.

10. Occaſione ſuperioris Exempli, (quo Rectoribus Univerſitatum Academicarum aliquarum, conceditur facultas, certo ſtudioſorum numero, exque eo ſelectiſſimis, jus ὁπλοφορείας conferendi)

rendi,) porrò quærit Decianus: si unus creetur Rector utriusque universitatis, an tum licentiam, pro sex dare possit; vel pro tribus, tantùm? Et respondet, tenendum esse, quòd sic: Quâ ipsâ responsione, suspensum lectorem divinare vult, ut rectè Dn. Brederodius annotavit. Putârim, concursum duplicis potestatis, non tollere alterutrius effectum: concessione autem superioris, non opus esse existimârim, in iis universitatibus, ubi Rector merum imperium habet, ut in Academiâ Parisiensi, Bononiensi, Pisanâ, *Cothman. respons. Acad. 1. n. 133.* Heidelbergensi, Ingolstadianâ, Tubingensi, Lipsiensi, *Dan. Otto, de jur. publ. cap. 24. pag. m. 500. Conf. Heig. part. 2. quæst. 11.*

CAP. III.

De Subjecto recipiente, sive C. h. e. De personis, quibus armorum usus, regulariter aliàs prohibitus, permissus sit?

1. NUnc de iis, qui arma gestare possint, dispiciendum est. [Notavit hac rubrica alteram partem Novellæ 85. Julianus antecessor, Constitutionem suam 79. sic inscribens: De Fabricensibus, & qui arma gerere possunt. Verum quia in d. Novel. de armorum gestatione nihil ex professo tractatur; sed tantum incidenter dicitur: prohibita armorum fabricatione inter privatos, id commodi ad publicam tranquillitatẽ redundaturum, ne cives, aut rustici armis utantur invicem & necem intentent ὅπλοις κεχρῆσθαι κατ' ἀλλήλων. Rectiùs juxta Græcum exemplar, de Armis solùm inscribitur.] Et potestatis quidem ratione, olim in Imp. Romano, nonnulli Magistratus JUS GLADII habuerunt. Nam, Magistratus alii erant Majores; alii Minores: quos in libera Republ. auspicia majora & minora in Comitiis, ab invicem secernebant. *v. Sigon. lib. 1. de Antiq. jur. Civ. Rom. cap. 7.* Occupatâ verò eâ, per Impp. Comitiisque exoletis, quibus Princeps Imperium & potestatem dedisset, Majores dici cœperunt: Qui sine imperio & potestate tali essent; Minores *l. nec Magistratibus. 32 ff. de injur. Ian. Guiliel. de Magistrat. Pop. Rom. cap. 2.* & notabiliter, Sigon. *lib. 3. cap 5.* scribit: Omnes Magistratus, tàm urbanos, quam provinciales, ci-

Quæ veterum, ea in re, Magistratuum conditio fuerit, conjectura.

vilem poteſtatem habuiſſe; verum alios majorem, alios minorem: Quæ minor fuerit, eam præcipuè poteſtatem dictam, quæ major, eam non poteſtatem ſolùm, ſed imperium etiam appellatam. Unde inferimus: Quibus Magiſtratibus, vel jam olim; vel hodiè, imperium merum, & major poteſtas conceſſa, i. e. gladii poteſtas

[*Aliquando tamen gladius, animadverſionem in ſpecie notat, quæ fit gladio, v. Cujac. lib.1. qq. Papin. in l.1. De offic. ejus, cui mand. pag.14.B.* Unde *explicandam cenſet Ælii Spartiani relationem, de cæde Papiniani, quam ſic ille, in Antonino Caracalla, deſcribit: Deinde, in conſpectu ejus, Papinianus ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus: Quo facto, percuſſori dixit:* Gladio te exequi oportuit meum jus. *Adhæc ſcribit Cujac. d. loc. ſe non videre, cur id Antoninus dixerit, niſi quòd* animadverti *juſsiſſet: ſiquidem, qui jubeant in aliquem animadverti, propriè gladio punire velint.* Conf. Briſſon. in verb. animadvertere. junct. l. 8. §. 1. de pœn. *Notat & hoc Cujac. ib. Merum ideò imperium, definiri à majore parte ſui, jus gladii ſ. ferri,* ut vocet Lucanus. *Et in libris noſtris: Damnare ad ferrum, ſit, damnare ad gladium*]

ad animadvertendum in facinoroſos facta, *l. quæcunque.1. D. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd. l. ſolent etiam.6. D. de offic. proconſ. l. nullus poteſt. 70. ff. de reg. jur.* Iis inq. etiam inſigne hujus imperii, (Cujus ſummus gradus, mortis pœna, tempore JCtorum, præter crucem & cremationem, *Paul. 5. ſentent. 17. ubi Cujac.* gladio, ut olim ſecuri, infligebatur: *l. aut damnum 8. §. Vita adimitur.1. D. de pœn. l. illicitas.6. §. qui univerſas. pen. D. de offic. præſid. Cabott. 2. diſp. 5. Bodin. 6. de Republ. 6.*) Secures & gladii tributi fuerunt; & poſtea Cingulum: quod Græci, Ζώνην appellant: *Panciroll. 1. variar. c. XI.* Cingulum autem dextro humero impoſitum, obliquè ante pectus, & poſt tergum, ad ſiniſtrum latus, deſcendebat, cui in imo enſis alligabatur: Ut in notitiâ dignitatum, in Conſularibus Paleſtinæ & Campaniæ cernitur; quorum Cingula purpurea aureas bullas inſertas habebant; qualia Virgilius deſcribit 12. Æneid. Verſ.

—— infelix humero cum apparuit alto
Balteus, & notis fulſerunt cingula bullis:

Enſis cingulo alligatus, parazonium vocabatur: *Panciroll. d. cap. XI. pag. 23.*

2. Impe-

2. Imperium merum, (ne quid in terminis peccemus, aut prætereamus) antiquissimis temporibus, dicebatur, quod separatum esset, à Jurisdictione; (non enim ab initio, Magistratibus cognitio criminalis demandata erat, ne consulibus quidem; *l.2.§.23. de O. I.* sed solus populus morte multabat: *Polyb. lib.6.*) Tempore autem Impp. merum Imperium aliquibus Magistratibus, jurisdictionem, propriè dictam habentibus, specialiter concedebatur, & sic in Magistratuum nonnullorum personâ, & jurisdictio civilis, & publici judicii executio, concurrebat: illa, mōre majorum, p. Magistratus; hæc, ex speciali concessione. Nam quia, nonnulli Magistratus suprema potestate, integris præficiebantur provinciis, absurdè & ineptè, in singulis causis, specialis principis jussus, (ut olim, quanquam & postea universalis Executio, ex lege data fuerit. Prætore publicis judiciis, & perpetuis quæstionibus præfecto, *d. l.2. §. capta.32. D. de O. I.*) expectandus fuisset. *Bachov. 1. disput. Treutl. 3. θ.6. lit. E.*

3. Hinc pronunciare licet, cur Consulibus olim, non secures; sed fasces Virgarum duodecim, (anteà 24. *v. Dionys. Halicarnas. l.5. Dion. Caßium, lib.51.*) prælati fuerint: *Brisson. 3. select. antiquit. 14. Dn. Gothofr. ad l. hunc titulum. 1. §. secundo loco. 5. verb. insignia. D. de postul.* Dictatori autem duæ secures, *Forster. histor. iur. civil. lib. 1. cap. 17. n. 12.* haut ambiguum summi Imperii signum: *Sueton. in Galbâ cap. 8. in fin.* quòd scilicet huic; non æquè illis, animadversio, in caput Civis Rom. competierit. *d. l.2. §.16. 18. 23. D. de O. I. conducit l. relegatus. 14. §. 2. de Interd. & releg. Diss. Cujac. in d. l. 1. de offic. eius. ubi Consuli etiam ius gladii tribuit.* Quemadmodum in provinciæ præsidibus, quibus aliquando sex secures prælati fuerunt, unde præses ἑξαπέλεκυς ap. Polyb. appellatus. *Cuiac. lib. 1. qq. Papin. in l. 1. de Offic. eius.* Licet postea securi quem plectere vetitum, gladiusque substitutus sit. *l. aut damnum. 8. de pœnis.*

4. Verumenimverò, quæ, de jure gladii, Magistratibus majoribus concesso, hactenùs diximus, planum quidem habent sensum, quatenùs per gladii symbolum & traditionem, merum Imperiū denotabatur: Sed, an iidem propterea, gladio in urbibus accincti prodierint, major quæstio est. Et de Magistratibus militantibus, omninò concedendum est, jus eos gestandi gladii sibi

vindi-

vindicâsse: in his enim, meritum honorem, distinguebat magnitudo ferri, quia gladio, accingebantur Imperatores, Duces, Præsides: pugione, Tribuni, eo ipso tempore, cum honores & potestates ipsis mandabantur. *Adr. Turneb. XII. adversar.6.* ubi Martialem, inter alios, adducit, *lib.14. Epigram.32.* ita canentem:

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris,
Arma Tribunitium cingere digna latus.

De Civilibus autem Magistratibus, P. Faber, *ad l.70. D. de R.I.& I. semestr. cap.3.* ex Dione, lib.3. asserit: illud certum esse, quòd iis demùm Magistratibus id licuerit, quibus Augustus concessisset *ξιφηφορεῖν.* At enim JCtorum nostrorum ætate, sublatâ differentiâ provinciarũ & Magisttatuum Pop. Romani & Principis, utrique quidem jus gladii datum, sive merum imperium, ait; sed, se non existimare, veste militari amictos, gladiove accinctos fuisse. In qua sententia hæreo. Tandem verò, cum iidem Magistratus jam fermè militares essent, *Lamprid. in Alexand.* factum, ut gladio accincti prodirent: cujusmodi Comitem provinciæ, gladii potestate & insignibus coruscum, describit Cassiod. *in formula Comitiv. provinc. 1. variar. princ. ibi:* Quamvis omnium dignitatum officia, à manu secludantur, (*apud Bodin.5. de Republ. 5. num. 574. secludantur,*) armatâ, & civilibus vestibus induti, (pro quo iterùm apud Bodinum male, induci,) videantur, qui districtionem publicam docentur operari; Tua tamen dignitas à terroribus ornatur, (non, ut apud Bodin. eruatur) quæ gladio bellico, rebus etiam pacatis, accingitur. Vide, quo judicio fueris evectus, quando aliis vigorem fascium videas esse creditum; tibi autem, ab ipsis legibus, ferrum constet esse porrectum: Rem cruentam dederunt animo pacato, ut noxii nimium metuerent, & læsi, de optata ultione, gauderent.

Apud Pancirollum rem totam, clarius sic
digestam, leges:

Qui

Qui Magiſtratus provinciales, cõſiderat, tùm

- *In honore*: ubi præſidis honor aliquibus conferebatur vel
  - *ſine adminiſtratione*: Et his prætexta tantùm dabatur, inquit, Cingulo autem uti non licebat. *Pancir. I. Var. c. XI. p. 22.*
  - *Cum adminiſtratione*: qui provinciis præficiebantur, inſigne dignitatis, Cingulum accipiebant: itaque (præſides) dum provinciis præerant, in Cingulo eſſe dicebantur. *Novell.* 70. Et ſine Cingulo, atque Chlamyde, tanquam præcipuis Magiſtratus inſignibus, Imperatorem non licuiſſe adire, è Chryſoſt. tradit idem Pancir. *d. cap.* 11.
- *Depoſito Magiſtratu*, ubi
  - Regulariter: Nulli Magiſtratuum cingulum gerere licebat.
  - Excipiebantur
    1. Duo præpoſiti S. cubiculi, qui hoc, præcipuo privilegio obtinuerant, ut, munere functi, cingulum geſtarent, *l. ult. C. de præpoſ. S. cubic.* 12.
    2. Patricii poſteriorum ſeculorum. *Pancir. d. loc. verſ. Erat. et.*

5. Et ita ſanè legimus, gladio, ceu ſuperioris poteſtatis inſigni cinctos, *v. omninò Dempſterum, lib.* 10. *paralip. c.* 5. *per tot.* qui illà præditi: *Scip. Gentil. lib.* 1. *de juriſdict. cap.* 5. & *lib.* 3. *cap.* 3. *Camerar. Centur.* 1. *horar. ſubciſiv. cap* 76. *Pancirol. in notit. imperii. lib.* 1. *cap.* 7. Ut (1.) Foris & militiæ Præfectum Prætorio, cujus inſigne, in veterum Autorum libris, agnoſcimus Carpentum ſeu tribunal, itemque gladium. *P. Faber, d. loc.* Sic Dio lib. 68. narrat: Trajanum, cum Suram Licinium, ad præfecturam prætorii, admoturus eſſet, gladium, quo ob dignitatem accingi eum oportebat, vaginâ eduxiſſe, ipſique porrectum, *accipe*, dixiſſe, *hunc gladium*, ut eo, ſi benè imperavero, pro me; ſin malè, in me utaris. Comparari huic ſolet hodiè in Galliis, *le Coneſtable*, ſummus totius Galliæ Equitum Magiſter, dictus quaſi Comes ſtabilis, (*Il Conte ſtabile,*) quòd eum Regi ſemper adſiſtere ex uſu rerum bellicarum expediat. *P. Jovius, lib.* 16. *hiſtor. ſui temporis, in fin p. m.* 960. Hic autem honor, ſecundum Regem, apud Gallos, facilè primus exiſtimatur: quoniam minores Equitum Magiſtri, qui in tota Gallia, omninò quatuor ſunt inſtituti, ipſius Comitis Stabilis edicto ac Imperio parēt.

le comte ſtable

Q Jovius

Jovius d.loc. Ubi & hoc porrò addit: Hujus dignitatis atque potestatiæ nomen proceribus invidiosum; Regibus suspectum esse. Talis olim, erat Romæ Tribunus Celerum, s. præfectus Equitum Expeditorum *q.d. des chevaux legers*: qui veluti secundum locum à Regibus obtinebat: exitialis utique Regibus; Junius enim Brutus, qui in hoc numero erat, Autor Regis ejiciendi fuit *l. 2. §. 15. de O. I.* Apud Turcos etiam Bassæ, (viri supremæ dignitatis,) gladio inter cæteros inaugurantur, quomodo idem Jovius *lib. 33. histor. sui temp. pag. 685.* memorat: Solymannum Hariodeno Archipiratæ famosissimo, Barbarossæ vulgò dicto, Bassarum Ordini adscripto, vexillum sceptrum, *gladiumque* de manu tradidisse, monito, ut insigni facinore edito, fidem præstaret. Sed ut ad priora revertamur: Legimus apud veteres gladio cinctum (2) Proconsulem, non quidem illum, qui provincias, populo ab Impp. relictas gubernabat: Eum enim jure gladii caruisse, ostendit Dio *lib. 3. & 53 v. Bachov. in comm. D. de offic. procons. & legat. p. 326.* Cum in provincias pacatas mitteretur, *Panciroll. 1. var. lect. cap. 10.* Sed, qui postea, ab Imperatoribus mittebatur *l. 6. D. de offic. proconf. l. 8. ff. eod.* (3.) Præsides varios, quibus jus gladii dabant Impp *uti d. θ. 4.*

6. Sic ex iis, qui domi & in urbe præerant, hoc jure Præfectum Urbi etiam gavisum esse constat, cum Imperium, *l. 1. §. 3. ff. de offic. præf. urb. l. fin. ff. de in jus vocat.* & proximum ab Imperatore locum obtinuerit: *Wesenbec. in Oecon. Cod. de offic. præf. urb.* § Neque tamen eò usque prolabamur, ut cum nonnullis, statuamus, præfectum Vigilum gladii potestatem habuisse, quòd ultimo supplicio servos affecisse legitur: *l. pen ff. de condict. caus. datâ.* Ob vilitatem enim personæ *Wesenbec. in parat. ff. de offic. præf. vigil.* digna ea res non est visa, quæ ad Præfectum urbi remitteretur, *arg. l. quæ adulterium. 29. Cod. ad L. Iul. de adult.* Sub quo ipso, præfectus vigilum fuit. *l. 1. C. de off. præf. urbi.* Utique posterioribus temporibus, de habitu, quo intra urbem, & extra castra, magistratum uti oporteret disertè cautum est, *in l. 1. C. Theod. sub tit. de habitu, quo uti oport. intr. urbem, lib. 14. tit. 10. collat. Guiliem. Forner. in not. ad Cassiodor. lib. 7. epist. 1. pag. 507.*

7. Et hi quidem magistratus cingulo utebantur, tantisper dum potestate pollerent: Ea autem deposita hautquaquam omnes

prærogá-

prærogativa iſta gaviſos fuiſſe, arguit. *l.ult. C. de præpoſ. S. cubic.12.5.* Ubi Viri Illuſtres præpoſiti cubiculi, qui poſt finitã militiam ſenatorio fuerant conſortio ſociati, pro magno beneficio obtinuêre, ut quoties ad aſpiciendos agros ſuos, vel ob aliã cauſam proficiſci vellent, cingulo uti poſſent. Unde plerique colligunt: Nobilioribus tantum viris hoplophoriam ſingulariter conceſſam fuiſſe. *Salmuht. lib.1. memorab. Pancirolli. tit.55. Tiraquell. de Nobil. cap.20. n.69.* Quanquam, ut quod res eſt fateamur, textus ille non de ſimplici gladio, aut ejus geſtatione agit; ſed de eo cingulo, quod poteſtatis erat inſigne *l. ſancimus.53. §.1.verſ.quoniam. C.de Epiſc.& Cler.v. Panciroll.d.lib.1.c.11.p.22.* Quo qui ex poſterioribus uti potuerint, partitè oſtendit *l.2. C.ut dignit.ordo ſervetur.12.8. Panciroll. d. l. Ioach. Stephani ad Novell.62.* Ad quos lectorem remiſiſſe, ne nimii ſimus, ſuffecerit.

8. Et hæc de Imperii Romani Magiſtratibus: Sanè, de privatis omnibus, indubitatum eſt, non licuiſſe iis, in urbe, armis ſ. telo temerè uti. *d.l.3. §.1. Ad L.Iul. de vi publ.* At enim, ubi gladii geſtandi jus, inter ornamenta hodiè haberi cœpit: frequentiſſimus & promiſcuus gladiorum geſtandorum uſus, in urbibus (*inprimis ſeptentrionalibus, v. Bodin.5.de Republ.cap.1.pag.516.*) inolevit, ſic ut vel omnibus paſſim geſtandi licentia uſurpetur: *Rectène, v. ap. Bodin. lib.4. de Repub. c.ult. p.487. verſ. Arma quoque. Carol. à Mansfeld. in magiſter. milit. tr.2. part.1.c.un.§.20.collatis, his quæ ſupr. de armorum poſſeßione diſputata, ſunt.* vel ſaltem ubi paſſim non licet, potioribus. Qui potiores igitur illi ſint, qui in urbibus geſtandorum gladiorum privilegio fruuntur, videamus: Nimirùm, alii poteſtatis privilegio; alii dignitatis prærogativâ; alii muneris neceſſitate, arma geſtare, poſſunt, in iis locis & urbibus, in quibus alioquin aliis arma geſtare, prohibitum eſt.

Ad modernos mores converſa diſputatio, ubi quidã arma geſtant.

Conf. huius cap.§.ult.

9. *Poteſtatis*, ergò ratione, armorum geſtandorum licentiam uſurpant hodiè quoque Magiſtratus, ii potiſſimùm, qui merum imperium habent, inprimis Civitatum Imperialium, qui ſuperioritatem territorialem obtinent, & hactenùs, ipſis principibus potiùs; quàm Magiſtratibus Romanis, comparandi veniunt. ¶ Cæterùm, quòd ad Magiſtratus *Civitatum Municipalium* & alios, quos ſuperiores illi, ad exemplum Principis Romani, in ſuis di-

(1.) Ob poteſtatem, Magiſtratus.

tionibus, creant, attinet illis hoc jus non consimiliter per se, & absque superioris concessione, tribuendum: nisi compertum sit, Ipsos etiam merum Imperium, quod fieri quandoq; solet, emtione, donatione, privilegio, consuetudine, præscriptione; (quamvis, jure Civili, ad eum modum, Jurisdictio præscriptibilis non sit, Obrecht. *de jurisdict. cap 4. n. 19.*) aut aliis modis, acquisitum habere, Matth. Stephani *de jurisdict. lib. 2 part. 2. cap. 2.* ¶ Decianus tamen *d. lib. 8. cap. 3. n. 46.* producit hoc etiam ad Magistratus, qui jurisdictionem aliquam habent: Unde est, quod infert *num. 44.* posse etiam Rectorem Scholarium arma ferre, eò quòd habeat Jurisdictionem, *ex Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Et si, per Edictum prohibitum sit scholaribus, arma portare, non comprændi Rectorem. Verùm *in fin. num. 46* Ipse fatetur, usu obtinere, ut tales Magistratus, *qui Iurisdictionem tantùm habent*, ab ordinariis Magistratibus, principem repræsentantibus, licentiam armorum gestandorum impetrent. Et Rectoribus in multis universitatibus, jus gladii, sive merum Imperium, quoque competit: *v. sup. p. 115.* cæteris sua dignitas, nisi professio repugnet, ornamentum cinguli facilè defendit.

Idem Romæ fieri testatur, Farinac. *q. 108. n. 103.*

corumq; officiales.

10. Quæ hactenùs, *de Magistratibus* dicta sunt, extendunt Dd. etiã ad illorum Ministros, *tàm digniores & extantiores*, ut Consiliarios, Legatos Assessores Oratores, & alios, quos dignitas etiam commendat; *quam inferiores* quibus officii ratione incumbit, ut armati compareant, de quibus *in fine hujus capiti.* Itaque & Curiales & Aulici, ex voluntate Dominorum suorum, gladiis accinguntur; quemadmodum ipsis alia etiam, propter ministerium Imperiale, concessa sunt *l. Nemo. 2. C. de vestib. holobar.* Decian. *d. cap. 3 n. 50. & 52.*

Q.

ubi quærit, An hoc etiam procedat in Curialibus, qui actu non inserviunt sed Codicillares tantùm sunt, i. e. per libellum & privilegium Principis, in ejus familiaritatem, sunt adsciti? Negatque, hos eo privilegio uti posse. Cui licet favere videatur *l. ult C. de præpos. s. cubicul. 12. 5* juxta communem explicationem, quâ constituitur emeritis vel codicillaribus, cinguli decus non competere; nisi dennò specialiter impetretur. Reverâ tamen, non de jure gladii gestandi; sed insigni, honoris & potestatis emblemate tractat, *ut suprà quoq; monuimus*: Et usus vocis Cinguli, latiùs etiam

extensus,

extensus, evincit. *l. ult. C. de appar. Magistr. 12. 55. ubi per praescriptionem cinguli, intelligitur Exceptio fori declinatoria, ob dignitatem vel potestatem. Monente Hottom. in Lexic. Iuris Civil. verb. Cingulum.* Consentit Cujac. *in comm. C. ad d. l. ult.* Itaque judicium Principis, & aulae consuetudinem hîc tutiùs subsequemur. *argum. l. disputare. 3. Cod. de crimin. sacrileg.*

11. Pergimus ad eos, qui extra officii, specificè sumti, considerationem, *dignitatis* causâ, arma gestare possunt. Et (1.) de personis, regali dignitate praeditis videamus. Enimverò, quo jure Duces, Principes, Comites, Barones, *Reinking. de regim. secul. & Eccl. lib. 1. class. 4 c. 16.* armorum gestationem usurpent, vel ex superioribus liquet. *conf. p. 78.* Neque audiendus est Decianus, qui *d. cap. 3. num 15. 16. & 17.* contrarium tenet, (1.) per universalem Negativam hujus *l. un.* (2.) per *l. ult. juncta gl. in verb. Cingulo. C. de praepos. sacr. cubic. lib. 12.* ubi inquit, Nobilibus tantùm arma ferre permittitur, dum proficiscuntur; ergò non licet. Namque, ut de genuina *d. l. ult.* sententia, otiosè nihil repetamus. ista omnia, ex ratione status moderni, in Imperio Romano, aliter se habere dignoscuntur, per ea, quae hactenùs proposita sunt. Quanquam facilè credamus referenti, in regno Siciliae, nec Barones, nec Comites, qui non ipso actu milites sunt, arma ferre posse: de qua, utpote imperio ademtâ, (vid. Crus. *Annal. Suevicor. lib. 2. part. 3. cap. 19.* Munster. *in Cosmograph. de Italia, cap. 73*) in praesentiarum non erimus soliciti. Similis prohibitio armorum certi generis, etiam legitur *in Cod. Henric. lib. 8. tit. 7. l. 0. pag. 232. ibi* Avons inhibé, prohibé, interdit & defendu, inhibons. prohibons, interdisons & defendons generalement. par tout nostre Royaume à tous nos subiects, *de quelque qualité, estat, degre & condition* qu ils soient, ou puissent estre, *tout port.* usage & exercice d'arquebuses, petrinats, pistolets, & autres bastons à feu &c. De Italia & Hispania, idem testatur cum aliis Bodinus *d. cap. ult. lib. 4.* Septentrionales & montanos Helvetios tales prohibitiones non laturos, confessus, *cap. 1. lib. 5 pag. 516.* (2.) Succedunt Equites, qui cum armis investiantur, Decian. *dict. cap. 3. n. 40.* & gladio, ceu militiae insigni cingantur, non solùm in testimonium operae, hactenùs strenuè navatae; sed & incitamenti causâ, ad rem, imposterùm fortiter gerendam, arma circum-

(1.) Quidam ob dignitatem, ortam ex virtute vel militari.

S. M. Steph. discurs. Academ. 4. pag. 24.

circumferunt. Decian. *ibid. n.42.* (3.) *Nobilibus*, idem Decian. cum pluribus aliis, armorum gestationem, non nisi cum permissione principis, licitam esse, statuit; *vid. Dd. communiter, in §. si quis rusticus.2. F.2. Farinac. tr.cr. quæst.*108. *n.25. pag.*589. *ibi: Amplia.7. in nobilibus, quibus etiam est prohibitus armorum usus, per d. l.un. Additque in f.d.n.25. Hanc ampliationẽ in territorio Papæ nullam habere difficultatem, stantibus Apostolicis constitutionibus* & respectivè bannimentis urbis, & status Ecclesiastici, volentibus, à pœna delationis armorum, non excusare quamlibet nobilitatem. Quod vel ex ea ratione revellitur & redarguitur; quoniam & Nobiles nostri, milites sunt atque vasalli, quos ex suprà dictis, & mox uberius dicendis, semper promptos cum armis suis esse debere, constat. *Guid. Pap. decis.384. in addit. lit. B. Bon. de Curtil. tr. Nobilit. part.3. n.58.* Hinc vocantur die Ritterschafft/ quòd ante ducentos, ac quod excurrit, annos, soli ferè Nobiles, in Germania & Italia, & maxima pars, equis militarent. Dn. Lans. *de ordin Equestr. θ.1. in fin.* Immò, etiamnùm periclitanti superiori, equis & armis succurrere tenentur. P. Bellin. *de re milit. part.2. tit.3.* Ita Phil Honorius, *relat. de regn. Gallico*, commemorat, etiam in Gallia Nobilibus licere esse armatis, (*saltem gladio, ne obstent relata n. 1.*) quoquo loco; & usum armorum proprium esse Nobilitati, Cl. Sesellius, *de Regn. Gall. lib.1.* Quia cæterà immunes, solùm Regi in bello operam præstent. Thesaur. Polit. *part.1. relat. de Francia. fol.*172. ¶ Propter eandem causam, *ne Nobiles unquam, armis carere cogantur*, sancitum est, jure Saxonico, ut maribus heredibus arma, & quæ horsum pertinent, res expeditoriæ, communi nomine vocatæ, das Heergewette/ præcipuæ assignentur & relinquantur. Wesenbec. *parat. ff. de supellect. legat. num.4.* licet Menoch. 4. *præsumpt.160. n.22.* arma, jure civili, in supellectili esse, neget: per *l. supellectili.3. §. preterea.2. D. de supellectil. legat.*

Vel togatà. 12. Et his quidem dignitatem conciliat virtus militaris, tanquam fundamentum, & generis prærogativa, tanquam tradux ejus & propago: [Neque tamen ideo excluserim novos nobiles, qui sua se virtute ultra vulgi subsellia provexêre, cum pro nobilitate virtute comparata, multæ rationes militent, quas facundè edisserit Autor *du Catechisme Royal, imprime à Paris l'An.1645. pag.46. & seqq.*

& seqq ibi: Nous voyons souuent, cette Noblesse naissante, qui s'est faict elle-mesme par sa propre vertu, ressembler à ces maisons neufues, dont les avenues sont belles & bien allignees, & dont la veüe & la demeure est plus riante & plus commode que celle de ces vieux chasteaux negligez, qui sentent le rance & le reclus, & qui sont decheus auec le temps par la faineantise des possesseurs de cette premiere beaute qu'ils avoient &c.] Sed & ob dignitaté, *virtute civili* partam aliqui, hoc honorum insigni, utuntur: uti (1) Doctores juris, *C. A ad l. Iul. de vi publ. §. 3. & allegati ibid. arg. l. ult. C. de præpos. S. cubic lib. 12.* (*Quo argumento utuntur Dn. Limnæus, lib. 8. Iur. pub. c. 8. n. 119 Dn. Walther. de privileg. Dd. cap. 15. quæst. 62. p. 282. Neque tamen directò, ex illo textu assertionem hanc probari, contenderim, propter ea, quæ jam semel iterumque, de genuina illius loci sententia, monuimus*) qui passim Nobilibus æquiparantur; vide præter alia, *l. providendum 7. & ibi.* Pacium, *in analys. C. de postul.* & sine speciali Imperatoris permissu, alia Nobilium insignia usurpant, *per vulgatissima. vide Nolden d. tract. de stat Nobil. §. 38.* Ideoque ab officialibus non debent excuti, aut requiri & explorari utrum arma gerant. *post gl. in l. Medicos. Barth. Ioh. à Platea Rebuf. & al. C. de Profess. & Medic. Iacob. Benius de privilegiis Iurisconsultorum part. 2. cap. 45.* Quo sensu forsan & respectu accipiendum erit, quod Andr. de Isern (teste Luc. de penn, in *l. 1. C. de professor qui in urbe Constantinop.*) militares viros, generaliùs definire ausus est, qui deferunt signa militaria, jussu Principis; ut sunt, *Doctores Legum*, qui deferunt calcaria deaurata. Potest etiam videri inde nata consuetudo, nonnullarum Academiarum ubi Doctores, vel in ipsa promotione, gladiis accinguntur, vel iisdem accincti, promoventur. (2.) Sicut autem Athletæ tribus coronis more Græciæ antiquo, olim insigniri debebant: *verba sunt Alciati, ad l. cui præcipua. 57. n. 3. & 4 ff. de verb. signif.* Ita in agone literario, tres sunt distincti gradus: Primus *Baccalaureorum*, qui à bacca laurea, nomen sumsisse videtur, scholastico ordini proximior, quàm Doctorum; Secundus, ad eos pertinet, qui nondum insignia suscepere, electi tamen, auctoratique sunt, qui *Licentiati* dicuntur; Hi, quia in actibus, maximè favorabilibus, doctorum loco habentur: *arg. l. pen ff. de Testam. milit.* præter allegatos à Nolden. *d. tr. §. 37.* Matth. Stephan. *lib. 3. de jurisdict. part. 2. cap. 14. n. 95.*

Ideò

Ideò & istam facultatem haut dubiè habent: Et in nonnullis Academiis, quando inauguralem diputationem sustinent, gladio primùm præcinguntur: quòd jam personis graduatis, quas vocant, accenseantur.

Graduirte Personen unde dicantur.

[Solent nimirum Honores literarii, per metaphoram quandam, *gradus* appellari. Quemadmodum enim scalarum gradus ita sunt dispositi, ut alii, supremum; alii medium, alii imum locum occupent: Sic quoque cum Academiarum gradibus, comparatum est, ut quidam sint *summi*, (Doctores,) nonnulli *medii*, (Licentiati) alii *infimi*, (Candidati,) Rursus, ut qui ad summum scalæ gradum contendunt, eò pervenire non possunt, nisi gradus conscenderint intermedios: ita, qui ad Doctoratum, gradum literarum supremum, adspirant, ad illum commodè pertingere nequeunt, nisi priùs, per inferiores, adscenderint, *inquit Nobiliss. Dn. D. Sebizius, in program. inaugur. 23. Februarii 1646. scripto*]

M. Steph. 2. disput. Acad. 2.

Dissentienti Tiraquello, *c ıp.20. de Nobil num.69. & seqq. Menoch & aliis*, satisfacere nititur Dn. Walther. *d.loc.* Nos ad eam, quam Tiraquel. primo loc objicit, *l.un.C.ut armor.usus.* respondemus: Eam principaliter, de armorum gestatione, non loqui, sed de militum, aut aliorum hominum armatorum coadunatione: vel etiam, de gestatione armorum tumultuariâ & temerariâ, non de causariâ & honorariâ. Minùs officit. *l.ult. C.de prepos. S. subicul.* præterquam enim, quòd ea de diverso planè subjecto agit, Cinguli quoque gestatio, *ut modò indicabamus*, aliorsum pertinet.

13. Maximè verò (3.) Civilis hæc & togata virtus commendat, ad honorum decoramenta, eos Doctores & Licentiatos, *qui publicæ professionis munera sustinent*, inprimis eos, qui jura docent. *l.6.C.de profess. & Medic.* [cui vocabula, (Legum Doctorum) ideò à Triboniano inserta sunt: quia olim tantùm Romæ jura docebantur. *l.6 § Legum. v.Doctores.12. de excusat.* postea etiam Berythi. *v.tract de Metat.pag.200. θ.3.*] Cum illi, licet juniores, præferantur Doctoribus aliis, licet senioribus & qui per 20 annos, publicè docuerunt, illustribus annumerentur: *vide Bartol. in rubr.proœm. D.n.5. Ias. in l.1.num.12. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. t.t. Cod. de Professor. qui in urb. Constantinop. ubi Cuiac. Arum.3.discurs. Academ.18. θ.29. Sagittar. de Comitib. Palatin. θ.6. & 7. B. Wesenbec.1. consil.40.n.50. Limnæus.8. de Iur. publ. cap.3. pag.m.35.n.41. Mund. de Comitib. Palatin.*

Latin. cap.3. n.220. Crull. in collation. pristini & moderni Academ. Statûs. ubi scommata quæ in hunc ordinem spargi solent, inprimis ab his qui cum Aulico-politici videri velint, omne artificium in simulando & mentiendo collocant, & Academicos, nefariis istis artibus prorsus infestos, rebus gerẽdis ideò ineptos pronunciant; animosè redarguit. n.23. & seqq. Porro non minus etiam hac prærogativa gaudent (4.) Consiliarii & Adsessores Principum: Cum enim pars corporis principalis censeantur, *l. quisquis.5. C.ad L.Iul. Majest.* Patresque & amici Principum, *§. filiusfamilias 4. Instit.quib.mod. patr.potest.solvit. l si post.4. C. de jur. & fact. ignor.* meritò omnibus honorum ornamentis coruscant. (5.) Cum Consiliariis Principum, in privilegiis comparari solent Advocati & Procuratores Principum, majorumque Curiarum, *Peck.de jur.sistend. cap.5. n.81. per l. Advocati.14. C.de advocat. divers. judic.* 1. Quanquam autem cæteris quoque minorum Gentium Procuratoribus & Notariis, in hac dignitatis controversia, παραδόξως patrocinium præstet Ant. Faber *in Codice suo, lib.9. tit.29. definit.4. & 5.* Ejus tamen Autoritas nos permovere non debet, ut, à Communi sententia, divortium faciamus. *Vide saltem Wesenbec. in parat. D. de Procurat. num.10.*

14. Restant (6.) *Medici Principum*, quibus itidem hanc facultatem competere, non dubitamus, siquidem dignitatem habent, *Ant. Fab. d. tit.29. definit.11.* qui tamẽ *definit.9.* Cæteros Medicos, utcunque publici Professores & Lectores sint, sive aliàs, curandis tantùm morbis vacent, nec Nobiles esse, (ubi ipsum sequitur Nolden, *d. tr.thes.42.*) nec ullâ dignitate præditos, satis fidenter, judicat: *post gl. in rubr. C. de Professor. & Medicis.* Congruunt, quæ leguntur, apud Foppium ab Aezema 1. *dissertat.cap.2. (quod sic incipit: Verum est, primis seculis, ignoratam fuisse, Medicinam; quibus tamen fortunatissimè, vixerunt homines. Quæ verba reddi possunt, Medico Gonopolitano, de O. I. G. cap.34. ex suo Hippolitho lapideo, sic loquenti: sine legib. & Iure consultis, videntur Germanicæ gentes, haut infeliciter vixisse.) Magon. de præced. Causidic. Agrip. ab Nettesheim, serm. de Medicis & Medicina.* Unde, consequenter, & armorum gestandorum facultas, ipsis intercideret. Verùm ego istam sententiam, meam facere nolim: *propter textum l.1. §.1. de var. & extraord. cognit. l.6. & t.t. C. de Profess. & Medic. aliasque rationes, quas videre licet, apud Roland. à Vall.*

3 conſil.67 n 8. Cephal.1 conſ.117. n.23. Sinibald. Vbald.de Nobilit. axiom. 51.& duob ſeqq. Simanc. lib.1. de Republ. cap.10. Extremò (7) *Philoſophi.* gladiorum geſtationem non adfectant, cum hoc deſiderium, à profeſſione illorum, diſcrepet: *l. Profeßio.6. C.de munerib patrim.* Honorum enim contemtores ſunt, & ab his rebus alieni. *l. ſi duas. 6. §.7. & 8. D.de excuſat. tutor. l.reddatur.1. in fin. C. de profeſſ. & Medicis. Eunap in vit. Philoſoph.* Pallium enim olim, in primis apud Græcos, proprium erat τῶν φιλοσόφων σχῆμα: *Autor mantißæ ad Tertull. de pallio pag 145.& 149.* Nec Poëtæ prærogativa aliqua juvantut *l 3. C.de Profeſſor. & Medic.* quam expoſui tr. de Metatis p.205. θ.8. Adhib. D Mundius, *in præfat. tr. de Comitib. Palatin.* (Qui *d l.3.* non de Poëtis artem facientibus, aut profitentibus, *uti inſcriptio* requirit; ſed de verſificatoribus & Ludionibus exponit: De quibus Satyricus ille Gallorum nequiſſimus, Francio *lib.6.pag.432.* c'eſt un grand avantage pour la Poëſie, que d'eſtre fou) Rectius fortè D. Arumæus *tr de comitiis cap 6. n.75.* ex ipſis textus verbis, mitiorem interpretationem eruere ſatagit, ſtatuitque, Poetas egregios non excludi prorſus ab omni immunitate: ſed à prærogativa, quam, Illi, favore & ſuffragiis aulæ fortè ſubnixi, præ cæteris etiam, in privilegiis immunitatum affectabant.

15. Spectavimus eos, qui, in dignitate aliquâ ex virtute togata comparatâ, conſtituti ſunt; ſequuntur illi, qui per gradus, honorum culmina petunt, *Studioſi*, qui ſunt, vel Veterani; vel recentiores. Veterani, vel adhuc in Muſarum caſtris degunt; vel alibi extra Academias, commorantur. Si *in Academiis adhuc vivant*, meritò ad juſſum Magnifici Rectoris, ſeſe componunt. De Academia Lutetiana. *v.lib 11. Cod.Henriciam. tit.3. conſtit.11.* de aliis Univerſitatib. Limnæum, *lib.8. de jur. publ.cap.6 n.105.* Et ſanè graviſſimi viri, prudenter arbitrantur, Magiſtratum, non ſine magna ratione, armorum promiſcuam geſtationem, juventuti interdicere. *vid. Paul. Iovium: lib.25. hiſtoriar. ſui temporis, pag. 1186. ubi ſcribit: juventutem, per ſe, audacem & effrenem, impetratâ armorum gerendorum licentiâ, fervidiorem atque inſolentiorem effici. junct. Limnæo d. n. 105. ubi docet alibi geſtationem eam, inter inſignia & ornamenta, admitti; alibi verò, periculi vitandi cauſa, prohiberi.* Quod ſi Magnificus Rector, ex conſilio Senatus Academici, geſtationem armorum interdicat,

dicat, Cordati cives, ab armorum geſtatione meritò abſtinent. Tale interdictum, etiam apud Nos, olim fuit promulgatum, hiſce verbis: Zum zehenden / ſo ſollen auch alle Studioſi, keine Gewehr / noch Dägen / oder wie die ſonſt genännt werden möchten / antragen: Sonderlich aber / denen in Claſſibus, Dolchen zu tragen (allerhand darauß beſorgendem Vnrath fürzukommen) allerdings inhibiret vnd verbotten ſein: vnd ſolches auch / bey der Straff / fünff Schilling Pfenning / die ein jeglicher / ſo dieſem vnſerm Statuto zu wieder / Gewehr / oder Dolchen tragen / ſo offt er ſchuldig befunden wird / vns ohne ainige Nachlaß / abrichten vnd bezahlen ſoll ꝛc. *Conſ. ſup. pag. 97.* Inprimis verò interdicta ejuſmodi, in iis neceſſaria ſunt Academiis, in quibus, ob contractiorem opidi ambitum, civiumque raritatem, metus eſt, ne, ſi arma ſtudioſis permittantur, tumultus, fortuitò excitatus, difficulter ſedari poſſit. Qua de re, tùm alibi ſæpiùs; tùm in Academia Jenenſi, 24. Jul. anno 1625. ita cautum fuit: *Non, ſine juſta indignatione, redintegrari videmus publicam armorum geſtationem, quæ olim, in pacata Repub. & maximè quidem Scholaſticâ, infrequens erat, & maximè inſolens; præſertim, ſi & hoc impudentiæ accedat, ut abjectis palliis, per vias publicas, Thraſones illi, diſcurrere ſibi licere, nullâ verecundiæ & pudoris habitâ ratione, putent. Hos igitur, ut aut ſua recipiant pallia, & quævis deponant arma; aut, ſi nobis morem gerere non velint, neque noſtris ſe attemperare legibus, in malam rem abeant, jubemus! Satiùs eſt, pauculos habere ſtudioſos frugi, & modeſtos, quàm plures efferatos & indomitos, à quibus nihil honeſti expectandum.* Etiam in noſtrate hac Academiâ, ſimile programma denuò affixum fuit, Ann. 1629. & in immorigeros armigerulos, argutè, eo tempore, luſit Mercurius, in pallio exulante: pag. 17. 18. & paſſim. A prohibitione tamen ejuſmodi, ſpeciale indultum Magiſtratûs ſuperioris liberat, *per notiſsima.* Quam in rem, facetam hiſtoriam recenſet Decian. *d. lib.* 8. *cap.* 2. *in fin.* Quòd, cum aliquando, à poteſtate Patavii, adoleſcens ſcholaris, impetrare cuperet licentiam arma ferendi, non obſtantibus Edictis gravi pœnâ communitis, denique præſes annuerit hâc lege, ſi ſtudioſus non alio armorum genere uteretur, quàm quod præſes ipſi definiturus eſſet: promittente juvene juſſiſſe præſidé, ne ullum aliud armorum genus, præter bombardam colobrinam portaret, iſtoq; ſarcaſmate, impotens adoleſcentis deſiderium eluſiſſe.

Quam historiam etiam refert Dn. Limnæus d. cap. 6. n. 107. Addit tamen Decianus, se intercessore, studioso illi, hanc facultatem tandem concessam; licet ea multis aliis fuisset denegata.

16. Quod si nihil interdictum reperiatur, tacitâ consuetudine, armorum gestationem passim invalescere videmus: deque ea consuetudine testatur *C. I. A. ad L. Iul. de vi publ. θ. 3.* [*ubi sanè, ante allegata ponendum videtur, verbum*, malè: Nam Aristot. 8. *polit.* 4. taxat nimium artis pugillatoriæ usum in princ. & paulò post med. inquit: οἱ δὲ λίαν εἰς ταῦτα ἀνέντες τοὺς παῖδας, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπαιδαγώγους ποιήσαντες, βαναύσους κατεργάζονται. Gellius verò, *ibi allegatus*, 10. N. *A.* 28. de ætatum, pueritiæ, juventæ, senectæ finibus tractat: & hoc tantùm ait ex Tuberone: Servium Tullium, Regem Pop. Romani, adolescentes ab ann. 17. quos idoneos jam esse Reipubl arbitraretur, milites scripsisse. *v. Limnæum d. lib. 8. cap. 6. n. 92.* Nisi malis C. A. excusare eâ ratione: quod hac ætate adolescentes in militiam recipi soleant & arma tractare posse putentur. Quemadmodum Aristot. d. loc. determinat scribens: usq; ad pubertatem leviores exercitationes esse adhibendas: post pubertaté tribus annis ad alia perdiscenda: & tùm (hoc est 18. anno) gravioribus eos laboribus occupandos esse. Certè qui adolescentes in exercitia palæstrica nimis intendunt, & in necessariis absque disciplina dimittunt, judicio Philosophi efficiunt eos βαναύσους illiberales & sordidos.] Cæterùm qualicunque hoc jure suffultus, ita nonnemo contra Antagonistam suum scribit: Gladio accinctus incedo, cum lubet; *habent hunc morem Academiæ*, eo me instruxerunt, hunc etiamnum retineo. Ibi, verè studiosis, gladium gestare, non sine ratione, est concessum; putativis verò, vitæ, eruditionisque minùs probatæ, ut sunt fuci illi, qui nec studiorum, nec armorum usum nôrunt, prohibitum. S. Sp. *in destr.* F. D M. ¶ Planè, utcunque armorum gestatio, in aliqua Academia, sit interdicta; non tamen numerari solent primi dies, quibus quis circumspicit, de loci opportunitate, & deliberat de mansione, ut adhuc pro itinerante, *uti Dd. loquuntur*, sive iter faciente *v. Voss lib. 4. de vit. serm. cap. XI. pag.* 107. possit haberi. Nocturno etiam tempore, arma plerumque impunè geruntur; cum ob fortuitos potiùs casus, quàm contumaciter, gestari præsumantur. *l. 10. & l. pen. §. fin. D. ad L. Iul.*

Plin. Paneg. cap. 13. num. 5.

de vi publ. Quâ ratione defendi quadantenus posse videtur consuetudo quarundam Academiarũ, ubi digladiationes diurnæ, quæ provocatione mutuâ, ante portas urbium, fiunt, gravius puniuntur; quàm nocturnæ: Hæ enim fortuito; illæ ex προαιρέσει, instituuntur: utut hic pronunciandi mos, improbetur Gumpelzhaimero *de exerc. Academ. part. 3. sect. 3. θ. 16. & 17.* Nec obstat, quòd aliàs delicta nocturna, atrociora existimantur diurnis: *per notata in thes. Iurispr. lib. 12. cap. 25. pag. 173. §. 1.* Nos enim de delicto, formaliter constituendo; non, de adjuncto delicti, jam constituti, tractamus.

17. *Extra Academiarum Pomœria* positi, studiosi *Veterani*, subsistunt in loco alio, vel animo domicilium figendi: & hactenùs, armorum gestationem ipsis permittendam esse, duxerim; nisi statutum Cives indifferẽter omnes, *disarmatos*, uti loquuntur, sive inermes, esse jubeat: Censentur enim *tùm* privilegiis Academicis renunciasse eo ipso, dum se alienæ jurisdictioni subjiciunt; *vid. infr. part. 2. cap. ult.* Vel animum istum non habent; & hos, pacatè & decorè viventes, ceu florentissimos honorum alumnos, mos Germaniæ, non arcet, ab hoc honoris auctoramento *argum. l. postlim. 5. § fin. De capt. & postlim. revers. Lucas de penna, ad l. hac lege. 2. C. de privileg. scholar.* ¶ Hinc, ut accepimus, nonnullibi statuto studiosis, in patriam, visitandorum amicorum, aut negotiorum suorum gratiâ, revertentibus, provisum est, ut juxtà ac Doctores juris, gladio accincti, incedere possint. Quod tamen Luc. de Penna *ibid.* limitat, ut his, & similibus privilegiis, studiosi gaudeant, si non otiosi in patria, aut alibi, vagentur: per *l qui mittuntur. 35. in fin. ibi: dum domi sit. l. si cui. 35. § tamdiu. 1. D. ex quib. caus. major.* Addo, dummodò pacatè se gerant, quod in dubio, facturi præsumuntur, *c. dudum. ult. ibi. cum scholaris primâ facie præsumatur idoneus. de præsumt. l. fin. C. ad L. Iul. repetund.* aliàs privilegiis suis cadunt, per dicenda *cap. fin.* & sub illo Præside respondere coguntur, in cujus provincia deliquerunt. Habent equidem privilegium fori seu judicis; sed non loci, *uti distinguit Lucas de Penna:* Hoc est, quando in Universitatibus, aut quatenus earum districtus pertingit, commorantur, coram alio, quàm suo Magistratu, conveniri nequeunt: Sed cum in alio loco peccant, revocare eò non possunt: *l. omnem. 20. l. argentarium. 45. D. de jud.* quam Doctrinam *idem*, notandam esse,

ait, licet eam habeant pro malo, (ita loquitur) fatui ſcholares, qui inconſideratè quidvis, in locis extra Academias, privilegiorum ſuorum favore, ſibi licere arbitrantur.

Q. 18. Illud hoc loco quæri ſolet: An & ſtudioſus, qui per quinquennium, ab Academiis abfuit, hoc jus uſurpare poſſit? Quod negandum videtur, ex eo, quod in genere ſcholarium privilegia, poſt hoc tempus, expirent: *vid. Bald. ad Auth.habita.num.25. ibique Cupenerum. Rebuff. privileg.33. D.Becht.tr. de ſecurit. & ſalvo.conductu.θ.235.med.fac.l.2.verſ. qui verò per quinquennium integrum ſe præſentare ceſſaverint.* C. *de primicerio.* 12.7.*l.*3. *ubi domeſticus principis, qui per quinquennium fuerit divagatus, cingulo privatur.* C.*de domeſt.& protect.* Licet enim textus iſti non nominatim de ſtudioſis loquantur: *quod diſſentiens Hunnius Dd. objicit: tr. de privileg.ſtudioſ. quæſt.ult. pag.*175. argumentum tamen à palatina militia, ad reliquam literatam rectè ducitur, etiam in hac abſentiæ materia. *l.ult. ibi: ſancimus itaque talem legem etiam in perſona eorum valere: ut ſi ultra quinquennium, vel cum commeatu abfuerint, nomen eorum de matricula penitus aboleatur.* C. *de Advoc.2.juncta l.quicunque.*2. C. *de commeatu.*12.43. *quam intelligere debes apud Dn.Limneaum lib.*8. *de jure publ. c.*9. *n.ult.*] Aut ſtudiorum cauſa ſe peregrinatum fuiſſe probet: *quomodo ſententiam Hunnii, & oppoſitionem Auth. habita: demum admittimus*: niſi elapſo quinquennio, denuò nomen ſuum matriculæ inſeri petierit, ubi privilegia hæc reviviſcunt. Id. *Rebuff. de privileg. Scholar. privil.*147.*n.*5. *Cothman.reſp. Acad.*14.*num.*23. Aut, niſi dignitas, & vera eruditio, ipſum ita commendet, ut Docturæ etiam honores mereri videatur, atque ſicilicò cingendus, pro cincto jam, hâc parte, haberi poſſit. Vide ſi lubet, quæ poſt Neviz. & Pacian. de Doctorellis, ſeu *Doctoribus miſericordiæ*, uti vocant, habet Rutger. Ruland. *de commiſſar. part.*1. *lib.*1. *cap.*14. *n.*7.

19. Quod recentiores, & qui rudes, ad recitationes perveniunt, (uti loquitur Imperat. *in conſtit. omnem.* § *illud.*9. *de Method. jur.* Cujac.6. *obſerv.*13.) attinet, qui cum unum, aut alterum menſem, ægrè in Academiis vixerunt, Vacunæ & Baccho potiùs; quàm Muſis, operati, in patinis potiùs & pateris; quàm paginis, verſati: licet noctes atque dies, gladiorum geſtationem ſomnient, *Colleg. Argent. d. l.ad l.Iul. de vi publ.θ.*3.*n.*4. ab his abſtinere, ſatiùs

foret,

foret, cum ridiculum ſit, eum, qui heri novus erat homo, hodiè in periſtyliis, gladio ſuffarcinatum obambulare. *arg. l. prætor. 7. §. præterea. 2. D. de injur.* per habitum enim homines à ſe invicem, dignoſci debent, velut Archiepiſcopus, per pallium, *c. ad honores. extr. de uſu pallii.* ſervus à liberto, *l. 1. § ſed & qui. 5. C. de latin. libert. toll.* Novitius à profeſſo, *c. pen. extr. de regular.* diſcernitur. *Lucas de Penna, ad d. l. 3. C. de Fabricenſ. n. 7.* Neque tamen ideò probamus juniorum exagitationes, & ut vulgò vocant, pennaliſationes, *Dn. Limnæus lib. 8. jur. publ. cap. 6. n. 20.* quas omni jure novimus eſſe prohibitas. *conſt. omnem. proœm. D. de rat. & method. jur. docend. ad anteceſſ. §. 1. illud verò. 9. ubi Imp. tales ludos vocat indignos (nomine & ordine ſtudioſorum) immò, peſſimos & ſerviles, quorum effectus ſit injuria. Canon. 71. concil. general. in Trullo.* Sed, ut juniores à laſcivia & petulantia, in quam cuſtode Gymnaſii remoto, proniores ſunt, abſterreantur. *juxt. l. ult. ibi: Tirones in ſcholis, loco ſemper poſteriore ponantur, nec enim patimur, quenquam celſiorem gradum obtinere: niſi cui & laborum adſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas, ſuffragantur. C. de tironib. arg. à militia armata, ad togatam, perquàm probabili. v. Barboſ. loc. argum. 71.* ¶ De ſtudioſorum famulis, (de quibus aliàs etiam, in materia horum privilegiorum, quæri ſolet, *v. Limnæum lib. 8. de iur. publ. cap. 10. n. 18.*) dicere ſupervacaneum eſt, cum aliud ſit in privilegiis, quæ dignitatem; aliudq; in iis, quæ ſecuritatem, reſpiciunt: ut in his; non item in illis, miniſtri dominorum beneficiis fruantur. vide *Hunnium d. tr. de privileg. ſtudioſ. c. 2. quæſt. 8. pac. d. l. ad Auth. Habita cap. 4. n. 15.* P. Frider. *de continent. cauſ. cap. 19. n. 12. Conf. dicta pag. 79. θ. 16.* Et neſcio ſanè, An de poſteriore tantùm iſto hominum genere; an de utroque, ſenſerit Præclariſſ. Dn. Berneggerus, p. m. quando *in qq. miſcell. ad German. Taciti, q. 66.* ſic ſcribit: Minùs probandum illud videtur, quod hodiè nonnunquam cernimus, pænè pueros, autoritate propriâ, μαχαιροφόρους fieri, & accingi gladio; quorum quidem lateri, ſeu mavis tergori, faſces illi; ſed ſine ſecuribus, multò hærerent aptius. Inclutus Magiſtratus hujus Reipubl. ſuperioribus menſibus, laudabilem in modum de ea re, cavit, in programmate, provocationibus oppoſito, quod ſuo loco referetur.

20. Cæterũ hactenùs propoſitis objicit Menoch. *de A. I. Q. caſ. 394. n.*

*num.*80. Codices & Leges, Doctorum arma esse, non gladios: Et Benius *part.*2. *de privileg. Iureconſ. privileg.*45. *n.*3. laudabilius ait esse Doctoribus, si legibus & codicibus armorum loco utantur: cum ut clericorum arma sunt breviarium & lacrymæ. *can. convenior.*23. *q.*8. ita literatorum arma debeant esse liberi: *uti dixerit Pute. de re milit.* quomodo & tota hæc militia doctorum legalis atque inermis vocetur. *l. advocati.*14. *De advocatis.*1. Ex qua traditione fortè manavit praxis apud Italos, assertoribus istis planè adversaria: de qua Farinac. *quæst.*108. *n.*96. testatus, se ante paucos annos vidisse tortum quendam Doctorem medicum, pro delatione armorum de nocte. (Ita ille loquitur) Ast, cum non una hodiè, armorum gestandorum causa sit, *uti suprà in protheor. & hoc tr. ſæpè dictum*; ideò licet eruditi non primariò, defensionis causâ, arma gestent, (ne alioquin illi, qui ætate decrepitâ, & depontani sunt, sannas mereri videantur, quemadmodum Galbam Imp. irrisum, Dio Cassius *lib.*64. refert, quòd, in itinere, gladio accinctus fuisset, homo senex & imbecillis) adeò, ut nec à militibus provocari, nec provocati, comparere, nisi & ipsi Nobiles sint, teneantur: cum armiger, Doctorem, ad duellum, provocans, æquè sit absurdus, ac si hic illum, ad disputandum, provocaret, *uti ſcribit Paris de puteo. tr. de re milit. lib.*9. *q.*5. *& ſeqq.* Ex quo tamen dignitatis etiam testimonia, arma facta sunt, ut honos gladii, in cingulo militari portetur, *Ioh. Saresberg. lib.*6. *pol. cap.*13. non injuriâ ipsi etiam cæterorum honoratorum ornamentis utuntur: *l. hâc lege.*2. *ibi*: *Tam Cingulo; quàm privilegiis omnibus.* C. *de privileg. Scholar.* præsertim, cum generaliter jam dudum, publicis Imperii SCtis, decretum sit; Doctores, eodem quo Nobiles, habitu posse, cum uxoribus & liberis suis, incedere; immò, aliquantò uberiori. Recess. Imp. de Anno 1500. tit. von vberflüssigkeit der Kleyder. ibi: Die vom Adel/ so nicht Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Gold/ noch Perlen/ offentlich tragen. Utique opposita *l.*14. C. *de Advocat.*1. de usu in actu exercito & bellico, vi oppositionis attenta, manifestè deprehenditur concepta fuisse. Adeoque observatio Farinacii contraria, vel damnanda venit, prout ipse facit, *in verbis: & malè quidem, ni fallor:* vel specialibus legum municipalium prohibitionibus veniet imputanda.

21. Et hæc de iis, qui vel potestatis, vel dignitatis causâ

conf.

*conf. dicta de Exarmatione. cap.*4. §.7. potiſſimùm armis utuntur, dixiſſe, ſufficiat: ſequuntur ii, qui, *muneris neceßitate*, ad id obſtringuntur, idque non tantùm moribus hodiernis; ſed etiam veteri jure Romano, nempe *Milites*, qui non inviti ſuperiores ſubſequentur, cum & illi quadantenùs milites ſint, ſcilicet militiæ Civilis, togatæ & literatæ. *l.*2. C. *de privileg. Scholar. lib.*12. Milites dicuntur non tantùm ii, qui in militari matriculâ, autoritate principis, ſcripti, & publico ſigno vocati, militiæ ſacramento ſeſe obſtrinxerunt enſeque cincti ſunt; *t. t. D. de re milit.* ubi Colleg. Arg. θ.3. ſed & qui in ea conditione ſunt, ut ſemper in procinctu eſſe, & ſuperiori, in bello ſuccurrere, cogantur. Quo ſenſu, in jure Feudali, Vaſalli paſſim *milites* dicuntur. Sunt autem, in genere, milites, vel eminentiores, puta Equites variorum ordinum, & præfecti militum, per cohortes, turmas, phalanges: quorum alios vocant Capitaneos, alios Colonellos, (*de cujus vocis notabili origine, v. P. Iovium, lib* 27. *Hiſtor. p.*322. *ibi: Acciverat Aurantius fortißimos Italicæ diſciplinæ proceres; quos ob id, quod plures ſecum traherent cohortes, vulgò* Colonellos *appellabat*) vel inferiores, *vide, poſt plures, Dan. Otton. cap.*19. *Iuris publici. p.m.*472. Omnes iſti non tantùm dignitatis, veluti Eminentiores; ſed neceſſitatis causâ, arma geſtare dicuntur: Nov.17. *cap. fin.* Eum enim in finem, cingi milites, apud Romanos in uſu fuit: *l. Titius.*25. *l. quod dicitur.*38. *l. filiusfamiliâs.*43. & ibi Dn. Godofr. D. *de teſtam. milit.* Zonâ ſcilicet, appenſo enſe: Briſſon.2. *antiq.*7. Connan.9. *Comment.*5. *n.*8. Viglius, *in rubr. Inſt. de teſtam. milit. n.*18. Duaren. *ad tit. D. de teſtam. milit. cap.*5. Bocer. *lib.*1. *de Iur. bell. cap.*11. *n.*5. ut ſcirent, non niſi cum membris, arma eſſe amittenda, quod Cic. de ſui ſeculi militibus, prædicat: 2. *Tuſculan.* Scutum, *inquiens*, gladium, galeam, in onere noſtri milites, non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manus; arma etiam, membra militis eſſe, dicunt: Et onera alia, ita aptè gerunt, ut, ſi uſus foret, abjectis iis, expeditis armis, ut membris, pugnare poſſint.

Quidam ob functionem militarem.

22. Tantum certè in Cinguli jure, Romani poſuerunt, ut piaculi loco habitum ſit, militem, *in caſtris, non accinctum verſari*, quod ex illo Taciti 11. *Annal.*18. plerique colligunt, ubi Corbulo, veterem ad morem reducens, lætantes populationibus legiones, mi-

litem, qui vallum non accinctus, atque alium, qui pugione tantùm accinctus, foderet, morte multaſſe legitur: Nam cincti gladio, foſſam aperire tenebantur, teſte Veget *lib.3.cap.8.* Et non, niſi qui exauctorabantur, Briſſ. *2.antiq.7* aut ſub jugum mittebantur, diſcincti erant, teſte Ammian. Marcellin. *lib.22.* Feſto *lib.9.* (quanquam Lipſius *ad d. Taciti locum,* hæc diſtinguat: *diſcinctum, & non accinctum eſſe,*) Hinc miles, qui arma tota, vel majora, alienavit, grave crimen committere dicitur, & deſertori exæquatur, *l. qui commeatu.14. §.arma.1. D. de re milit.* Luc. de penna, *in rubr. tit.C. de Fabricenſ.* v. Caroli à Mansfeld. Magiſterium militare. *tract.2. part.2. c.3. pag.169.* Læl. Taurell. *in tr. de militiis ex caſu,* ad A. Auguſtin [ubi oſtendit: arma, Romanis militibus erogata, ſtipendiis imputata fuiſſe. *p.348*] Quam tamen pœnam, pro armorum ratione, mitigari, præſertim in tironibus, vult Tiraq. *tr. de pœn. cauſ.10.* Et qui aliena arma ſubripuit, gradu militiæ deteriore locatur, *d. l.13.§.qui aliena.14. D.eod. P.Faber.1. ſemeſtr.17.* & amiſſa arma poſtliminio ad priorem dominum non revertuntur, cum ea turpiter amittantur. *l. Navibus.2. §. Non idem.2. D. de captiv. & poſtlimin. reverſ.*

Hinc armorum privilegia.

23. Inde tot armorum profluxerunt privilegia, ut (1.) Creditoribus in Executione, ea invadere non liceat, quæ milites, militiæ causâ, habent, *l.miles qui 6. pr. D.de re judic.* & arma militibus relinquenda ſint, ut libri Scholaribus, & breviarium Clericis. Coler. *de proceſſ.execut. part.2.c.3.n.134.* (2.) ut pignori arma capi non poſſint: *arg.l.qui commeatu.14 §. arma. un. D.de re milit. gl. in l. Nepos proculo.125. D. de verb. ſignific.* Colleg. Arg. *ad t. D. quæ res pignor. θ.2 n.12.* (3.) ut à Vectigalium præſtatione, ſint immunia, ita, ut ne profeſſionem quidem de iis facere milites cogantur: *l.omnibus militibus 3. C.de vectigal.* vide iterùm Colleg. Arg. *tit. de re milit. θ.ult.* (4.) Nec filius arma, quæ ipſi, in bellum eunti, pater donavit, conferre teneatur. Vigel. *in method. jur. controverſ.lib.4.cap.7.reg.13. except.4. Enenckel.2. de privileg. mil. c.21.*

24. Et hæc, de militibus merentibus, indubia ſunt: Quid de iis, qui extra militiam ſunt conſtituti, cenſendum? Decian. *8. tract. crimin.3. n.39. in fin.* refert, plures ſe vidiſſe, qui ſe ſcribi fecerint, in numerum bombardariorum, ad hunc tantùm finem, ut arma ferre poſſent; cum tamen vix unquam bombardas viderint:

ſed,

sed ingrunte bello, coactos, præter spem, militare, atque ita ambitionis suæ pœnas dedisse. Ergò ii, qui in numeris sunt, cum per omnia momenta, expediti esse debeant, haut dubie arma ferre poterunt. ¶ Illis autem tironibus, qui ubi vix obliquis oculis, cum servo Amphitruonis, Martem adspexerunt, postliminium cogitant, domumque reversi, omnia mentiuntur, ne quâ in parte pyrgopolinici dissimiles appareant; illis, inquam, gladius tàm seriò adimendus est; quàm manibus furiosi: cum plerumque honoribus sese ipsi opponant; armis autem, ad securitatem, vel non opus habeant; vel, nisi ad tumultum excitandum, uti nesciant. Adde, quod veteranis etiam privilegia militum, & jura, tantùm quoad militant & in castris degunt, conceduntur. *l. sed milites* 8. *D. de excusat. tutor.* §. *sed hactenùs*. 3. *Inst. de milit. testam. l. filiusfamilias, pen. D. eod. l. sancimus. fin. C. de restitut. milit.* (Tametsi Tiraq. *de Nobilit. cap.* 20. *n.* 68. & 72. emeritis militibus, armorum gestationem concedat; quod fortè de præfectis, & quos eximia dignitas, post expletos militiæ sudores, manet, accipiendum erit. *d. t. C. de Veteran. lib.* 12.) Quis ergò hos Thrasones ferat, qui armorum gestationem, quasi jure quodam suo, sibi vindicant? ¶ Similiter armis etiam exuendi sunt milites Vagantes, planetæ terrestres, Herrenlose Knechte / Hünerfanger / *d. Nov.* 17. *infr. ibi*: *Non militantem*, qui militum nomen prætendentes, re ipsâ sunt Catuli in sylvis, ut inquit, Bald. *in l.* 1. *in fin. C. qui bon. ced. poss.* propterea que militum privilegiis exuendi, & pœnis competentibus afficiendi sunt. *l. Nemo.* 13. *in fin. C. de re milit. lib.* 12. *l. Veterani*. 3. *C. de Veteran. lib.* 12. Recess. Imp. *de Anno* 1551. §. Nach dem auch. *ut & Anno* 1555. 1595. *&c.*

25. Sed quæ de militibus, in specie dictis, modò allata sunt, ea & de *militibus Juris Feudalis*, hoc est, Vasallis, intelligimus: per ea, quæ suprà de Exarmatione, *c.* 4. §. 8. *pag.* 71. præmissa sunt. Ii namq; arma bellica deponentes, conditionem Vasallaticam exuere velle dicuntur: *t. t. de Vasall. milit. qui arm. bellic. depos.* 2. *F.* 21. Talium militum, semper paratorum, loco olim erant *Nobiles*, quibus ideò feuda dabantur: Besold. 1. *Pol.* 7. §. 3. *vers.* 2. & *dict. supr.* Atque inde, qui sunt Nobiles, antiquitùs milites, modò etiam Equites, ferè ab Equestri militiâ, cui sunt obnoxii, (ut itidem dictum suprà) à Latinè loquentibus & scribentibus, appellantur. Cromer. De Nobilibus & Patritiis.

 in Polon.

in Polon. lib. 1. Patriciorum quoque, in Republ. Romanâ, adeò proprium jus fuisse, arma gestare, tradunt nonnulli, ut inter præcipua eorum insignia, gladius & arma, fuerint: quæ quamvis parvi momenti esse viderentur; mirificè tamen deterruisse plebem, ac Patriciis vim & potestatem auxisse, scribit Clapmar. *lib 3. de arcan. rerumpubl. cap. 19.* & ex eo Höpingk *de insignib. cap. 2. num. 692.* Cujus rei imaginem etiamnum quandam durare, in quibusdam Germaniæ urbibus, ubi præterquã Nobilib. & Patriciis, non fas sit cuiquam, gestare gladium. *Goldast. tom. 1 rer. Alem. part. 1. in Ekkehard. jun. c. 4. Höpingk. cap. 6 part. 10. n. 1495. Draco de Patric. c. 6. n. 55. & seqq.*

26 Sunt, præter milites, & alii, qui muneris necessitate, ad armorum gestationem, adstringuntur, sc. *ministri Magistratuum* (uti dicere occæpimus θ. 10.) apparitores, Nuncii, pedelli, rabduchi, & hujus generis alii parastatæ & stipatores, quibus Magistratus, tùm ad securitatem, tùm ad officii executionem, utuntur. Socin. *reg. 47. allegans l. arma ad salutem. § fin. D. de offic. præf. Vigil. ubi Bald. hanc materiam tractet, quæ tamen est l. Nam salutem. 3. §. sciendum est. 3. D. d. t.* vide de stipatoribus Bodin. 4. *Rep.* 1. Keckerm. *disp. 34. quæst. 5.* Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib 3. cap. 14.* Farinac. *crim. quæst. 108. n. 99. & seqq.* Qui *n. 100.* Idem in familia & famulis Episcoporum obtinere scribit, adeoq; reprehendit potestatem interamnis (ita loquitur) quod officialem Episcopi pro delatione armorum cœperit. Pro qua sententia licet urgeri possint dicta scripturæ *Matth. 20. vers. 25. Lucæ. 22. v. 22.* Et ad aliqua veteris fœderis exempla, veluti Moysis Exod. 18. v. 18. Heli, 1. Samuel. 1. v. 14. responderi: Ea cum veteris testamẽti cæremoniis & umbris per novi fœderis præcepta contraria, extincta esse & abolita. *cum Havemanno de jure Episcopali tit. 2. pag. 34. & 35. ubi Melchisedecum & Samuelem typum Salvatoris gessisse ostendit.* Hodie tamen non tam pastorale officium; quam conjuncta huic dignitas & potestas principalis in his respicitur *v. sup. pag. 77. θ. 14.* ¶ Quin alibi, spreto omni legum moderamine, cives omnes promiscuè, & pro lubitu arma sibi arrogare conspiciuntur. *v. Arnis. lib. 2. de jur. Majest. cap. 5. n. 7. pag. 341. A. Matthæi, de vi publ. & privatâ. p. 510.* Imò Decianus 8. *tract. crim. 4. n. 5. in medio.* scribit: Hodiè, in quacunque regione & civitate, quemlibet arma portare posse, & quidem impunè, nisi expresse, Statutis

vel

vel edictis, prohibeatur. Paulò distinctiùs Bodin *4. de Rep. 7. n. 487.* Italiæ, ac multò magis etiam Orientis principes, arma ferre, aut gladiis subditos, præterquam eos, quos adhibent ad corporis custodiam, accingi non pati: At Gallorum æquè ac Germanorum & Anglorum moribus, id non modò licere, verùm etiam, Helvetiorum legibus, necessarium esse. Uter mos laudabilior sit, & Politici & Jure consulti variè disputant. *v. de possess. armorum §. ult. cum praeced.* Certè Ferreti sententia, *in tr. de justo & injusto bello. n. 59. p. m.* 32. Statuentis, optimi magistratus esse, sollicitudinem adhibere, ne ita passim populi (s. populares) arma ferant: Ad mentem Justiniani quàm proxime accedit. *in Nov. 85. c. 3. v. sup pag. 32. Machiavell. Princip. cap. 20.* Autor. *observ. polit. De nup. Gall. motibus. c. 9.*

CAP. IV.

Quibus casibus Armorum usus alioquin prohibitus, promiscuè, h. e. etiam civibus inferioribus & in dignitate quadam haut positis, extra ordinem, permittatur.

1. ENumeravimus hactenùs præcipuas personas, (si ita per Miltonium, *in defens. pro popul. Anglic. pag. 11.* & Vossium, *lib. 1. de vitiis sermonis, cap. 32. pag. 139.* loqui licet: favente Sueton. *lib. 2. cap. 27. ibi: Namque illis in multorum sæpè personam, per gratiam & preces exorabilibus.* Tacito, *orat. seu dial. cap. 10. n. 10.* Æmyl. Probo *præfat.* Vellei. Paterculo *lib. 2. histor. cap. 31. Aliis:*) Quibus jure singulari & præcipuo, facultas arma gestandi competit: Sunt tamen nonnullis legibus, quin ipsâ quoq; L. Juliâ, expressi casus, quibus gestatio ista & usus armorum, promiscuè indulgetur.

2. *Primus casus*, vel causa, est necessitatis publicæ, puta, cum ob subitarium hostis incursum civibus arma passim permittuntur; immò, indicuntur: Qua de re in libro Novellarum Imp. Theod. extat memorabilis constitutio *Impp. Theodos. & Valent. tit. 20. pag. 549.* quæ sic habet. Causæ armorum gestationem promiscuè excusantes: (1) metus ab hoste.

De reddito armorum jure.

Impp. Theod. & Valent. A A. ad Populum. Quo-

ties publica poſcit utilitas, Univerſitatis ſolicitudinem ducimus advocandam, ut omnibus profutura, impleantur ab omnibus: Nec moleſtum id provincialibus noſtris credimus, quod pro ipſorum ſalute diſponitur, ut reſiſtendi prædonibus cura ſubeatur. Genſericus hoſtis Imperii noſtri, haut parvam claſſem de Carthaginenſi portu nuntiatus eſt adduxiſſe; cujus repentinus excurſus & fortuita deprædatio, cunctis eſt litoribus formidanda. Et quamvis clementiæ noſtræ ſolicitudo per diverſa loca præſidia diſponat, atque invictiſſimi principis Theodoſii, patris noſtri, jam propinquet exercitus; Et Excellẽtiſſimum Virum, Patricium noſtrum, Aëtium, cum magna manu adfore mox, credamus: cumque vir inluſtriſſimus Magiſter militum Sigiſmundus tam militum atque fœderatorum tuitionem urbibus ac litoribus non deſinet ordinare: Tamen quia ſub æſtiva navigandi opportunitate ſatis incertum eſt, ad quam oram terræ poſſinr naves hoſtium pervenire, ſingulos univerſoſque noſtros monemus edicto, ut Romani roboris confidentia ex animo quo debent propria defenſare, cum ſuis adverſus hoſtes, ſi vis exegerit, ſalva diſciplina publica, ſervataque ingenuitatis modeſtia quibus potuerint utantur armis, noſtraſque provincias ac fortunas proprias fideli conſpiratione & juncto umbone tueantur: hac videlicet ſpe laboris propoſita, ut ſuum fore non ambigat quicquid hoſti victor abſtulerit. *Et manu divina.* Proponatur amantiſſimo noſtro populo Romano. & ad latus. Dat. VIII. Kal. Jul. Romæ, Valentiniano & Anatolio V. C. Coſſ. A. C. 440. *conſ. t. t. C. Quando lic. unic.*

Leg. jam, vel tum.

Ex eadem vel ſimili ſecuritatis publicæ cauſa, hodienum, in aliquibus Civitatibus Imperialibus, cum Conciones ſacræ habentur, aut publici mercatus celebrantur, cives armati, & quaſi in procinctu eſſe, jubentur: Eoque inprimis tempore, moderatum armis precium, hunc in finem, ſtatui ſolet, uti anno 1649. factum

eſſe,

esse, ex actis publicis, pag. 45. du Samedy 30. Januier, patet: *ibi: Sur la plainte qui se fit, que les clinqualiers survendoient les armes, la Cour donna Arrest, portant deffenses aus dits* Clinqualiers, *Armuriers &c. de vendre les mousquets & autres armes, comme aussi la poudre & mesche à plus haut prix, que luy est imposé par la dite cour, scavoir;*

Les mousquets de Hollande & Sedan, *dix liures:*
Ceux de Liege, *dix huict liures:*
Les picques de fresne, *vingt quatre sols.*
La paire d'armes fortes, *douze liures:*
Les foibles, *dix liures:*
Les pistolets à fusil, *dix huict liures:*
Ceux à roüet, *seize liures*

La poudre à mousquet	20. sols.
La finne	24. sols.
La liure de mesche	4. sols.

3. L. Juliâ, (ad quam ideò; non ad *l.11. C. ut armor. usus.* referre debebat Besoldus, daß Forst-Knechte/pro defensione, Büchsen zu führen/ berechtiget seind. *in thes. pract. verb.* Forst- *&* Forstliche Obrigkeit: *in fin.*) se offert (2.) *Venatio.* Quia enim Venatio ferarum, præcipuè majorum, sine armis, exerceri nequit, Wesenb. *parat. D. de acquir. rer. domin. n.7.* prætereaque multa Venatoribus ex transverso, & inopinatò accidere solent: ideò arma habere licet, ut quis in venatione iis utatur. *l.1. ad L. Iul. de vi public.* Unde forsan illud promanavit, quod Dd. statuunt: Si Venator, in actu venationis, sclopeto quem transfixerit, eum nec lege Corneliâ, nec Aquilià teneri. Covarr. *in Clement. un. de homicid. part. 2. §.4. n.1.* Sebast. Medices *de Venat. part. 2. q. 9.* Tormentis tamen, nisi ad noxias bestias tollendas, rusticis uti non licere, notant Dd. *in d. §. si quis rusticus. 5. vers. Nemo retia.* ubi Isernia & Alvarotus. 2. F. 27. *Causa armorum gestationem L. Juliâ excusantes: (2) Venatio.*

4. Hanc porrò licentiam; (armis, inquam, in venatione utendi) adimi, cum superior Edicto *delationem armorum* prohibet, asserit Decian. *d. cap. 3. n. 35.* Ne enim, *inquit,* superior, quid novi, post jus commune, decrevisse videatur, etiam hi casus prohibiti censentur, ut ne, venationis gratiâ, portare arma liceat. Ita Henricus IV. in Edicto prohibitorio, quo promiscuus sclopetorum usus sublatus fuit, disertè excepit Nobiles Venatores, illis verbis:

permis-

permissum & Nobilibus, ut in prædiis suis, ad venationes, his armis utantur. At enim (1.) nec supervacaneum, nec infrequens est, jus commune novis legibus confirmari, præsertim desuetudine inumbratum. §. *in quibus.5. proœm. Instit.* Quocirca (2.) & hoc loco potiùs, ad jus commune censebitur reditum; Ea certè interpretatio in dubio præferenda est. *Harman. Pistor. & alij plena manu adducti à Vall. Guil. Forstero lib.2. de jur. interp. c.ult. reg.2. pag.*369 Planè, si superior, & hunc casum, in prohibitione expresserit, haut dubiè nec in venatione, armis uti licebit. Quâ ratione L. Domitius, cum Siciliam Prætor regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis aper allatus esset, adduci ad se pastorem, cujus manu occisus erat, jussit, interrogatumque, quo telo confecisset; postquam venabulo usum comperit, cruci suffixit, non tàm ob interemtam bestiam; quàm quòd ipse ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vastabatur, *ne quis telum haberet,* edixerat. Cicer. *Verrin.*7. Et ex Valer. Max. *lib.6. cap.3.* Richard. Dieter. *de summa summi Imper. potest. θ.55.* ubi nullum aliud, apud Ethnicos, extare ampliùs exemplum putat, trucidati ob bestiam, hominis: (Quanquam, neque ob bestiam, id factum, uti dictum:) Neque tamen propiùs abludit, quod apud Herodotum legitur, ubi Megabyzus Persa, quod Leonem, in venatione, in pedes sese, contra Artaxerxem Regem erigentem, jaculo occidisset, decollari, à Rege indignante, est jussus, quòd contra Persarum statutum, feram cædere occupâsset, antequam ipse telum, in eam misisset; referente Dan. Ottone, *cap.1. jur. publ. p.m.9.* simile exemplum, de Basilio Rege, refert Keckerman. *disp. extraod. de Monar. Persar. aphor.5.* ¶ Quâ occasione de Q. An ob feram globo transfixam, capitis supplicium cuiquam sit irrogandum? videri potest Wesenbec. *parat. D. de acquir. rer. domin. n.7.* Gail. 2. *obs.68. n.10.* & alii, allegati apud Dn. Cluten. *diatrib. ad t. Instit. de rer. divis. θ.10.* Certè, si Princeps pœnam capitis edicto promulgaverit, affirmativa non improbabiliter defendi potest. vid. Bachov. 2. *disput. Treutlr.20. θ.3. lit. A.* & quæ nuper scripsimus, ad *art.159. Const. Crim. in Racem. θ.9. pag.473. & seq.*

(3.) Iter. 5. *Iter* etiam (3.) tàm terrestre; quàm maritimum arma gerenti excusationem præstat: *d. l.1. D. ad L. Iul. de vi publ.* ubi Bart. & Angelus *n.3.* quod ad clericos nominatim trahit Butr. *in c. Clerici. extr.*

extr.de vit.& honest. clericor. & de mercatore, quod, negotiandi causâ, provinciam pertransiens, gladium suum sellæ alligare, vel super vehiculum ponere possit, Textus est expressus, *in d.§. si quis rusticus.5. v. Mercator.2. F.27.* Quæ verba non ita sunt accipienda, ac si arma ligata gestare debeat (quemadmodum Dd. vulgò perineptè, textum illum summant, quos sequitur Socin. *reg.47. fallent.3* Cum n. jus hoc ideò mercatori concessum sit, ut à prædone se defendere possit; uti paulò pòst dicetur: quomodo, adversum repentinos insultus arma ligata expedire poterit?) Sed quòd, si equo vehatur, gladium ephippio annectere, aut, si vehiculo utatur, in illud eundem reponere possit. Menoch. de A. I. Q. *d. cas.394. nu.65. & seqq.* Cui injuriam facit Decian. *d. c.3. n.34.* quando, contra ipsius assertionem, negat, ullos Dd. *ex d. §.5.* ita ratiocinari, quòd quis in itinere, arma ligata portare debeat: Inspiciatur saltem Socinus, *d.l.* *& Farin. loco mox alleg.* Aliàs elegantem rationē Decianus pro modò allata *d.§.*explicatione, *ibid. in vers. Aliàs enim.* adnectit: quòd cum una determinatio, per se determinata, non possit difformiter determinare, *v. Thes. Iurispr. lib.4. cap.20. axiom.3.* in isto autem §. unâ determinatione, duo casus definiantur, sc. ut aut alliget sellæ, aut reponat in currum; ideò altera non possit difformiter intelligi, h.e. cum loquatur de alligatione in sella, non ea queat exaudiri alligatio, quæ impediret liberam evaginationem: Et tamen, paulò post, *in fine d. n.34.* ipse in has ineptias, à quibus Dd. omnes *contra attestationem Farin. quæst.108. n.83. & seqq.* purgare volebat, prolabi videtur, dum *n.56.* scribit: Declarationem istam, *quòd quis in itinere, arma ligata portare debeat*, locum habere posse, si quis ex itinere reversus, per urbem ambulare velit, armaque ligata habere: Alias enim, *inquit*, si in civitate semper manens, arma ligata ferret, faceret id animo, edictum eludendi. Neque enim is, in itinere esse, negari potest, qui nondum ad possessiones suas pervenit. *arg. l. clam possidere.6. in fin. D. de acquir. vel amittend. possess.* Si autem pervenerit in locum ubi prohibitio viget; deponere arma planè debet, non autem ligando leges eludere.

6. Quare autem his & similibus, permissa sit armorum gestatio, ratio perspicua assignatur, *in d.c.* ut sc. à prędonibus se defendant: itemque in d. Novell. Theodos. *ut resistendi prædonibus, cura*

ſubeatur. Etenim licet hoc vel maximè, ad officium Magiſtratus pertineat, curare, ut itinera tuta ſint & ſecura; vim contrà prædas, injurias illinc prohibere, graſſatores, per ſubditos & officiales, exquirere, mutuaque vicinis auxilia, hanc ad rem conferre: *l. congruit. 13. pr. D. de offic. præſid. l. Lege Iuliâ. 4. §. mandatis. 2. D. ad L. Iul. peculat. Receſſ. Imper. de an.* 1548. §. Ferner. Land fried *eod. ann. circ. fin. pr. Receſſ. Imper. anni* 1555. Nach dem aber. *Anni* 1559. §. vnd haben vns. *Anni* 1566. §. Nach dem aber. niſi ad damna deprædatis reſarcienda, teneri velit: Zaſ. *conſil. 14.* Marq. Freher. *not. ad* P. de Andlo *lib. 2. cap. 18. pr.* præſertim, ſi pedagium vel vectigal, ea de cauſa, ſit ſolutum; Receſſ. Imper. *de Anno* 1559. §. Damit dann die Obrigkeit. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. n. 296.* Schneidevv. *cap. un. n. 115. quæ ſint Regalia. 2. F. 55.* Borcholt. *ibid. n. 28.* Dan. Otto. *c. 11. jur. publ. pag. m. 290.* Quia tamen tanta eſt hominum malitia, tantus habendi, & per fas nefaſque, pecunias corradendi amor, & cupiditas, ut nulli carceres nullæ cruces, nullæ rotæ, averrucando huic malo, ſufficiant, Weſen. *parat. de furt. pr.* invaleſcentibus indies, in hoc furioſo mundi exitu, delictis, *idem ad l. Corn. de Sicar. n. 1.* idcircò omnino viatoribus, ad ſui, ſuorumque bonorum defenſionem, arma concedenda fuêre, ne poſt vulneratam cauſam, remedium quærere cogerentur malo, quod poſſint antevertere, ſtrenuè contra aggreſſores ſe gerendo: id quod impunè poſſunt, etiam uſque ad mortem aggreſſorum. *l. itaque ſi. 4. pr. D. ad L. Aquil. §. injuriam 2 Inſtit. eod. t. t. C. quand. lic. unic. ſin. jud. l. ſi ut allegas. 4. cum l. ſeq. C. ad l. Cornel. de Sicar. Paul. 5 ſent. tit. ad L. Corn. de Sicar.* Optandum autem eſſet, ut infelici hoc rerum ſtatu, ex veterum inſtituto Stationes & Irenarchæ conſtituerentur, qui paſſim in provinciis ſecuritatem & provincialibus & viatoribus præſtarent, ſimulque malignorum hominum rapacitatem ad raſtra vel tranſtra, carceres atque remiges remitterent. *juxta l. un. C. de Irenarchis. 10. 75.* Adeò nulla cauſa tam infelix eſt, quæ non ſublevari ex juris Juſtinianei prudentia poſſit: Dummodò diligentiùs evolveretur & æſtimaretur, *conf. l. ult. §. 7. de Muner. & honor.* Fruſtra enim pacem ſanciri jus noſtrum docet, niſi tales pacis cuſtodes conſtituantur *l. 49. C. Th de Decurionibus conf. Auguſtin. epiſt. 159. ibi.* JCtorum notoria pertinebat. *& epiſt. 160. Panciroll. de magiſtr. Municip. cap. 18.* De

quibus

quibus verè uſurpaveris illud Dd. effatum: In armis (publicis) & eorum miniſtris, publicæ utilitatis defenſionem potiſſimum conſiſtere. *poſt Signor. Magerus de Advocat. arm. c. 12. n. 122.*

7. Illud tamen hic prætereundum non eſt, apud Italos & Hiſpanos, in uſu eſſe, ut neminem arma urbibus inferre patiantur, etſi è veſtigio rectà tranſire velit; ſed ablata in una porta, in altera reſtituant: Alibi funiculo gladium ad vaginam alligent: Lipſ. 1. *Elector.* 23. *p.* 428. quod haut dubiè, ex illa Dd. traditione, fluxiſſe videtur: De qua ſupr. *n.* 5. Quod & in aliquibus Germaniæ urbibus munitis, ſervatur, ad imitationem fortè veterum Maſſilienſium, de quibus Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 6. ait: Intrare opidum illorum, nulli cum telo licet, præſtoque eſt, qui id, cuſtodiæ gratiâ acceptum, abituro reddat, ut hoſpitia ſua, quemadmodum venientibus humana ſunt: Ita ipſis quoq; hoſpitia præſtantibus, maneant tuta. Et ſigillatim, de forenſibus, ſeu mercatoribus, notant Dd. ſtatuta, armorum uſum prohibentia, compræhendere quoque forenſes, licet ignorantes tale ſtatutum: cum percontari debeat, de eo jure, civitatem aliquam intrans. Decian. 8. *tract. crimin.* 3. *num.* 19. & 26. Lim. I.

8. De *Iudæis*, iter facientibus, aut mercaturam exercentibus, ſpecialiter in Germania diſpoſitum, in Conſtitutione quadam Ferdinandi I. Imp. concernente die Landvogtey Hagenaw/ *de Anno* 1561. *art. ult. ibi*: Es ſollen auch die Juden hinführo in vnſer Landvogtey Hagenaw / kein Wehr / oder ſonderlich kein lange Waffen/auch Büchſen/Wurffbeyhel/vnd andere verbottene Waffen/führen oder tragen; Sondern/ ſo ſie alſo in den Stätten/ zu handlen haben/ dieſelben Waffen vnd Wehren/ vnder jedem Thor/oder in jhren Herbergen laſſen. Aber Brodmeſſer kleine Dölch vnd Weydner/ die mögen ſie wohl tragen / deßgleichen auff dem Land / auſſerhalb der Statt/mögen ſie die anderen/jhre Wehr vnd Waffen auch führen vnd tragen: Welcher Jud ſich aber der Waffen nicht maſſen würde / der ſoll jedes mahl/ſo offt er das vbertritt/mit drey gulden geſtrafft werden. *fac. l.* 35. & *ult. C. de Iudæis. ubi d. tract. de jure Sacro. Ordin. Polit. de Anno* 1530. *tit.* von der Juden Kleydung. *Martin. Mager. de Advocat. arm. cap.* 8. *num.* 277. II.

9. Limitat præterea, prohibitionem hujus armorum uſus III.

Decian. *d.cap.3.n.14.* & Socin *reg.47.fallent.2.* ut locum non habeat, in eo, qui ad possessiones suas, extra urbem ire vellet; quam in rem Socinus, per incuriam, producit textum *l.fin. C.de prox.sacr.scrin. lib.12.* cum allegare voluerit *l.jubemus.ult.C.de præpos.sacr.cubic.* ubi dicitur: præpositos sacri cubiculi, depositâ administratione, in ordinem Senatorum, adscribi, iisque extra urbem proficiscentibus, cingulo militari uti licere. Ex qua nonnulli contrarium, de jure civili, colligunt: prohibitionem hoplophorias, tempore *Anastasii* Imp. (qui centum ampliùs annos post Imperatores nostros, vixit) in tam viridi fuisse observantia, ut viri Illustres multis precibus, hoc tantùm ab Imp. contenderent, quo ipsis, ad possessiones suas euntibus, cingulo uti liceret. Verùm, sæpè dictum est, eam legem, non de gestatione armorum; sed Cinguli, in specie dicti, agere. Enimverò, licet vox *Cinguli*, aliquandò latiùs usurpetur; *Panciroll.1.var.cap.10. Höping.c.2. de insign.n.499. & seqq.* Hoc tamen loco Cingulum Magistratuũ notat in administratione positorum: quod ideò cæteris honorariis vel emeritis, promiscuè, non erat indulgendum. *Panciroll. d.lib.1.cap.XI.* per tradita *supr.c.4. §.17.* qualis etiam est prohibitio Henrici IV. ib. allegata. ¶ Equidem ratio posterior *d.l.fin.* quòd hæc licentia, ad nullius læsionem, respiciat, patrocinari videtur promiscuæ consuetudini, quâ hodiè plerique, in villas suas excurrentes, armis sese accingunt. *conf. Farinac.quæst.108.n.120.*

IV. & V. *sed rejicula* 10. Tandem & alias duas causas, quæ armorum gestationem excusent, ex *d.l.2. D.ad L.Iul.de vi publ.* comminiscuntur Dd. nempe, ut & commercii gratiâ arma impunè liceat transferre, & oblata, in hereditate, detinere. Decian. *d.cap.3.n.35.& 36.* Verùm, utraque impertinens est: Nam, quod ad priorem; translatio illa armorum, mercaturæ causâ, non continet talem armorum usum, de quo nunc disquirimus; in posteriori autem, jus possidendi & gestandi arma, evidenter confunditur. *v.cap.3.de possessione armorum §.15.pag.38.* Ut sanè Dd. hæc alibi etiam miscent. *Ludovic.Carer. prax crimin.ad verb. itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt.pag.31.n.2. & seqq.* De causa defensionis, *quam l.11. §.ult.L. Iulia de vi publ. suggerit*, jam suprà dicere occupavimus, *cap.1. §.5.* & infrà, peculiari capite, uberius dissseretur.

CAP.

CAP. V.

De Obiecto & modo, Concessionis, iuris hoplophoriæ.

1. EXposuimus hactenùs, Quinam arma concedere possint, quod *ad efficientem* pertinet; qui item arma portare possint, vel non; *subjecti loco*; De objecto, in protheoria *& tr. de Aphoplismo cap. 5. pag. 81. actum est. Adhib. Dd. ad l. armorum. 41. de V. S. Carolus à Mansfeld. tr. 2. de iure militiæ. part. 1. c. un. §. 20. de Armis, vers. Arma alia ad nocendum; alia ad tegendum.* Posset tamen id addi: Latiùs sumi vocem Armorum, *in usu exercito*, h. e. ad actum ultimum s. effectum admenationis, (ut Dd. loquuntur,) vulnerationis, aut cædis, relato: Aliter autem, in materia *gestationis armorum*. Ibi enim, voce teli, omne genus armorum venit, prout etiam in Edicto, 9. Febr. in hac Republ. promulgato, videre licet: ibi: Welcher auch (1.) Ein Messer: (2.) Dolchen: (3.) Schwerdt: (4.) Degen: (5.) oder ein ander Waffen / gegen dem andern freventlich zuckt oder wirfft rc. & §. seq. Welcher aber den andern / auß boßhaffte Vorsatz / blutrünstig machte / es seye mit Messern / Dolchen / Stileten / Schwertern / Sternen / oder mit andern Gewehren. Conf. D. Mævium *lib. 1. statut. Lubecens. tit. 2. artic. 1. n. 47.* At, in quæstione de hoplophoria, discernendus est iterùm usus necessitatis, seu defensionis; ab usu dignitatis & ornatus. Utcunq; enim, priore etiam respectu, latiùs vox *armorum* accipiatur, *ut in panoplia Goliathi, 1. Samuel. 17. vers. 20. & seqq. quem locum prolixè tractat & exponit C. Sanctius &c. post alios.* Postremo tamen sensu, ad gladium & pugionem, ferè restringitur. *v. supr. cap. 1. θ. 3. Charondam lib. 8. Codicis Henriciani, tit. 7. l. 2. & l. 9. & 10. p. 232.* Itaque ii, quibus arma hodiè gestare licet, *vel ad defensionem* ea gestant, ut milites, viatores, venatores: & his, cum in expeditione, itinere venatione versantur, omni armorum genere, haut dubiè uti regulariter, permissum est; *vel dignitatis ergò*, uti suprà dictum: Et his non convenire (ad hunc saltem finē), videntur bombardæ, Sclopeta, pugiones, quos Stilletos vocant; nec reliqua etiā arma defensiva, quæ non ex dignitate, geruntur. Quo fine Keckerman. 1. *Polit.* 22. Principi præscribit, ut prohibeat, ne subdola arma gerantur, veluti sicæ, & ejusmodi alia, neve bombardæ & sclopeta, temerè explodantur.

Olim, per expressam coceßionem tantùm hoc jus conferebatur.

2. Nunc methodus efflagitat, ut occasione *Formæ*, attingamus, quemadmodum armorum usus concedi & posteà, quomodo usurpari jus concessum, rectè debeat. Rationem & formam concedendi jus armorum, quod attinet: Doctores communiter, concessionem *expressam* requirunt; nec licere cuiquam, arma portare, statuunt, contra prohibitionem; utcunque Princeps sciat, si non exsertè hoc permittat: Quod jam supra *cap.2. pr. & f. c.4.* annotatum, & Decian. *d.lib.8. cap.3.n.28.* ex verbis *d. l.un. Nobis insciis atque inconsultis*, seorsim colligit: Cùm Impp. non satis habuerint dicere *insciis*, ne à contrario sensu, possit inferri, Ergò scientibus illis, licet: sed addidisse: *atque inconsultis*, quod diversum esse, arguat copula, quæ ponatur inter diversa. Ergò (porrò infert,) si requiritur consilium Principis, præsupponitur responsio ad consultationem, vel affirmativa; vel negativa: Si negavit, contra voluntatem Principis, quis gereret? adeoque requiritur licentia expressa, quia hoc casu in prohibitis, scientia non inducit mandatum. Hæc Decianus. Quæ omnia, ad rationem statûs anterioris & juris Civilis, quod Statutis Italiæ, compluribus locis, jure meritoque firmatum est, Bodin. in *d.lib 4. de Republ. c.ult. p.487.* exigenda sunt. At, cum in Germania & locis septentrionalibus, *eodem iterum Bodino teste*, hodiè contraria consuetudine, armorum gestationem, pænè ubivis receptam esse, cernamus, & ipse Decianus. *loco supr. citato, cap.6.* fateatur; hæc autem, solâ Magistratûs patientiâ, inducatur: Wesem. *parat. D.de ll.n.9.* non videtur præcisè requiri assensus expressus; per tradita Giurbæ, *conf.63 n.23.* nisi recentiore edicto, alicubi denuò cautum sit, ut nemo subditorum, cujuscunque ordinis & dignitatis sit, arma gerat. Ubi tamen iterùm Decianus, immemor quasi prioris sententiæ, per *l.ult. C.de Fabricens.lib.11.* probat, quod licentia etiam quandoque detur dissimulando, seu jubendo officiales, ut conniventibus oculis pertranseant, si videant, talem arma ferentem; & hoc ideò, ne, si expressè concederent, ab aliis etiam, eâ de re, importunis flagitationibus, solicitarentur.

Hodiè, etiã per tacitam:

3. Ratum proinde & firmum manet, quod supra dictum est, armorum gestationem concedi, vel expressè; vel (hodiè præsertim,) tacitè. *Expressa concessio*, fit ab eo, qui potestatem ejus juris conferendi habet, *vid. d. cap.2. collata disputatione Mageri de advocat. armata, cap.6. n.591. & seqq. itemque 6.n.626. ubi concludit: Armorum impositionem & similia jura Advocatis &*

pro-

protectoribus den Schutzherren *in clientes non competere: multo minus his, qui merum Imperium tantùm vel jus gladij in quodam loco obtineant.* Modi hujus expressæ concessionis, varii sunt: Quibus non quidem exactè; sed quodammodò, connumerantur sequentes: Primò mos *Cingendorum militum:* quia is non, ad nudam armorum gestationem, pertinet; sed ad delectum militarem, & ad tironum, militiæ adscribēdorum rationem. Ac nec fortè omnimodò exactè huc refertur Cingulum civicorum *Magistratuū*; quia dignitatis collationem hæc res continebat potiùs, quàm jus gladii gestandi: Hinc *Cingulum*, pro administratione [illegible] munere, itemque dignitate, & titulo dignitatis &c. in Codice, usurpatur.

Militibus.

Magistratibus.

4. Trahitur huc etiam ea *Cingendi* ratio, quâ *Equites* olim, post commissum prælium, ex iis, qui se benè gesserant, à Principe, vel ejus legato, fiebant: *Vincent. Lucanus de Magistrat. & præfect. Francor. lib.* 1. qui hodiè, plerumque post coronationes Regum, creantur, percussis gladio evaginato, leviter eorum humeris, qui Ordinem hunc mereri visi sunt. *Dan. Otto. de jur. publ. cap.* 10. *p.m.* 200. Ita de Rege Poloniæ Cromerus, *lib.* 1. *Poloniæ.* Deinde, (post coronationis solennia,) inquit, versus quatuor mundi plagas, gladium Rex vibrat, rursumque residens, ejus contactu, sive leni ictu inter scapulas cujusque; Nobiles, Equitesque auratos, creat; quod perinde est, ac si balteo militari donet. Quod idē in Hungariæ regno, aliisq; servatur. Sic, de Angliæ Rege, Thom. Smith. *lib* 1. *de Repub. Anglor. c.* 17. Equites vexilliferi in acie fiunt, abscissâ vexilli cuspide, in formam signi militaris; sed iste ordo, per Angliam, ferè exolevit. Equites Balnearii, in ipsis Regum sacrandorum celebritatibus, non sine prolixis & curiosis ceremoniis, insigniūtur, veluti quòd Candidatus dignitatis, genu nixus, ense evaginato, in tergum aut humeros, feritur, loquente in hæc verba Principe: *Soyez Chevalier au nom de Dieu, &c.* Atque iste cingendi mos, uti jam obtinet: ita semper *cingendi* Equites, non *creandi*, phrasis, longè fuit antiquissima. *Hæc ille. Add. Pasquer. lib.* 2. *des recherches. chap.* 15. *pag.* 165. Hieron. Megiserum *in propugnaculo Europæ cap.* 14. *pag.* 159. *& seqq, ibi*: Als dann gibt der G. dem N. eine vergüldte Wehr in die Hand ꝛc. *& pag.* 161. *ibi*: Als dann nimbt der G. einen Gürtel/ vnd vmbgürtet ꝛc. Franciscum de la Portella im Ritterbüchlein/*cap.* 6. *p.* 25. Frivolum autem videtur, quod Lucas de Penna *ad l. his alias.* 5. *C. qui milit. poss. vel non n.* 2. *ex* 2. *Macchab. cap. ult. vers.* 15. probare nititur, gladium, quo quis cingatur, aureum, seu deauratum esse debere (quemadmodum quidem de aureis id etiam tradi solet, v. *Fauchet de l'origine des chevaliers chap.* 1. *pag.* 14. & Megiserus *d. lo pag.* 165. ibi: der G. zeigt dem N. die vergüldte Sporen ꝛc.) Cum & Politici doceant: Militem horridum magis esse debere, sive benè armatum; neq; tam cælatum auro argentoq; quam ferro & animis fretum laudari, è Livio. 9. 40. 5. Lipsius. 5. *Polit.* 13. *n.* 62. *Curt.* 3. 3 *f.*

Equitibus:

5. Propius omnino accedit consuetudo, quâ Principes & Nobiles ministris suis, perfectam ætatem adeptis, impacto colapho, (quo primæ ætatis nugis & ineptiis colophonē se imponere, significant, & simul eos ex potestate dimissos, declarant Bald. *in l.* 1. *§. miles un. de testam. milit.*) adjectis illis verbis: Das leyd von mir/ vnd von keinem andern; denique donato gladio, jus illum gestandi, concedunt, Sie machen sie Wehrhafftig. Rosin. 1. *antiquitat. Rom.* 20. Schoenborn. 6. *polit.* 13. Besold. *in thesaur. pract. hâc voce*: Wehrhafft machen, Nolden. *de stat. Nobil. c.* 6. *n.* 73. Vbi hoc nonnihil antiquam manumissionem

Moribus, Magnates ministros suos, ferè per cingulū eo jure donant.

nem ſapere, ſcribit: quâ dominus, caput aliudve ſervi membrum tenebat, ac præfatus, *Hominem eſſe liberum volo,* cum manu verſum, infractâ palma, ſeu impacto colapho, poteſtate ſuâ emittebat. Weſenb. *parat. D. de manumiſſ. n. 2. Dd. ad §. præterea. 6. Inſt. quib. mod. patr. poteſt. ſolvit.* Simile quid, de Germanis, memorat Tacit. *de morib. German. c. 13.* Arma, inquiens, ſumere, non ante cuiquam moris, quàm civitas ſuffecturum probaverit: Tum in ipſo Concilio Principum, aliquis, vel pater, vel propinquus, ſcuto, frameaque, juvenem ornant: Hæc apud illos togæ, hic primus juventæ honos: ante hoc domus pars videntur; mox Reipublicæ. vid. Lipſ. *in not. ibid. n. 44. & cap. ſequent. Taciti.* Filios quoque per arma, ſive armorum traditione, aſciſcere ſibi ſolitos fuiſſe gentes bellicoſas, ex Caſſiodoro & Procopio, probat P. Pythæus *adverſariorum ſubſeciver. cap. 1.* Conf. Dn Berneggerum *in quæſt. miſcellan. ad c. 13. Tacit. Germ. q. 66. ibi:* Neque verò dubium eſt, ex hac ipſâ veterum Germanorũ conſuetudine, manaſſe ritum, etiamnum paſſim uſitatum, quando Nobilibus Germanis jus Gladii conceditur, in quo quaſi emancipationis ritu, alapa etiam intervenire ſolet. Vnde ab eo non videtur abludere veterum Romanorum illa manumittendi ratio, per rapiſmata ac alapas, cujus fit mentio in *l. ult. C. de emancip. lib. & Novell. 81. Iſidor. lib. 9. cap. 4. junge Dracon. de patric. c. 5. n. 57.*

Item, per Edictum, aut privilegium.

6. Maximè autem illa *expreſſa conceſſio* dici poteſt, cum publico Edicto, aut voce præconis, arma civibus imperantur; *veluti de Helvetiis p. 141. narravit Bodinus: conſ. A. Matthæi ad lib. 48. D. tit. 4. c. 4. de vi publ. & priv. n. 1. pag. 510. f. Machiav. Princ. c. 20. verſ. nunquam ibi: Novus princeps inermes nactus ſubditos.* aut alicui, ex ſingulari gratia ſuperioris, contra prohibitionem communem, hoc jus conceditur, cujus rei exemplum haberi, putant nonnulli, *in d. l. fin. C. de præpoſ. ſacr. cubic.*

Tacitè autem, per uſum diuturnum.

7. Hodiè quoque tacita armorum conceſſio fit, per uſum eorum, qui non, ex præmiſſis cauſis, disertè prohibentur: *arg. Nov. 89. c. 15. ibi: Quoniam & non utendo. l. ſi interpretatione. 37. & ſeqq. D. de ll.* Coll. Arg. *ad l. Iul. de vi publ. th. 3. n. 4.* ac patientiam ſuperioris: Treutl. 1. *diſp. 1. th. 9. lit. D.* Et hujuſmodi, conſuetudo, expreſſo ſtatuto æquipollet. Cravett. *conſ. 137. n. 2. 3. & conſil. 241. n. 7.* Curt. *tract. feud. q. 3. n. 5. per l. de quibus. 32. ubi gl. & Dd. ff. de legib.* An autem cõceſſo caſtro, etiã arma bellica, quæ in caſtro ſunt, ad Vaſallum pertineant? *vid. Bocer. cl. 2. p. 120. th. 11.* Nobis enim, jam valdè feſtinare, ob inſtantem abitum, coactis ad iſta digredi non licet.

Quæ ead. in prohibitione, fermè obtinent.

8. Conſimili ratione, & prohibitio, vel expreſſa eſt, vel tacita: uti dict. de aphopliſmo cap. 6. Tacita prohibitio, ibi interveniſſe intelligitur, ubi conſuetudo contraria inolevit, ut pro miraculo ſit, armorũ geſtatio, veluti eſt apud Liv. *lib. 21. c. 20.* Expreſſa prohibitio, fit, per publica Decreta & ſtatuta, Decian. 8. *tr. crim. c. 3. n. 19.* (ubi tamen voce *Conſuetudinis*, abuti videtur, dum conſuetudine arma prohiberi, nuncupat, quãdo prohibitio fit, per Edicta & proclamationes.) Et prohibetur geſtatio, vel in totum, vel certo reſpectu, ut in articulis Senatus Majoris Reipubl. Argen. *art. 334. ſub. rubr.* Wer in der Statt mit Schwerdtern reitet. Sanctio ipſa ſic habet: Es ſoll kein vnſer Bürger bey Tag/inwendig der Ringmaur/ dieſer Statt/mit einẽ Schwerdt reiten/ Wolte er aber reiten/vor die Ringmauer/ da die Frawẽ bey einander wären/vnd Kurtzweilen: das ſoll er thun/ ohne Schwerdt/ ohne gefährd: Man mag auch wol Schwerdt führen in dieſer Statt/ſo man reitet bey tag zu Pfingſten/zu der Rentafell/vnd ſo ein Hoff hierinnen iſt/ſo man ſticht oder Turniret: Vnd ein Meiſter/dieweil Er Meiſter iſt/vnd Ammeiſter die mit Ihme reitend/ ohne gefährde. Wer das bricht/der beſſert 4. Wochen von der Statt/ eine Meyle.



DE LEGITIMO ARMORUM USU.

CAP. I.

De circumspectione in armorum gestatione *adhibenda.*

THESIS I.

VTcunque armorum usus, lege, consuetudine, privilegio; aut provincialibus promiscuè, aut certis quibusdam civibus singulariter, indultus probetur aut supponatur: Nunquam tamen concessio ejusmodi, ad libidinem humani ingenii laxanda, sed intra juris & æqui cancellos semper est cohibenda. Cancelli isti respiciunt, tum usum gestationis simplicem: tum ultra, ad defensionem & tutelam legitimè tendentem. De utroque moderamine, breviter nonnulla sumus subjecturi. Ad rationem ergò & formam armorum gestandorum, illud spectare videtur, ut debito loco & modo, fiat. Primum enim *Loci* quidam, ab armorum strepitu, sunt immunes, iique tùm sacri, tùm profani. *Non integrum est, arma gestare.*

2. *Sacri* sunt, *templa & monasteria*, intra quorum septa, sine Præpositorum licentiâ, arma tenere, aut gestare, nemini licet Clement. I. §. *Quia verò. vers. præfatæ. & ibi Cardin. de stat. Monach.* Quin immò, non solùm à summi DEI templis & altaribus, arma prohibentur; sed & ab areis, porticibus, cellulis, domibus, hortulis, balneis: *l. pateant.* 3. §. *arma quoque.* I. *Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* (Quæ scil. ministrantes Ecclesiæ, intra ipsa sacrarum ædium mœnia habebant. Dn Gothof *ad d. l.* 3. *C. verbo: sive in cellulis.*) usq; adeò, ut armatis, ad Ecclesias salutis causâ, confugere non liceat, sed si arma secum, in Ecclesiam intulerint, jubeantur ea deponere, cum *In locis sacris.*

religione loci, satis defendantur, ut armorum præsidio, opus non habeant, ac nisi arma deponant, ex Ecclesia abstrahantur, secundum præscriptum *d. l. 3. §. ult. Ita etiam Leunclavius in paratit. antiq. lib. 1. tit. 12. § 3. p. 86. vers. confugas.* Quemadmodum & servus, qui, cum armis, ad Ecclesiam confugerit, inde extrahi debet, & si resistat, impunè potest interfici. *l. si servus 4. C. eod.* Laudat eam religionem in hominibus Barbaris Ludovic. Florius apud Maseum, *lib. 3. epistolar. ex India*, testatus, Bartholomæum, Japoniæ Regem, quoties ad Cosmum Turrianum, Jesuitam, salutatum accessisset, id ei honoris habuisse, ut in ædium ingressu, pugionem, cæteraque arma, deponeret *pag. 62.*

3. Hodiè tamen, ex recepta Germaniæ consuetudine non solùm gladiis accinctis, sacris interesse licet; (nisi quòd ad sacram synaxin, & susceptionem infantium è sacro lavacro, accessuri, qui religiosiores, vel saltem civiliores, sunt, arma deponunt) sed & in plerisque Civitatibus Imperialibus, Civibus omnibus, sub multâ, injungitur, ut concionibus, gladiis accincti, intersint, ad omnes subitos casus parati, *quod & suprà monitum.* v. Rittershus. *de jur. asyl. cap. 7. n. 5. p. 106.* Maximè, si in provincia, motus aliqui existant, aut metuantur: Vel exercitus aliquis oberret; uti factum Argentinæ. mens. Octobr. 1643. ubi sub pœna 39. solidorum, civibus injunctum fuit, ut concionibus armati, interessent. Quod & aliàs sæpè fuit observatum. Idem, de vetustissimis Germanis, Plin. *in Panegyr.* testatur, ibi: Hæc Majores vestri templa non ingrediebantur, nisi armati. Quamobrem haut immeritò quærere licet:
Q. Cur in *Aureæ Bullæ cap. 2. §. 1.* à serenissimis Electoribus & secularibus requiratur, ut Francofurti ad Rom. Regis electionem processuri, in templo D. Bartholomæi, omnes, cum tota familia, tempore præstandi juramenti, inermes, coram altari consistere cogantur? ibi: Die Alle sollen mit jhrem gantzen Gesinde / vngewapnet ꝛc. Commentatores equidem, eum locum, sine disquisitione ulteriori, prætermittunt. Nec Dn. Limnæus *lib. 2. cap. 3. n. 41.* ubi Ceremonias Electionis describit, quicquam hîc movet. An ergò religioni id datur; an securitati? An utriq;? An libertati ferendorum suffragiorum. Sanè exemplum prælii in Ecclesia Goslariensi inter Episcopi Hildesiensis & Abbatis Fuldensis ministros armata manu, cum

nu, cum multorum cæde Anno 1063. commissi. *v. Lamb. & alios ap. Cluver. in Henric. IV. p.504. Gothfrid. part.6. Hist. Chronolog. pag. 549.* Posterioribus Impp. cautelam hanc non immeritò potuit persuadere. Utiq; in Comitiis Aliis, sereniss. Saxoniæ Elect. vel ejus Legatus, gladium Imperatori præfert, eumque vice Mareschallus durante officio Missæ sustinet. *v. Arumæum cap.7. de Comitiis. n.10.*

4. Alicubi tamen Pontificii etiamnum, in Monasteriis, eum morem servant, ut, in aditu domum religiosarum, arma deponere jubeant illos qui, earum contemplandarum causâ, intrare desiderant. Quid Impp. ipsis, hac in re, olim custoditum sit, apparet ex act. Concil. Ephesin. cujus summam, huc pertinentem, refert Baron. in Ann. 431. §.6. ubi Theodosius Imperator ita loquitur: Nos, qui legitimi Imperii armis nunquam non circumdamur, quosque, sine armatis stipatoribus esse, non convenit; DEI templum ingressuri, foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, regiæ Majestatis insigne, humiliter deponimus, & sacra altaria, munerum tantùm offerendorum causâ, accedimus: Quibus quoque oblatis, ad extimum, communeque atrium, mox Nos recipimus, nec quicquã ex propinqua divinitate, nobis arrogamus. &c. Eaque de causa gravius puniuntur, qui in Ecclesiis turbas movent, vel aliàs delinquunt. *l.2. & 5. C. de his qui ad Eccles. confug. l. si quis in hos. 10. ibi: vel ipsi cultui locoque aliqua irrogatur injuria. Cod. de Episcop. & Cler. D. Carpzov. lib.3. Iurisprud. Consist. definit. 95. & seqq. Hæc ille.*

5. Sed & *profani quidam loci*, arma non admittunt, veluti (1.) *Palatium Principis: arg. tit. C. de palat. & domib. domin.* Angelus *in l. armatos. 9. D. de vi publ.* Socin. *reg. 48. in fin. per §. ad palatium. 6. lib. 2. F. 27.* Laudens. *tract. de Princip. privil. 632.* Quâ ratione Principes jam olim securitati suæ consultum voluerunt. Sic Claudius Imp. omnes, qui ad ipsum veniebant, viros & fœminas, explorari jubebat, ne quem gladium, aut sicam haberent: In conviviis etiam ubique milites quosdam adstantes habebat, atque id ab eo deinceps, ad hoc ævi, servari, *ait Dio in Claudio.* Quod & Neroni placuit: Hinc Vologeses, Parthorum Rex, propriis nunciis à Corbulone, Romanorum Duce, petiisse, apud Tacitum, legitur, ne qua Tiridates, ipsius Frater, quem Armenii Regem coronaverat, *Palatiũ Principũ.*

V 2 ferrum

ferrum ponere cogeretur: 15. *Annal.*32. & ubi Tiridates, ad Neronem veniens, acinacem ponere, juberetur, aliàs ad ſalutationes Imperatorias non admittendus, *Dio lib* 63. renuit; ſed clavis eum vaginæ adfixit. *Xiph lin. in Nerone.* Porrò, in cœtu ſalutantium Principem, ferro accinctum depræhendi, capitale fuit, (ut apparet exemplo Gn. Novii apud Tacit. 11. *Annal.*22. *Et* 4. *Annal.*21. de Calpurnio Piſone, accuſatores Majeſtatis, inter alia criminabantur: Eum, gladio accinctum, introire curiam.) Quòd, ſub cultus & obſervantiæ prætextu, inſidiæ clandeſtinæ erant metuendæ, uti vel ex *illo Salluſtii, Catilinar. cap.*28 patet: Conſtituere eâ nocte, paulò pòſt, armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire ad Ciceronem, & de improviſo, domi ſuæ, imparatum confodere. Hanc tamen ipſam ſalutandi conſuetudinem, manente etiamnum civili bello, Veſpaſianus omiſit, teſte Suetonio, *in ejus vit. c.* 12. *in fin.* neque dum hodiè Aula Imperatoria, ſolicitè ſervat *v. Autor ſtatus Regim. Imp. c.*8. 64 *verſ. ſupremi cubic.* quamquam in aliis Aulis, ubi nec cœlo proxima capita, à mucronibus Monſtrorum, ſatis ſunt tuta, etiamnum obſervetur. *v. Vincent. Lupanum de Magiſtrat. Francor. lib.* 1. *ſub tit. de Rege Ribaldorum & Præpoſito hoſpitii.* Vor dem Groß-Fürſten in Moſcaw/ darff niemand/ auch die Legaten nicht/ im Degen erſcheinen. Olear. in der newen Moſcawitiſchē Perſiſchen Reißbeſchreibung/ *pag.* 27. Similia de tyranno Turcico memorantur v. Adam Wennerum im andern theil Conſtantinop. Reiſe. pag. 56 ubi rationem & occaſionem hujus moris ex aliis enarrat. Idq; in Legatis hoſtium jure & conſultò fieri eleganter docet Freder de Marſelaer *lib.* 2. *Legati ſui, diſſert.* 12. *pag* 253. Ibi: Arma, quamvis ut ornamenta, more ſæculi, legatus gerat non timenda: Deponere tamen, dum excipitur, quandoque ab hoſte jubetur, atque adeò quandoque veſtimenta excutere, ne quid fortaſſe teli abſcondatur. Reperire enim fuit, & fortè in poſterum fuerit eâ audacia & improbitate homines, qui magnam potius quàm bonam expetentes famam, memorabili aliquo, licet nefario facinore & manum & munus violare audeant vitæ ſuæ prodigi, ſic velut domini alienæ; prompti & cupidi interire, modò interimant *Hactenus Marſel.* Nec Venetus Senatus, niſi poſitis armis aditur, *v. Hubert. Thomam lib.* 7. *Annal. Friderici II. Palat. pag.*143. Ubi ſingularis benevolentiæ elogio deprædicat

prædicat

prædicat beneficium Principi suo exhibitum, quod in Senatum gladio cinctus introductus fuerit, quod nemini alias permittatur: Ministris autem sine gladiis ingrediendi potestas facta fuerit, *conf. inferius. §. 7.* De aliis Italiæ Principibus talia nondum observavimus, utcunque in ceremoniis ejusmodi & titulis valde sint delicati. v. In Consultat. Europ. Orat. contra Ital. *p.* 797. Similis narratio invenitur in relatione Danielis Eremitæ pag 325. (Hominis procacis& dicacis, qualis esse solent, qui per gradus syncretismi in apostasiam prolabuntur. *v. Casaubon. epist.* 458. *pag.* 551.) ¶ An autem, stante jure: Ne arma gestare liceat, in Palatio Principis: hoc & absente Principe, est intelligendum? Adfirmat id contra negantem, Petr. Placam. *lib.* 1. *epit. delict. cap.* 8. Menoch *de* A. I. Q. *d. cas.* 394. *n.* 40. Distinguit Decian. *d. cap.* 3. *n.* 61. An statutum loquatur de Palatio, demonstrativè, *ut Palatium potestatis*; aut conditionaliter: *si aderit Potestas*: Illo casu, ne quidem absente Potestate, arma inferre licere, hoc autem, absente Potestate, pœnam non incurrere, decernit.

6. Nec (2.) *Curiis* seu *Prætorio* arma inferenda sunt: Nam, ut à reliquis adfectibus: ita & à metu, ea loca immunia esse debent. *v. l.* 3. *C. de metat. Et Epidem. & ad eam, suo loco dicta.* Quod vel de Magistratu ipso; vel de subditis, intelligitur. *Quod ad Senatores*, ita sanè, jam olim, dispofuit Theodos. Imp in *Codice Theodosiano lib.* 14. *tit.* 10. *l.* 1. ut nullus senatorum, habitum sibi vindicaret militarem; sed chlamydum terrore deposito, quieta colobiorum & penularum indueret vestimenta &c. Quanquam lex illa, non ad *prætoria* speciatim pertinet, sed ad totam Urbem Romanam. Horsum certè illud Taciti, 6. *Annalium* 1. allegari potest: ubi, cum Togonius Gallus, Tiberium Imperatorem oraret, deligeret Senatores, ex quîs viginti, sorte ducti, salutis ipsius defendendæ causâ, ferro accingerentur, respondit ille: *Quam deinde speciem fore, sumentium in limine Curiæ gladios?* Item illud, quod apud Liv. *lib.* 8. *c.* 5. legitur: Cum L. Annius Setinus, Latinorū Legatus, à Romanis petere auderet, ut alter Consulum è Latio crearetur, Titium Manlium, Romanorum Cos. adeò excanduisse, ut jurârit: Si tanta dementia Patres conscriptos cepisset, ut à Setino leges acciperent, gladio cinctū, venturum se, & quemcunque in Curia Latinum vidisset, suâ manu Prætorium.

interemturum. Et alia. *Principes* tamen, præſidere ferro cincti, ſoliti, occupato Imperio, nec firmatâ omninò, aut fidâ adhuc potentiâ, quemadmodum de Auguſto, loricâ ſub veſte munito, ferroque accincto, jam ſuprà dictum eſt. Quem ſequutum dicit Clapmar. *de arcan. Rerump. lib 3. cap.*14. Coſmum Medicem, qui non, niſi armatus, & cum manu militari, in ſenatum venerit. Planè, in pacatis hodiè Rebuſpubl. quia metus mutuæ oppreſſionis & violentiæ ceſſat, non ipſi Magiſtratus tantùm; ſed & miniſtri honoratiores, item ii, qui non dignitatis; ſed cuſtodiæ causâ, præſtò ſunt, arma, in curiis geſtant.

7. *Quod ad ſubditos*, ex Conſtitutione Friderici, *ne militi* quidem, (cujus tamen membra, arma eſſe cenſentur, uti ſupra dictum,) ad *Palatium*, i. e. forum judiciale, vel curiam, *arg.* 2. *F.*46. *An apud judicem, vel curiam Domini &c.* arma ferre licet, 2.*F.*27. §.*ad Palatium.*6. *de pac. tenend. & ejus violat.* (Dd. utraque, & hâc, & ſuperiori ſignificatione, *Palatii* vocem accipiunt,) immò, *ne Nobili* quidem: Tiraq *de Nobilit. cap.*20. *n.*73. Quâ ratione receptum, ut, in judicio Equeſtri Sileſiaco, im Schleſiſchen Ritter-Recht vnd Ehrengericht/ apud Volckmannum, (quod ceu Regale ſummum Lydiumque veræ Nobilitatis lapidem, Sileſia ſibi ſervat,) antequam quis admittatur, Ehe Er vor die Ritterbanck vortritt/ gladium deponere cogatur: *Georg. Wentzki*, vom Schleſiſchen Ritter-Recht vnd Ehrengericht. *pag.*37. Simile quid de Venetis, narrat Decian. *d. cap.*3. *n.*61. Quòd illi non permittant, ut ullus, etiamſi miles ſit, aut quacunque præfulgeat dignitate, in Collegio, aut Aulâ, ubi Senatus congregatur, arma ferat; ſed quod arma extra portam, ſint deponenda. *Quam relationem* ἀυτόπτης *Hubertus, ſua narratione firmavit, ſuprà* §.5. Ita de Mediolanenſium Conſtitutione, teſtatur Menoch. *de* A. I. Q. *d. caſ.*394. *num.*38. Quòd eâ cautum ſit, ne arma quis ferat coram Judice, eo die, quo ferenda, ab eo, eſt ſententia. Ex quâ colligit, aliis temporibus, ea ferri poſſe, cum ubique fere uſus admittat, ut ea ferantur. In Republica Argent. ita hac de re cautum, im StattRecht: *artic.*4.9. *ſub tit.* Wer gewaffnet vor den Rath kompt. Wer vor den Meiſter/ vnd vor den Rath/ da Sie ſitzen vnd Richten/ gewaffnet gehet/ mit welcher Handgewehr das iſt/ (ohne mit einem ſchlechten Meſſer) vnd das kündlich iſt/ vnd damit

ergriffen

ergriffen wird: Der besserts/vnd ist ein Jahr von der Statt/ein Meyl. Ist es aber nicht kündlich/so soll er seine vnschuld thun ꝛc. De impetuoso accursu, loquitur *artic.53. sub. tit.* **Wer mit Waffen/ vor Rath lieffe:** hunc in modum: Welcher vnser Burger/ mit Spiessen/ Hälbarten/ Lantzen/ Messeren/ Schwerdtern/ Pantzern/ Bickelhauben/ oder anderen Waffen/ vnd bereitschafft/ käme gangen/ oder gelauffen/ für Meister vnd Rath/ da Sie richtend/ vnd da Sie zu Rath sitzend/ Er käme auß seinem Hauß/ oder Hoffe/ oder wannenhero Er käme/ vnd das Gericht jrrete; oder Rathsherren/ da sie zu Rath sitzend/ oder ein Geschälle machet/ oder jemands anlauffet/ in den Gassen/ mit den vorgeschriebenen Waffen/ oder beraitschafft/ der von Gericht geht/ oder von den Rathsherren/ ist Er ein Schöffel/ der das thut/ der soll sein Schöffel-Ampt verlohren haben/ vnd sein Burgrecht/ vnd soll 10. Jahr von der Statt sein/ ein Meil/ vnd bessert 20. Pfund Pfennig. Ist Er aber nicht ein Schöffel/ der soll sein Burgrecht verlohren haben/ vnd soll von der Statt sein/ 20. Jahr/ ein Meil/ vnd bessert 40. Pf. Pfennig. Auß welches Hauß Hoffe oder gewalt/ der vorgemeldt Zulauff geschehe/ will der Wirth schweren an die Heyligen/ daß er es nicht ent wüste/ noch Rötten/ noch frummen wäre/ noch nicht ersehen; vnd hette Er es gewust/ oder ersehen/ Er hette es gewehret/ so fern er möchte; So soll Er ledig sein/ will er aber nicht schwören/ so soll Er die vorgenannte Besserung thun/ vnd jehne/ so also gelauffen hand/ auß seinem Hauß/ Hoffe oder gewalt/ der soll jeglicher die Besserung thun ꝛc. Et nuper adeò in Actis publicis sive diurnis legebamus, sub d. 26. Augusti hujus anni 1651. Lutetiâ perscriptum fuisse: Cum in gravi quadam causâ discutienda, Parlamentum occuparetur, talem, tantamque populi fuisse excitatam vociferationem, ut Senatus conferre vota haut posset; itaque è vestigio publicatum Decretum fuisse: Daß hinführo die Pforten deß Pallasts/ solten verwacht vnd niemand/ mit einem Gewehr oder Degen/ eingelassen werden ꝛc. Exterorum certè, alia causa esse videtur, ad quorum dignitatem, respectus est habendus, An eo honore, ut, coram Magistratu loci gladio accincti, compareant, afficiendi sint, vel non *v. Marselaer lib. 2. legati differt. 12.* Quò trahendum est, quod Legati Decebalis, Dacorum Regis, victi à Trajano, cum in Senatū intromitterentur, deponere arma jussi sunt. apud Dion. Cassium *lib. 68.* Plura, de ritu

ponen-

ponendi, apud Magistratum, ferri: vid. ap. Lips. *in Elect. cap. de Liberibus. collata* §. 5. *hujusce cap.*

8. Gravius certè plectendus est, qui in his locis, ferrum stringit. v. P. Jovius *lib. 25. histor. sui temporis, pag. m. 89.* ubi refert Alamannum præcipitis audaciæ juvené, capite plexum esse, quòd in Leonhardum Ginorium, honestum civem, modestiam ab ipso requirentem, in ipso Curiæ limine, ferrum distrinxisset; quo in loco, lege latâ, nefas etiam arma, adversus quenquam, nudare, aut tumultuari. Idque factum, cum summi Magistratus Majestatem læsisse céferetur, nec ille amens, & exitiali superbiâ tumens, curiæ areâ excedere vellet, Decuriones ad congruam severitatem perpulisse: Apud quos Balthasar Carduccius, (qui Patavii, Jus Civile profitendo claruerat,) vulgò Scimatarra dictus, (quæ vox incurvi, atque terribilis barbarici gladii genus significat.) ex civilis juris lenitate, tutari reum, frustrà fuerit conatus: Cum Alamannus, in superiore Curiæ tabulato, capitali supplicio denique affectus fit. conf. Dn. Carpzov. *part. 1. quæst. crimin. 40. n. 30.* ubi de pœna percutientis aliquem in loco publico, an gefreytem Orte. Besold. *thes. pr. verb.* Burgfriede. *vers. interdum.* cum Chassanæo refert, multa Palatia Principum tali securitate esse munita, ut offendentes aliquem in illis capitaliter puniantur. Pluribus in locis pœna amputationis manus, tabella amputationem præfigurante, solet indici. *D. Carpzov. d. loc.* Referri eodem potest, ex Edicto, 9. Febr. 1650. in hac urbe publicato §. Wofern aber jetzt specificirte frevel/ einer oder mehr/auff unserer Pfaltz ꝛc. Quod Edictum infra suo loco integrum repræsentabitur.

De admensatione.

9. In aliis etiam (3.) *Conventibus & Comitiis publicis* armorum gestatio est interdicta *v. omninò Tiraquell. de Nobilitat. cap. 20.* Quin imò L. Juliâ, *de Vi publ.* tenentur, qui cum telo, in concione, vel ubi publicum judicium exercetur, fuerit dolo malo. *l. qui dolo malo 10. pr. D. ad L. Iul. de vi publ.* Paul. *5. sentent. 26.* §. 3. Menoch. *d. cas. 394. n. 35. & seqq.* Cur autem hìc requiratur dolus malus, cum in *l. in eadem 3. §. in ead. leg. 1. ff. eod.* simpliciter legis Juliæ reus fiat, qui cum telo, in publico fuerit? Non una occurrit ratio; quibus tamen animus, non omninò acquiescat. Si enim dixeris dolum malum etiam *in l. 3. §. 1. d. t.* subaudiendam esse: Ulpianum in l. 10. otiosè

Expositio l. 10. vers. item qui cum telo. Ad L. Iul. de vi publ.

otiosè eam clausulam adjecisse, simul constitues. An E. plus est, in publico armatum apparere; Minus in concione: ut hic dolus, non item ibi, præcisè exigatur. An v. publicum ibi, *in d. l.* 3. § 1. concursum populi notat: Hic pacatam coitionem & concionem? *v. de aphoplismo. c.* 3. § 7. *pag.* 63. An Historia clariorem lucem, huic obscuritati inferre potest? Romani enim primitùs, in Comitiis Centuriatis, cuncti armati, sub suis quisque signis & centuriis, convenerunt; posterioribus autem temporibus, non omnes cives, in Campum Martium, confluxerunt, sed præsidii causâ, ut ait Gell. *lib.* 25. *c.* 27. paucorum hominum exercitus, fuit imperatus, atque in Janiculum, custodiæ causâ, introductus, erecto vexillo, donec peracta essent Comitia. Rosin. 6. *antiquit.* 14. vid. omninò *Valer. Max. lib.* 6. *cap.* 5. *ex.* 4. ubi exemplum Charondæ. Si quis ergò horum, per incogitantiam aut ignorantiam, ad Comitia dilapsus esset, forsan hoc capite excusatus erat, quòd, eâ die, Civibus quibusdam liceret esse armatis. Quanquam & hoc fatear, non quasque conciones, Comitia, in specie dicta fuisse: Comitiis enim dies indicebatur, ad ferendam, de aliqua re, per suffragia sententiam. Rosin. *d. l. lib.* 6. *cap.* 1. vide, quæ de Comitiis, congessit Hilliger. 6. *Donell. enucleat.* 6. *lit. B.* & prolixiùs Arumæus. Conciones autem sæpè, cum populus aliàs, ludorum aut census gratiâ, convenisset, habebantur, quod tùm Livius *lib.* 4. *cap.* 35. ibi: post ludos, seditiosæ conciones Tribunorum fuerunt &c. Tùm Cicero, innuit *in.* 2. *Verrin.* ubi scribit: Non Committam, ut tum res judicetur, cum hæc frequentia totius Italiæ Româ discesserit, quæ convenit uno tempore, undique, Comitiorum, ludorum, censendique causâ. Ex quibus & alia conjectura nobis nascitur, respicientibus ad exceptionem *d. l.* 10. *ibi*: *Exceptus est, qui propter Venationem habet homines, qui cum bestiis pugnent. D. ad L. Iul. de vi publ.* Quasi is non puniatur, qui post ludos, in concione, cum telo, aut hominibus, quos depugnandi cum bestiis gratiâ habuerit, remanserit. Sed hæc Philologis, vel ipsi etiam συζητήσει, relinquo: Quæ vellem, ne à plerisque, sine animadversione, essent prætermissa. *v. A. Mathæi ad lib.* 48. *D. tit.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. *alia dubia moventem. De quibus in Racemationibus D. d. plenius sumus acturi.*

10. Utiq; Charondæ (Thyriorum) Lex illa, sine limitatione,

pta fuit: Ne quis, cum ferro, in concionem prodiret: quam cum ipse violâsset, ferro districto incubuit & occubuit, teste Valer. Max. d. exempl. 4. Quanquam alii hoc factum sive fatum, Zeleuco Locrensium, Alii Diocli Siracusiorum legumlatori adscribant. v. *Tiraquell. de Nobilitate. c.20. n.74.* Ita, cum in electione Sigismundi, moderni Poloniæ Regis, Zamoiscius & alii, renovato ultionum per interregni commoditatem, sensu, ut ab injuria tuti essent comitatu velut militari, ad Comitia venissent, aliquot dies, non sine magna animorum contentione, & verborum asperitate, cum Lituanorum Legatis, sunt traducti, dicentibus illis: se non ad bellum: sed ad legitima, novo Regi creando, Comitia, profectos: ac proinde in Senatum Polonum, nisi prius arma deponerentur, venire recusantibus, Thuan. *lib.88. histor.* §. Verumtamen, ubi metus est, ne dum cives congregati sunt, aliquid subitò moveatur, tum quoque Comitia, & Conventus armati, solent indici, quales ferè fuerunt veteribus Gallis, qui armati, in concilium venire, Liv. *lib.21. cap.20.* & antiquis Germanis, qui armati, considere, & si consilium propositum placeret, frameas cõcutere, sunt soliti: quod honoratissimum assensus genus erat. Tacit. *de moribus German. c.11.* Sed hoc posteritati Christianæ meritò displicuit. v. *Constit. Imperatoris Pipini lib.2. leg. Longobard. tit.46. de armis infra* (pro intra) *patriam non portandis, vel ad placitum. leg.1. Imp. Pipin. Vt nullus ad mallum, (h.e. Conventum generalem,* weil alle zumahl zusammen kommen. *Voss. lib.2. de vitiis serm. cap. 12. p.24. vel majus judicium. Lindenbrog. in Indice ad leges antiquas. Hinc mallare & admallare pro in jus vocare. v. Voss. d. loc. & d. lib.2. c.24.) Adhib. d. de aphorismo. cap.3. §.3. p.63.* Quam legum Romanarum & Longobard. prohibitionem notare jubet Tiraquellus *d.c.20. n.75.* nobiles, qui in Senatum audeant ingredi ensibus cincti, putentque dedecori id sibi futurum, si enses relinquant, ignorantes quid decus, quidve dedecus sit. Quod non aliunde procedere ait, quam quod nobiles nostri (cave hoc de omnibus intellexeris) & legum & omniũ bonarum artium sint ignari, atque etiam honestarum historiarum: Ex quibus hæc saltem addiscere poterant. *Hactenus Tiraquellus.* Quæ opprobria ad eos nequaquam pertinent, qui jure

magi-

magistratus, pro more regionis, senatui armati assident: & inter ornamenta, cinguli jure utuntur. *v. supr. §. 6. in f.*

11. In *Conviviis* itidem (4.) arma deponi solent, ne aliquando calefactis per vinum cerebris, visa inter temulentos arma, cupidinem sui moveant. Tacit. 1. *Histor.* 80. Quamobrem Telemachus, submovenda à procis arma esse, ratus, causam addit: Conviviis.

Μή πως οἰνωθέντες, ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν
Ἀλλήλοις τρώσητε.
Ne quando temulenti jurgia deinde seratis
Mutua lædentes.

Et causam causæ αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος:
Namque viros ferrum trahit ipsum.

Homer. *Odyss.* π. Lips. *in not. ad d. l. Tacit. not.* 150. Quod non observârunt Majores nostri, qui tum ad negotia; nec minùs sæpè ad convivia, procedebant armati. Tacit. *de morib. German. cap.* 22. iisque convivantibus, famulos adstitisse, vel assedisse, cum scuto, lanceâ, & justis armis, vult Athenæus *lib.* 4. vid. Lips. *not. ad modò d. c. 22. Taciti. n.* 43. fortè, quòd minus tuti à vicino hoste essent, & ne quaimparati opprimerentur, metuerent. Idem Persis & Parthis tribuit Ammian. Marcell. *lib.* 23. *c.* 30. referens, omnes eos promiscuè, vel inter epulas, festosque dies, gladiis cinctos: Eundem Græcorum veterum morem, primos abjecisse Athenienses, Thucydides *lib.* 1. autor est. *Meurs. p. 2. Exerc. crit. c.* 9.

12. Denique, *in ipsis* quoque *Castris*, aliquando armorum usus, ex causa, interdictus legitur: Sic enim Otto Frisingensis *lib. 2. de reb. gestis Frider. I. cap.* 15. Cum crebræ in exercitu ortæ fuerant seditiones, legem dedit, Ne quis infra castrorum ambitum, gladium, ad quodlibet commilitonis nocumentum, portare auderet: adjiciens pœnam, ut quicunque, hanc treugam violando, quempiam de sociis vulneraret, manu mutilaretur, vel etiam capite obtruncaretur. Hac tàm necessariâ, quàm sapienti lege datâ, de cætero juvenilium irrationabilem impetum animorum conquievisse, commemorat. Similem disciplinam, in castris Turcicis, jam supra *de Exarmatione cap. 3. §. ult. pag.* 65. observavimus. Add. Carol. à Mansfeld. *Magister. milit. tract. 2. part. 1. cap. un.* Castris.

X 2 *Bodin.*

Bodin. lib. 4. de Republ. c. ult. p. 487. vers. At Turcarum legibus, etiam militiæ, exarmatum esse oportet. conf. Curt. 4. 13. 21.

13. Dicendum etiam fuerat de tempore: Nam aliqua arma interdiu licita, de nocte portare, vetitum esse, refert Tuscus *lit. D. conclus. 243. n. 8.* Qua de re, peculiariter in hac Republic. cautum fuisse, perspeximus auß der Becker Zunfftbuch. *pag. 47. ibi:* Vnsere Herren Meister vnd Räth. *sub tit.* Messer vnd lange Wehr. Integra sanctio formaliter sic habet: Vnsere Herrn Meister vnd Räth/ vnd die XXI. haben Erkannt/ geordnet vnd gesätzt: Daß niemand/ wer der seye/ frembd oder heimisch/ hoch oder nieder/ kein vngewöhnlich Gewehre/ bey jhme haben oder tragen soll/ in dieser Statt/ noch in den Vorstätten/ weder bey Tage noch bey Nacht: als Aextlein/ Wurffbeyhel/ Kolben/ Werffkugel/ oder anders/ wie das genant werden möchte: Dann welcher das darüber trüge/ oder bey jhm funden würde/ dem soll man das nehmen/ vnd soll Jhren jeglicher darzu/ der Statt besseren x. ß. die man auch niemand fahren lassen soll: Es wäre dann/ daß einer strackes Fußes/ durch die Statt gehen/ fahren oder reiten wolte.

Es sollen auch Handwercks-Knechte/ vnd andere/ die nicht Bürger seind/ frembde oder heimische/ Nachts/ mit keinen Schwertern/ Degen/ langen Messern/ oder andern Gewehren/ auff der Gassen/ gehen: Dann/ welcher Nachts/ von den Scharwächtern/ Ammeistersknechten/ oder Thurnhüttern/ nach der Glocken/ so man nennet die Bubenklock/ also mit Gewehr/ ohn ein brennend Liecht/ auff den Gassen/ in Wirthshäusern oder Bierhäusern/ funden wird/ dem soll man sein Gewehre nehmen/ vnd nicht wieder geben; Er gebe dann den Knechten zuvor 2. ß. Pfenning/ der man auch niemand fahren lassen soll. Porrò, de modo arma, non tàm gestandi, quàm usurpandi, ad salutis tutelam deinceps tractandum erit.

CAP. II.

De modo armis in conflictu aut collisione inculpatè utendi.

1. MOdus armis inculpatè utendi, seu *Usus inculpatus Consistens in gestatione qua ad nullius læsionem aut offensionem progrediatur:* cùm

cùm aliàs *l.1.2.11 §.1. Ad L.Iul. de vi publ.l.3.de just.& jure.l.2.& seqq. C. Ad L.Corn.de Sicar.* tum quoque *in § si quis rusticus 5.lib.2. Feud.tit.27.* non solùm innuitur, sed etiam in θέσει & ἄρσει declaratur: Ita nimirum arma gestanda esse, ne quenquam iis offendamus, ne distringendo quidem, *v. Novell.142. præfat.* terrendo, aut metum incutiendo, quod Dd. admenare s. adminari vocant, apud Farinac. *quæst.107. n.165. & seqq. diceturq; hac de re, in disp. peculiari.*

2. *Usus* ergò armorum ortus s. ultimus consistit *in vi nobis illatâ propulsanda,* sive in justa defensione: quæ quidé præcepto Salvatoris nostri, (de non resistendo, *Matth.5,39.*) nequaquam destruitur: siquidem, ut aliis Dei legibus, generaliter prolatis: Ita etiam isti, tacita subest exceptio: summæ justæve necessitatis. *H. Grot. lib.1. de jure belli & pacis cap.4. §.7. v. Dn. Balduin. lib.4. cas.consc. cap.1. casu.13. p.888. D. Dannhavverum Colleg. decalog. disput. XI. θ.17. ibi:* Christus gladium permittit, non in offensionem; sed in defensionem. *Lucæ.22.36.38.* De Defensione ista, cum post veteres complures, methodicè egerint Wesenbec. *in parat. Et latiùs in Comm. C. Quando liceat unicuique. Obrecht. Kremberg, & alii, his citati;* Nos tritam aliis viam non ingrediemur; sed ad rem nonnulla, ante multos annos designata, breviter repetemus. Nimirum, omnis Defensio Seria: (*neque enim de lanistica & pugillatoria nobis nunc agere constitutum est vid. post Gumpelzheimerum Bocer. Limnaum lib. 8. de jure publ. lib.8. cap.6.num.89. & seqq. P.Voet. de duellis cap.5. sub tit. Quid dicendum de armorum exercitio. Gladiatoria verò penitus damnatur si scil. cruenta præbeat spectacula. l.un. C. de gladiatoribus penitus tollendis. XI. 43. Iterùm Limn. 6. 5. 130.*) supponit offensionem: Offensio autem hîc non quælibet intelligitur; sed Violenta & injuriosa. *l.3. de just. & jur.* Vis infertur, non verbis; sed re ipsâ. Verba enim, aut sunt provocatoria, aut injuriosa, aut minitantia. Quantum (1.) *ad provocationem*, (de cujus formalibus *v. Ægid. Boss. de Homicidio n.56. & seq.*) jam pridem explosa est sententia existimantium, provocatum, sine famæ læsione, tergiversari non posse: cum contra bonos mores sint, hujusmodi provocationes, occasionemque tumultus præstent, qualia, ne facere quidem nos posse, putandum est. *l. filius.15. D. de condit. institut.* quæ autem factu impossibilia sunt, quomodo non facta infamiam importarent? quomodo

De Gymnastica.

Nec sufficiunt verba (1.) provocantia.

modo is, qui cõtra præcepta legum, armis experiri, *l. ſi cujus rei.13.§. ſed ſi inter duos.3. D.de uſufr.l. ſi quis.91. ff.de furt l.nullus.14 C.de Iudæis.* detrectat, puniri mereatur? Ignominiæ cauſæ, expreſſæ ſunt plures, tàm Civili, quàm Canonico, jure; nullibi reperitur hæc iſta. Nec conſuetudo irrationabilis, juri & rationi debet præferri, *l. conſuetudinis.2. C.quæ ſit long. conſuet.* nec hodiè ceſſant pœnæ, tam provocanti, quàm provocato, præſtitutæ. *v.Coll.Iur.Arg. Ad l.Corn. de ſicar. θ.12.n.26. Collat. cap.6. θ.* 18. Peccat ergo, qui provocationem præ lege audit: Non qui hanc obſervat, illâ contempta. Nec cordati; ſed temerarii potiùs, habentur monomachi: fortis enim dicitur, qui, circa maxima pericula, intrepidus verſatur: *Ariſt.3. Ethicor.*10. juxtaq;, Magiſtratum & Deum metuit; *ibid.cap.9. & 10. conſ. Novell.69.pr. ubi ea tantum fortitudo laudatur, quæ cum juſticia & honeſtate coniuncta eſt.* At neminem in periculum conjicit, neque infamiam vecordiæ inurit, verbalis citatio: Contraria verò uſurpatio, aut opinatio; utcunque altas, in mortalium animis, immortalitatem ſeriò vix reſpicientibus, egerit radices, (pro puſillanimi habentium, qui temerariis ejuſmodi provocationibus, ſtrictum paratumq; enſem, illicò non oppoſuerit) contra ſanam rationem & verbum Dei ab homine cordato & ſano nequaquam attendi aut æſtimari debet: utcunque ſepoſita verbi divini & rectæ rationis luce, famæ fumis occæcati homines, inter religioſas leges hanc colant: provocationem à Viro inprimis nobili detrectari non poſſe. *v. D. Franzkium.2. reſolut.23.num.25.* Qua de cauſa Non neminem, in magno Nobilium conventu, gratias Deo egiſſe, accepimus, quòd Deus ipſum naſci voluiſſet, (1.) Chriſtianum, (2.) Germanum, (3.) Ignobilem: Mirantibus autem aliis & ridentibus, rem ita expoſuiſſe, ut pii Nobiles, declarationi facilè aſſentirentur. Siquidem talibus Diabolo hypotheſibus conceſſis, vix conſultum Chriſtiano homini tutumque ſit, decus Nobilitatis, cum periculo ſcilicet animæ, ambire. Ne, itaque plus ſit in opinione; quàm in veritate; Concludo ob duella non armorum uſum indultum, nec rectè quem armis conceſſis uti, qui ſeſe in duella intromittat.

De Monomachia probatoria.

3. Ne quis hîc mihi Textus juris Feudiſtici opponat, quibus duella ſuſtineri videntur. *2. Feud.27. pr. verſ. ſi quis. ibi: niſi per*

duellum

duellum hoc probari poßit: verſ. ſi quis alium. ibi: niſi quod in duello. §.3 verſ. ſi miles adverſus militem, pro aliqua capitali cauſa, duellum committere voluerit. & paß. ibid. Siquidem barbarum iſtud jus, ex conſuetudine Longobardorum profluxit, & ſenſim radices egit, in barbaris hominum animis, qui juris Romani regulam, una cum verbo Dei negligebant, eoq; in tam immanem errorem prolabebantur, ut, certis caſibus & requiſitis ſuppoſitis, hanc inter legitimæ probationis genera admitterent: *Paulus Voet de duellis c.4. pag.43. & ſeq. ubi impium hunc morem, ex eadem cauſa, etiam ad Danos, Hungaros, Ruttenos, Moſcovitas, Anglos, alioſque populos dimanaſſe, oſtendit. conf. Hungariæ Regis Matthiæ decret.6. artic.18. Anno 1486. pag.150.* At, quia poſterioribus temporibus, animadverſum eſt; hanc probandi rationem, juri divino & Romano adverſari: Meritò tota illa immanis & barbara conſuetudo, ex uſu judiciorum profligata & ad legitimas juris Romani probationes, reditum eſt. *v. Antonium diſput. feudal.16. θ.6. B. Chriſtoph. Cruſ. lection. feud. cap.9. pag.76. præced. Dn. Franzk. d. reſolut.23. elegantißimè Dn. Bernegg. ad cap.10. Taciti de moribus German. v 7. quæſt.51. Adhib. Iuris Hungar. tripart. tom.2. & inibi. decret.1. Vladislai Anno 1492. art.37. ſub tit. Duellorum (judiciariorum) abolitio.* Quemadmodum & probationes, per divinum judicium, moribus Longobardorum & Majorum noſtrorum, approbatæ: *d. tit.27. lib.2. Feudor. §.3. verſ. ſi miles. ibi: An divino, an humano judicio, innocentiam ſuam oſtendat. i. e. ferri candentis, vel aquæ frigidæ.* maximis & juſtiſſimis de cauſis, damnatæ ſunt, Inprimis, poſtquam B. Lutheri operâ, Evangelii lux tenebris majorum illata, ſimulque bonarum artium, & Romani juris ſplendor, divino munere, orbi Germanico, jam dudum cæcutienti, reſtitutus eſt. *v. Gödelm. lib.3. de Magia. c 4. & 5. Andr. Libav. p.2. ſingular. pag.198. Hottom. diſp. feud. ult. Bocer. de bello & duello. lib.2. cap.1.* Ut meritò pudefieri debeant, qui in libellis ſuis de origine juris Germanici, Majorum noſtrorum barbariem, hujus ſeculi felicitati, anteponunt: nimirum, quia Romani juris rectitudo, arbitrariæ illorum juriſprudentiæ officit, & Evangelii Lux, portentoſis ſyncretiſmi machinationibus, pleno, per Dei gratiam, jubare reſiſtit. *Conf. ſed cum. judicio, Beſoldum lib.2. polit. cap.2. n.28. verſ.5. fin. ibi:* Cum juris ratio Majoribus noſtris ignota eſſet, ad talia remedia illis confugiendum fuit. (Nolim

Defenſio juris Cæſarei contra Viceliani-ſtas.

enim

enim cum illo dicere: Deum supplevisse) *Et in simili Limnaeum lib. 8. de jur. public. cap. 1. n. 83. & seq. August.* Fischer. *de duello proviso. pag. 35. lit.* R. Ubi, inter causas, cur Germani ejusmodi absurda probationum genera receperint, principalé agnoscit, Legum defectum. *Iterùm Besold. thes. pract. verbo* Burgfriedt. *Marculph. in formul. & Autor formul. veterum. form. 7. D. Carpz. 1. q.q. cr. 34. nu. 4. & seqq.* Ut adeò meritò exclamaveris: Væ illis, per quos tot scopelismi incautæ juventuti ponuntur: ὁ ταράσσων ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρίμα. ὅστις ἂν ᾖ. Nec honestius ad Hæbræorum aut Græcorum Legislationem nos rejiciunt. Nam ut taceamus ex sapientissimarum quarumque gentium, adeoque etiam Hebræarum, *vid. P. Licin. Rufin. Francisc. Raguel. Conrad. Heresbach. Abraham. Saur. Itemque. Gerhardum, Aldstedium, Lælium Mancinum collat. juris Civil. & Mosaic.* & Græcarum *§. Et non ineleganter. 10. Instit. de I. N. G. & Civili. coll. Petiti & Heraldi commentariis ad jus Atticum.* præceptis jus Cæsareum collectum esse, *§. ult. I. de just. & jur.* Utique cum cæterarum gentium, Longobardorum, Saxonum, Anglorum, Danorum, Hungarorum &c. Statutis, jus nostrum compositum, perfectioris syntagmatis palmam, haut dubiè reportabit. *arg. §. 3. ibi: Nos in plenum omnia reducentes. I. de legit. agnat. success.* Cur itaque imperfectissimum perfectiori anteponamus. *contr. §. 7. ibi: imperfecto jure corrigentes. I. d. t. l. 4. §. 9. C. de bon. libert. §. 2. ibi: à Nobis nihil incuriosum prætermissum est. I. de bon. poss. cum simil.* Sed hæc obiter: suo loco plenior defensio adfutura est.

De monomachia augurali.

4. Non ignoramus etiam, quæ de duellis, flagrante bello, jussu superiorum, indictis, soleant disputari: cujusmodi exempla, ex antiquitate, sacra & profana afferuntur à Julio Ferretto, *in tr. de duello. num. 8. & seqq. Voëto, de duellis. cap. XI.* Ac de Magnanimo Cæsare Carolo V. refert P. Jovius *lib. 35. histor. sui temporis. p. 857.* Eum Romæ, ann. circ. 1534. in præsentia Pontificis, Cardinalium & Legatorum plerorumq;, Christiani orbis Principum, sic disseruisse: Se invitum in bellum, contra Gallum movendum, trahi, in quo multæ gentes, nihil mali meritæ & insontes, ipsorum Principum iracundiâ atq; obstinatione, cladem essent subituræ, propterea pietate Christianâ tanto sibi satius videri, & Reipubl. quidem utilius, ut ipse & Franciscus ad singulare certamen descenderent, enseque & pugione dimicantes, controversiam finirent.

Similes, ad Monomachiam provocationes, intercesserunt Anno 1527. *v. Sleidan. lib. 6. p.* 137. *Autor.* der Frantzös. Reichshändel *apud Goldast. lib.* 2. *polit.* R. Händel. *p.* 2. *disc.* 3. Seducti fortè fuerunt dimicatores isti, exemplis Abneris & Joabi, paciscentium: Daß sich die Knaben auffmachen/ vnd vor sie Spiehlen sollen: 2. *Samuel.* 2. *vers.* 14. *& seqq.* Quale certamen etiam Goliath populo Israelitico obtulit, *lib.* 1. *cap.* 17. *vers.* 8. & apud Germanos veteres, solenne fuisse, docet Tacit. *de morib. German. c.* 10. *f.* hoc modo eventum aut exitum belli hariolari ac divinare. *vidend. P. Faber in suo Agonistico. Lipsius in Saturnalib. P. Voet. d. tr. de duellis cap. XI. ubi dist. inter duella ab hostibus oblata*, voluptatis causa; *eaque reprobat*: Et honestatis gratia; sive ad conservandam bonam in exercitu hostili famam. *Quæ duella omninò admittit & suadet: siquidem fama bona fortitudinis plus sæpe hosti incutiat timoris, quam res ipsa aut ratio. pag.* 79. Sed eventus docuit, Deum hujusmodi cruenta spectacula omninò abominari, *inquit D. Brentius ad d. cap.* 2. *n.* 14. Non enim sic ludendum est sanguine hominum, non sic fortitudo virilis, Donum Dei, prostituenda est temerè, inquit Christophorus Froschoverus, *ad eundem locum.* Neque exemplum Davidis, cum Goliatho confligentis, pro antithesi, rectè inducitur; quanquã id Augustum Vischerum, potissimùm movisse videtur, ut statueret, quibusdam, (iisq; satis multis) casibus & duellum illud Longobardicum, judiciale, & monomachiam simplicem defendi posse. Nempe, si illud fiat, inter personas illustres, Nobiles & militares, in causa obscura & capitali, jure belli, authoritate Principis, ad majus aliquod malum avertendum. pag. 47. Monomachiam autem, Idem Vischerus generaliter admittere videtur, quæ, virtutis & honoris & gloriæ causâ, committatur. pag. 431. Contra tot alia scripturæ præcepta, *Levit.* 19. *vers.* 18. *Esaiæ* 58. *vers.* 4. *Matth.* 5. *v.* 39. *Roman.* 12. *vers.* 18. *&* 19. 1. *Corinth.* 13. *v.* 5. *Ephes.* 3. *v.* 17. *Roman.* 3. *v.* 8. *conf. Reusn. lib.* 3. *strategem. cap.* 6. *Henning. Arnis. lib.* 2. *Polit. cap.* 5. Etenim, ut causas altiores & mysticas hîc mittam, quas videre licet apud Augustinum *Dominic.* 1. *post Trinit. serm.* 2. quem sequitur Dn. Brentius *in comment. ad d. cap.* 17. *lib.* 1. *Samuel. pag.* 630. Certum est, multa singularia, in illo negotio, *s. dimicatione Davidis cum Goliatho*, intervenisse, quæ ideò non omnem monomachiam & dimicationem bellicam, à crimine

Et bellatoria.

crimine absolvant: Nam, ut facundè Magnus noster Brentius *Homil.60.pag.617.* indicat: Erat David, divinâ ordinatione, per Samuelem, unctus & vocatus, ut esset Rex Israëlis: porrò, qui vocatur à Deo Rex, is etiam ab eodem vocatur, ut nullâ habitâ privati sui periculi ratione, Rempublicam curet, populum ab hostibus defendat, ac omnia faciat & patiatur, quò honestatem & utilitatem populi tueatur. &c. Hujusmodi vocatione divinâ qui instructus fuerit, sanè tutò, cum quovis Goliatho, congredietur: Non æquè is, qui, à temerario fortè Duce, ludicri, ut sæpè, certaminis causâ mittitur. Itaque mallem sic definire: *Ne bellicam quidem monomachiam, regulariter, licitam esse*, v. cum Machiavello *Besold. lib.2. Polit. c.7 § 39. exeg. ibi: Duelli aleæ committere belli eventum, ridiculum ferè, non solum periculi plenum.* utcunque alii, inverso more, definiant. *v. D. Meisner. lib.4. de legib. politicis, sect.1. q.21. pag.383. ibi:* Monomachia bellica, non est toto genere illicita. *Dn.Bernegg. d. quæst.51.* Neque enim, ex actibus & exemplis planè singularibus, exceptivis, & ut sic dicam, Heroicis, sunt conficiendæ regulæ: sed vice versâ, regula in contrarium constituenda, quæ per hos casus exceptos, fortiùs in cæteris confirmetur. *v omninò D.Balduin. lib.4. de casib. consc.cap.1. casu 12. pag.884. ibi: singularia vel heroica facta sanctorum non sunt trahenda in exemplum.* David *non sine instinctu Spiritus S. prosiliit; inermis juvenis & opilio: Sed futurus populi sui Salvator, quem in libertatem adserturus erat, & in hoc ipso typus salvatoris futurus. Quæ omnia alius quispiam non sine temeritate imitaturus fuisset.* D. *Dannhavverum Colleg. decalog. disput. XI. §.16. f. ibi: Davidis factum inter* ἀμίμητα *& heroica referendum. Cothmannum. 5. respons. 2. n. 112. & seq.* qui reliquis etiam argumentis satis appositè respondet. E quibus etiam D. Voeti oppositionibus sine difficultate occurri poterit. Nempe si monomachiam formaliter & absolutè intelligat inducatque. (Nunquid enim promachus tuus, fortunam in potestate habet? Quid verò tùm fiet, ubi ille adverso fato succumbet? Annon hoc augurio Exercitum tuum perterrefacies? *D. Meisner. lib.4. de legib. q.21 m.315.* An ex unius hominis, animo, robore, fortuna, totum exercitum æstimabis? An sic Deum tentare & sanguine humano ludere, eumve temerè jactare, fas erit. Imò nec prudentiæ congruit, in re tanti discriminis, in quo cardo belli vertitur.

titur.

titur, omnes fortunas uni aleæ jactui subjicere. *D. Dannhavver. d. §. 16. f.)* Si autem ad defensionis speciem per gradus deductam intelligat, faciliore adsensu dimittemus (1.) virum fortem (2.) jussu Imperatoris sui instructum: qui (3.) in maledicum convitia retorqueat: (4.) reipsa v. manus inferentem animosè propellat.

5. Hinc ergò (ut ad propositum redeamus) multò facilius colligitur, quid de privatis hominum quorumcunq; duellis, internecionis aut vulneris infligendi causa, vindictæ privatæ studio, susceptis sentiendum sit: Recteq; adeò pii Magistratus subinde recrudescentem duellatorum libidinem, iteratis edictis refrænant: Quare enim patiatur, ad arma & rixas procedere prætor, quos potest suâ Jurisdictione compescere? *l. æquißimum. 17. De Usufr. Charond. lib. 8. Cod. Henr. tit. 7. l. 4. pag. 231. B.* Quale Edictum Magistratus Arg. superiore Anno iteratò promulgavit, quod memoriæ causâ, huic tractationi inserere libet: Tenor ejus sic habet:

Wir Wolff Dieterich Zorn/ der Meister vnd der Rath dieser deß Heil. Röm. Reichs Freyen Statt Straßburg/ sampt vnseren Freunden den Ein vnd Zwantzigen/ Fügen hiemit männiglich zu wissen / daß Wir eine zeithero mit höchstem vnserem mißfallen erfahren vnd vernehmen müssen / welcher gestalt Gottsvergessene / rachgirige vnd blutdurstige Mannspersonen / auß all zu grosser hitz vnd frechheit / sich entweder durch vberflüssige Beweinung / oder andere ohnzulässige anreitzungen dahin bewegen lassen/ daß sie/ den jhnen etwa zugestandenen schimpff zurechnen/ oder sonsten jhr rachgieriges Müthlein zu erkühlen / einan-
der bey vermeintlichem verlust der ehren/ auß- vnd vnder dem nichtigen
vorwandt Cavallierischen außtrags/ vor die Faust zu Kampff gefor-
dert/ dadurch auch/ wo nicht gar vmb Seel vnd Leib/ jedannoch wenigst
vmb Gesundheit vnd gerade Glieder offtermahls gebracht haben; in-
massen ein solches die leidige Erfahrung vnd vorgeloffene trawrige ex-
empla, mit grossem ärgernuß aller Ehr: vnd Friedliebender gemühter/
nur all zuviel beschienen. Gleich wie nun durch solches ohn Christ-
liches/ bestialisches vnd abschewliches beginnen/ zu vorderst die Gött-
liche Mayestät im Himel/ als in deren mächten vnd gewalt deß Men-
schen leib vnd leben lediglich bestehet/ zum hefftigsten erzürnet/ versucht/
vnd verächtlich auff eine seitten gesetzet/ dem Teuffel dagegen vber Leib
vnd Seel gewalt eingeraumet/ Statt vnd Land mit blutschulden be-

Conf. Policey Ordn. tit. 19. de Anno 1609.

flecket/ Gottes Zorn vnd fluch darauff geladen/ der Weltlichen Obrigkeit in verrichtung jhres Ampts vorgegriffen/ vnd dem Politischen fridlichen wesen dergestalt zu wider gehandelt würdt / daß es auch gar die weisen Heyden/ ohnangesehen sie das Geschöpff mehr/ dann den Schöpffer geehret vnd geachtet/ nicht für ohnsträfflich angeseheen vnd gehalten. Also können viel weniger Wir / als eine Christliche Obrigkeit/ dergleichen Gottlose/ viehische/ vnd höchstschädliche vornehmen/ rauff- vnd schlaghändel nachgeben / billichen vnd ohngestrafft hingehen lassen. Gebieten demnach nicht allein vnseren Burgern / Burgersöhnen/ vnd Vnderthanen/ sondern auch den Studenten/ Schirmsverwanthen/ Handwercksgesellen/ vnd in summa allen Innwohnern vnd Beysassen / sie seyen was Stands/ oder Herkommens/ vnd ansehens sie jmmer wollen/ nicht weniger als hiebevor in Annis 1583. 1609. vnd 1628. geschehen / hiemit nochmahlen alles ernsts/ vnd wollen/ daß sie sich so wol deß Außforderns/ als Erscheinens/ vnd alles dessen / was zu Beschädigung deß anderen erdacht werden vnnd gereichen mag / in Statt vnd Landt / so weit sich vnser Gebiet vnnd Obrigkeit erstrecket/ gantz vnd gar enthalten/ vnd ein ieder vmb seiner zu dem anderen habender spruch vnd forderung willen/ ordentlicher/ vnd erlaubter / so güt: so rechtlicher außtrags mittel gebrauche/ derselben auch begnügen lasse / vnd erinnerlich bedencke/ daß das außbleiben vnd nicht erscheinen/ an wolhergebrachten Ehren/ guten Nahmen vnd leumuth im geringsten keinen Abbruch oder Schmälerung gebären könne.

Widrigen falls/ da dergleichen Außforderen/ ohngeacht dieses vnsers abermahligen Verbotts / vnd wolmeinend widerholten Warnung/ nichts destoweniger vorgehen vnnd geschehen würde / solle der provocans, ob schon sein gegentheil jhme nicht erschienen/ vnserem Fisco Zweyhundert Reichsthaler zur straff verfallen sein. Deßwegen auch/ so bald es zur wissenschafft gebracht/ von vnserem jederwels Regierenden Ammeister mit arrest beschlagen / vnd darinnen so lang enthalten werden/ biß gemeldte Straff erlegt/ vnd die sach/ darüber die streittigkeit erhaben/ zwischen den Partheyen/ entweder güt- oder rechtlich beygelegt vnd vertragen / oder dem geforderten vff sein begehren cautio de non offendendo geleistet sein wird.

Falls aber dergleichen duell, ehe Wir desselben gewahr vnd innen werden/ vorgehen/ vnd einige Entleibung darauß entstehen würd/

solle

solle zwar / wann der provocans geblieben / oder auß empfangener Verwundung gestorben / seinen Erben kein recht wider den Thäter gestattet: dieser aber durch Uns / nichts desto weniger von Obrigkeitlichen Ampts wegen / befundenen Umbständen nach / **am Leib oder Leben gestrafft:** Der provocans, aber so er den geforderten erlegt / als ein vorsätzlicher Todtschläger / vermög weyland Kayser Carls / deß Fünfften / Peinlicher Halßgerichts-Ordnung / am leben / vnd da gleich kein Todtschlag oder Verwundung erfolgt / dannoch beede theil / als verächtere Gottes vnd der Obrigkeit / je nach beschaffenheit der sachen / am Gelt / Leib oder leben gezüchtiget werden.

Gleichmässiger Bestraffung sollen auch die anstiffter / Beschicksleut / Secunden, beyständer / zuseher / vnd die wissenschafft darumb getragen / gehöriger orten aber nicht vermeldet / von Uns gewärtig sein. Vnd damit solche Thätligkeiten desto mehr verhütet werden / vnd vnderbleiben mögen / ordnen vnd wollen Wir auch hiebey / dz die Studenten-Jungen vnd Lackeyen / deß Degentragens sich hinfüro gäntzlich müssigen vnnd enthalten: Dann welche damit / nach publication dieses Mandats / betretten würden / denen sollen jhre Gewehr / so wol bey Tag als Nacht / durch vnsere hierzu insonderheit bestelte diener abgegürtet / vnserem jederweilen Regierenden Ammeister zuhanden gelüffert / vnd die fernere gebühr gegen Herren vnd Dienern vorgenommen werden. Darnach sich männiglich zurichten / vnd vor schaden / schimpff / vnd gefahr zuhüten wissen würdt. Decretum Sambstags den 9. Februarii, im Jahr 1650.

6. Notari autem potest ex Edicto hoc: Etiam provocato, provocantem interficienti, pœnam capitalem aliquando impendere. Quæ sententia media est, inter alias, veluti extremas, seu ad extrema excessus vel defectus declinantes. Nam Saxonici juris interpretes docent, provocatum nunquam pœna capitali afficiendum esse; sed tantum fustigatione, si absque verborum contumelia provocatus sit: Mitiore etiam, vel nulla, si verbis contumeliosis fuerit lacessitus. *v. D. Carpzov. 1. quæst. cr. 29. n. 88. itemque. 4. constit. 10. defin. 1. & 2.* Alii autem indistinctè, provocanti & provocato mortis pœnam dictitant: Inprimis Consultores Edictorum Galliæ: uti videre licet apud Noviss. Edict. compilatorem Petrum Neronem *lib. 1. pag. 640. sub tit. Edict. du Roy, sur la prohibi-*

Obiter, de pœna occisoris provocati.

*tion & punition des Duels. de l'Ann.*1643. *ubi pag.*648. § 18. *f.* indiſtinctè conſtituitur: Quelc ſurvivant qui aura tué, ſera irremiſſiblement puny, de mort. Eo etiam addito: quod criminis hujus accuſationi, ne quidem vicennio præſcribi debeat, *v Brodeum ad Arreſt. Loüeti lit. C. art.*47. *p.*135. Verum ut priorem ſententiam ceu leniorem notat D. Franzkius 2. *reſolut.*23. *n.*52. cum non minus provocatus, quam provocans omni jure à duellis abſtinere jubeatur: & ut Ludovicus XII in illo Edicto pag.642. loquitur: Ils veulent auſſi, en violant toutes les loix divines & humaines ſe faire iuſtice, a eux meſmes, & ſe rendre independans en la choſe du monde, ou ils ſont les plus obligez de ſe ſouſmettre. Ita poſterior iſta nimis quoque dura videbitur, ſi nulla diſtinctio adhibeatur, utrum provocatus deliberatò ad pugnam proceſſerit: An verò ſpacium deliberandi non habuerit, ſed verbis atrocibus irritatus, animum ad ſaniora conſilia reflectendi ſpatium per adverſarii importunitatem non obtinuerit. Ut adeò prudenter in Edicto noſtro, dictatio pœnæ capitalis reſpectu provocati, ad circumſtantias gravãtes reſtringatur. *arg. l. quicquid calore.*48. *de Reg. juris. l. ſed etſi.*5. *Ad Leg. Aquil. v. Bouric. Captiv. centur.*2. *c.*2. & 3. ut in Racem. Crimin. ad L. Corn. de Sicar. pleniùs ſumus demonſtraturi.

(2.) Nec ſufficiunt verba injurioſa.

7. In præſentia hæc de Duellis, pro inſtituti modulo ſufficiant. Porrò, extra ſpeciem duelli aut provocationis ſolennis, ad defenſionis jus redeundo: Neque (2.) verba injurioſa, armis rectè repelluntur. *v. Carpzov. part.* 1. *q.*28. *n.*4. *per c. ſignificaſti.* 18. §. *ult. de Homicid. clement. ſi furioſus. eod. Damhouder. in pract. crimin. cap.*76. *n.*14. *ibi: ſi me quiſpiam invadat inermis.* Nam nec ea vis talis eſt, quæ ſupremam alicui adferat neceſſitatem, uti probat Obrecht. *tr. de neceſſar. defenſ. cap.*2. ſed vel in judicio, actione injuriarum, vindicari poteſt; *l. quæ omnia.*25. *D. de procurat.* vel extra judicium, recriminando repelli. *Idem Obrecht. d. tract. cap.*9. *n.*8. modò ea retorſio fiat in continenti. *Vide, de ea quæſtione, poſt alios, D. Franzkium exercit.*12. *quæſt.*7. & *d. reſolut.*23. *n.*39. *quam ſententiam, contra Rennemannum, prolixè tuetur* Harprecht. *ad* §. *Hæc actio.*12. *I. de injur. n.*108. & *ſeqq. per l.*14. §. *ſi libertus.*6. *de bonis libert. d. l. quæ omnia.* 25. *de procurat.* Nec obſtat artic.104. Conſtit. Carolin. Nam, ut mittamus ea, quæ Dd. alii reponere ſolent, *v. Cothmann.*5. *reſponſ.*2. *num.*111.

*n.*111. dicimus, illum articulum, *cum suppositione* [illegible] *ainis & graduum*, exaudiendum esse: nempe, ut impetitus, sine manifesta labe, & famæ jacturâ, se nequeat subducere: Ideoque famam, verbis laceratam, retorsione salvet; Adversarioque, verbera superingerenti, verbera, defensivè, rependat: Eo autem necem, indesinenti impetitione, machinante; tum demùm, servato defensionis moderamine, cædem invasoris impunitam fore. *conf. D. Franzkium. d. resolut.* 23. *n.* 31. *& seqq.* Unde judicium fieri potest, quid sentiendum sit, de indiscreto quorundam Dd. postulato vel problemate, statuentium: *Nobilem, pro honore proprio tuendo, posse aliquem interficere, nedum aggredi. post* Jul. *Clarum in* §. *Homicidium. vers. Idemque & multò magis. Fachinæus.* 3. *consil.* 82. *num.* 23. *conf. Giurbam consil.* 84.

8. Denique (3.) nec minæ, armis statim sunt repellendæ; nisi sint conjunctæ, cum aliquo violentiæ argumento, quod, ex armorum præparatione, probabiliter colligitur. *l. sed & si.* 5. *pr. ff. ad L. Aquil. l. si quis.* 3. *C. ad l. Cornel. de Sicar. constitut. crim. Carol. V. artic.* 140. Colleg. Argent. *d. loc.* θ. 7. *n.* 3. *cum allegato Damhouderio. Latè Dn. Carpzov. part.* 1. *quæst.* 29. *n* 56. *& seqq.* Qua de re in tr. de admenatione latius dispiciemus. (3.) Nec minitantia.

9. Realem ergo vim requirimus, quæ inferatur, vel personis; vel rebus nostris. *Personis*, inquam, sive corporibus propriis, vel conjunctis. Ubi realiter vis inferri dicitur, cum corpori hominis vis infertur, quæ vel pudicitiam, vel vitam attentet. *v. Iustus Menius in tr. de Defensione, concessâ humano generi, jure naturæ. vers. Est autem omnibus hominibus.* Nam, & eam vim, quibuslibet armis arceri posse, statuo, quæ contra pudicitiam directa est, per ea, quæ habet Treutler. *Volum.* 1. *disp.* 1. θ. 4. *lit.* C. *& allegati.* Add. *l.* 1. §. *pen. ad L. Corn. de Sicar.* Sic Marius Trebonium militem adolescentulum, qui Cajum Lusium, præfectum quendam armatum, stuprum sibi illaturum, obtruncaverat, non absolvit modò; sed etiam coronâ, quæ, propter insignia facinora, more patrio, dari solebat, coronavit. *Plut. in Mario. Coras. ad l.* 1 *pr. n.* 10. *de Iust. & iure Cic. orat. pro Milone. Lessius cum cæteris moralistis lib.* 2. *de iust. & iur. cap.* 9. *dub.* 12. Utcunque sine magna ratione dissentiat *Voetus dict. tr. cap.* 24. *pag.* 160. *vers. existimamus. Itemque Dn. Balduinus lib.* 4. *de casib.*

consc.

consc. cap. 1. *casu.* 15. *pag.* 893. *vers. Ita quidem illi.* Quod nullius honoris æstimatio tanti esse debeat, ut per vitam alterius redimatur. Siquidem Hominibus ingenuis stupri violenti metus (de eo enim hîc agitur) major esse debet, quàm mortis. *l.* 8. §. 2. *Quod metus causa.* Nec vita innocentis; sed hominis scelerati: cum virtuosi hominis pudicitia & honore comparanda est. Jam autem violentus pudicitiæ invasor, scelerato ausu, supplicium meritus est. *arg. l. un.* C. *de rapt. virg. l. si quis.* 5. C. *de Episc. & Cler.* P. H. O. *artic.* 119. *Obrecht. de necess. defens. c.* 2. *n.* 5. *& seqq.* Et latroni comparatur. *d. art.* 119. Ergò pretium tàm scelerati sanguinis, cum pudore hominis, castitate & pudicitia collatum, nullum momentum meretur.

10. Minùs autem habet dubii: an ea quæ vitam aggreditur, Violentia, armis arceri & profligari possit: non solùm, cum jam percussio facta est; sed & ubi adversarius, in actu percutiendi proximo; immò etiam remoto, conspicitur: ut si cum armis veniat, è longinquo, te petiturus; cum enim maximè verum est: Neminem, primum ictum expectare teneri. *l. quod est.* 3. §. *eum igitur, qui.* 9. *D. de vi & vi arm.* Imò qui tùm defensionem sui omittit, dolum perpetrare censetur, alterius verò culpam sustinet, *v.* Bald. *consil.* 3. qui Bartolum propterea in inferno cruciari, scribit, quòd negaverit: extraneum, in periculo vitæ constitutum, non necessariò defendi. *vid. Kremberg. de necessar. defens. quæst.* 2. *& allegatos apud Dan. Ottonem cap.* 11. *iur. publ. p. m.* 275. adeò ut non solùm, ob conjunctarum; sed & extranearum, personarum defensionem, impunè homicidium committi dicatur: secundum Gail. 2. *obser.* 110. 19. Villalob. *commun. opin. lit.* O. *n.* 10. *& seq.* Quam sententiam & nostram facimus iterùm, *cum suppositione ordinis*, de quo ex artic. 140. Constit. Carolinæ jam dictum.

11. In *rebus* autem nostris defendendis, ita armis uti debemus, ne tamen ideò quenquam interficiamus; cum rerum, licet preciosissimarum, nulla, cum vita hominis, etiam noxii, institui possit comparatio. Quod si, dum res nostras defendimus, quis nos violenter κατὰ τὸ σῶμα aggredi pergat: quia jam non amplius de rebus; sed de proprii corporis salute, agitur, impunè etiam, invasor bonorum nostrorum, & infestator corporis occidetur. Volz. *Comment. ad L. Cornel. de sicar. cap.* 7. *n.* 98. Ita accipe Cæpollam

lam. 3.*consil*.44. *pag*.158. Molin. *tom*.4. *tr*.3. *disp*.16. juxta gradationem & ordinem, quem ex artic. 140. constit. Carolinæ, iteratò nunc insinuavimus. Quâ ratione scriptum est, si quis nocturno furi, sine suo, rerumque suarum, Wesenbec. *parat. ad L. Cornel. de Sicar. n*.21. periculo, parcere possit, eum impunè, non occidi: *l. furem*.9. *D. ad L. Cornel. de Sicar.* nimirùm quia tùm de rerum jacturâ tantùm; non etiam de vitæ periculo, agitur: (Quod in urbe præsertim, verum esse, non in agris, putat Cujac. 15. *observ*.15. nempe quod in agris ubi major grassandi facultas est, qui noctu furantur, odio majore sint digni, *l.1. C. quand. lic. unic.*) Quod si absque vitæ discrimine, parcere ei non possit, impune eum occidi. *l. itaque*.4. *§. Lex XII. Tabb. un. D. ad L. Aquil.* videatur Dn. Gothofr. *lib*.3. *ad LL. XII. Tabb. pag*.46. Bachov. 2. *disp. Treutler*.30. *θ*.3. *lit. C. Racem. nostr. crim*.2. *θ*.50. *& Racem*.3. *θ*.36. *Molina tom*.4 *disp*.16.

12. Et hæc quidem ad objecta, & causam defensionis impulsivam, referenda videntur: Nunc, de Moderamine & Modo, cumprimis est videndum. Observatio enim modi s. moderaminis, aliquando planè ab omni pœnâ absolvit; aliquando ab ordinaria. *Ab omni pœna*, liberat defensio (etiam ad cædem adversarii producta) ab eo interposita, qui constitutus fuit in præsenti vitæ discrimine: *ita Gordianus in l. is qui*.2. *C. ad L. Cornel de Sicar.* add. *l*.5. *pr. l*.45. *§*.4. *ad L. Aquil.* Veluti, si aggressorem; *d. l*.2. vel alium percussorem, ad se gladio venientem, repulerit: Tum enim nequaquam, per calumniam, uti homicida, accusandus erit, sed in nullo peccâsse videbitur. juxta ejusdem Gordiani rescriptum, *in l. si quis*.3. *C. d. t. ad L. Cornel de Sicar.* Dubium autem vitæ discrimen, quodnam sit, variè Dd. disputant. Nos explicationi Carolinæ *in artic*.140. inhæremus. *conf. Wesenbec. in comm. C. Quand. lic. unic. n*.7. *ibi: imminens periculum mortis, vel injuriæ personalis, quod ita incumbat, ut evitari aliter nequeat. Clem*.1. *in f. de homicid. c*.2. *ext. eod.* Quod si quis, in ejusmodi periculo, constitutus non fuerit, (hâç enim distinctione, nos hîc rectiùs uti, quàm Salomonii obscuriore, *inter moderamen defensionis, & inculpatæ tutelæ*: cum moderata defensio, etiam sit tutela inculpata: *utcunque hæc magnis viris placeat. vid. Dn. Carpzov p*.1. *const. crim*.28. *n*.18. arguit artic. 142. Constit. Carolinæ. vers. mehr/ so vorgewendet wird) tum pœna, juxta moderaminis exces-

Et requiris moderamen.

Conf. Molinā. d. tom. 4. *tr*.3. *disp*. XI. *n*.5.

excessum, erit moderanda *Dn. Carpzov. part.4. constit.12. defin.8. & quæ infra in consilio de excessu defensionis s. de abusu armorum in articulo defensionis, disputabuntur.*

Quod moderamen respicit & extrema, h. e. initium & finem.

13. Moderamen hoc respicit & modum ipsum, & initium s. tempus. *Ad initium s. tempus* inprimis diligenter respiciendum est; siquidem cardo totius necessariæ defensionis consistit in probatione principii, non tantum offensionis, *uti Dd. tradunt. ap. Dn. Carpzov. part.1. qq. crim.29.n.43.* Sed etiam ipsius defensionis. De eo ergo notandum: justam defensionem, ad alterius impetitionem ex continenti, fieri debere: *l.quod est.3. §. cum igitur 9. D. de vi & vi armat. l. si filiusfam.16. ff. ad SC. Macedon. l. si vitem. fin. §. fin D. quod vi aut clàm.* Vis enim, quæ ex intervallo, infertur, non ad defensionem; sed ad vindictam, spectat, *l. sed & partus.12. §. quæri.1.* ubi Cujac. *D.quod met.caus.* quæ omni jure est prohibita. Obrecht. *d. l. cap* 10.*n*.19. Ut adeò à Johanne Valero *in lib. differ. utriusq; fori verb. defensio diff.1. n.1.29.* inepte hic differentia constituatur: Quasi in foro exteriori se vindicare liceat, *per l.14 §.6.de bon.libert.* ubi vel ultio καταχρηστικῶς intelligitur judicialis, per exceptionem interposita: *Uti cum gl. statuit Vmmius. disp.14. de processib. corollar. sub f.* aut per anticategoriam & criminis relationem. *v. Cujac.20. obser.2.* vel extrajudicialis per legitimam retorsionem in continenti, ad modum justæ defensionis suscepta. *vid. D. Franzkium.2. resolut.23.n.37. & seqq.* Nec minùs insubidè Grotius *lib. 2. de jure belli & pacis. cap.20. §.8.* jus aliquod naturæ nudum à legibus divinis & humanis abstractum introducit, quo vindicta etiam privata probetur; eoq; fine exemplum Samsonis & Platæensium apud Thucydidem subjungit. Quasi verò, juris nomen mereatur, quod à voluntate & lege naturæ naturantis abstrahatur. *v. not. ad pr. Inst. de I.N.G. & civili.* Quasi Heroica exempla, vel etiam publica vindicta: cum privata ista propriè accepta, à viro tam magno & subtili sine temeritatis nota, cum pernicie juventutis, *Grotiana omnia, bona mala, adorantis,* confundi potuerit. Omnis enim ἐκδίκησις, in scriptura interdicitur *Roman.12.v.19.* Est enim propriè loquendo pœna, quæ pro injuria rependitur. Pœnæ autem impositio ad judicem, vel saltem superiorem, omni jure pertinet. Et contra ipsam naturam est, ut quis sibimet jus dicat. *v. Lessium lib.2. de just. & jur. c.47. dubit. 4.*

*Art.*4. Ad hoc autem initium s. tempus defensionis, referri etiam debet Quæstio: An impetitus ab armato, fugam arripere debeat? Quod, per inductionem, *l.* 1. §. *vim vi.*27. *ff. de vi & vi armat.* rectè negat Obrecht. *d.cap.*10.*n.*12. jung. Treutl. 1.*disput.*18.*th.*7.*lit.F.Lessius lib.*3 *Iustit.tr.*3.*part.*3.*c.*3.*n.*2. præsertim, si sine periculo fugere non possit, *Const. Carolin. artic.*140. ut, si vel locum certum non habeat quò se recipiat; vel si habeat quidem; sed ille aut nimis, à loco periculi, distet, aut facilè accedi non possit, citra metum lapsus, aut ædium recludendarum difficultatem. Dn. Franzkius *d. exercit.*12. *quæst.*6.*n.*23. ut adeò Wesenbec. *ad L.Corn. de sicar.n.*22. haut immeritò moderamen inculpatæ tutelæ, non ex facultate fugæ; sed ex circumstantiis, probandum esse, sentiat; quanquam is locus minùs probetur Colleg. Argent. *d. l.th.*7.*n.*4. Planè prætextus ignominiæ extra periculum, plenam excusationem non præstat. *per d. ex l.*2.*&* 3.C. *Ad l.Cornel. de Sicar.* Quicquid alii constituant, *ap. Ioh.Valerum de differ. utr. fori. verb.defensio diff.*7. *conf. cons. Facult. in causa D. Rinckii de Ann.*1636. *Aldstedius in theologia casuum cap.*18.*pag.*352.*ibi*: si fuga sit valde dedecorosa, *ut cõtingere potest* in viro nobili: *Non tenetur aliquis fugere*: At si invasus sit homo inferioris notæ & sortis, *cũ fuga ei non sit ignominiosa; si fugiendo evadere possit, tenetur fugere & non occidere. Nam ordine & jure charitatis, vita proximi præferri debet honori qualicunque: dummodo fuga non sit fugienti periculosa.* Quod ad finem s. durationem justæ defensionis: sciendum est, eam durare & cessare debere, cum ipsa impetitione. Si enim aggressor tuus cedat, aut tergum vertat, injustè illi porrò instas persequendo; quia, jam ista tua persequutio, vindicta est, & cessante vi alterius, ipse vim facis. Obrecht. *d. tract. cap.*13. *n.*21. cessante enim offensione, cessare etiam debet defensio. *c.cessante.*60. *de Appellat. vid.cum multis allegat. Kremberg. de necessar. defens. quæst.*3.*n.*29. Ut in capite; de abusu armorum per aggressionem coloratam, pluribus explanabitur.

14. Hæc in extremis defensionis, attendenda: *In ipsa defensione*, is modus servandus est, ne manifesta inæqualitas, vel ratione personarum; vel ratione armorum, defendenti possit objici. *Ratione personarum*, illa inæqualitas apparet, si puer, senex, mulier; juvenem robustum, vegetum petat: & robustus debiliorem validius

& medium s. ipsum defensionis actum aut modum.

dius repellat. *Ratione armorum*, modum requirimus; Non, quòd in conflictu, ſemper æqualia arma deſideremus: ſed ut ex imparitate, ſummam defenſionis ſpeciem labefactari, indicemus. *v. Dn. Carpzov. 1. qq. crim. 28. n. 24. verſ. Ut puta.* veluti ſi baculo levi petitus, aut manu inermi, gladio aut pugione repercutiat. *v. Damhoud. c. 76. n. 14. ibi: ſi me quiſpiam invadat inermis.* (niſi declinandæ plagæ causâ, aut ubi juſtus metus eſt, alterum futurum ſuperiorem) Item ſi quis ictum declinare facilè poſſit; malit tamen impetentem ſe baculo, graviter gladio vulnerare, aut planè trucidare: certè, per defenſionem ſuam, quæ ab initio licita erat, ob evidentem hunc exceſſum, in culpam incidet, quia vim illatam longiùs excedit.
Exp. l. 1. C. unde vi. Unde inculpatæ tutelæ moderationem *in l. 1. C. und. vi.* forſan rectè quis dixerit & expoſuerit; defenſionem quæ & ab initio juſta eſt, & ſine culpa, uſque ad finem, decurrit; licet hæc omnia Dd. aliter explicent, *quos vide, tum alibi, tùm apud Petr. Theodorici Colleg. crimin. diſp. 11. θ. 5.* Ut adeò, non planè impoſſibile ſit, generales hujus moderationis terminos ex culpæ interventu, non invitâ Juriſprudentiâ, conſtituere, *veluti Dd. communiter deſperant.* Neque ita forſan ſatis accuratè loqueremur, ſi cum Obrechto, *d. tr. cap. 13.* abſolutè definiremus: moderamé inculpatæ tutelæ, etiam tum excedi, cum quis minanti, aut injurianti, armis ſeſe opponat: ſiquidem (1.) ex ſententia *d. l. 1. C. unde vi.* vim priùs illatam eſſe, oportet, antequam juſta defenſio ſequatur & opponatur. At, caſibus ab Obrechto deſignatis, vis illata dici non poteſt, vel ex ipſis Obrechti traditis. Nec eſt (2.) quærendum, de moderamine defenſionis, quæ ab initio ſtatim, illicita eſt: ſed ubi ab initio licita eſt defenſio, moderamen illud tenendum eſt, ne culpa aliqua evidenter, defendenti poſſit imputari. Certè, homicidium nunquam excuſari, hâc ſpecie defenſionis, poterit, ſi quis, extra vitæ periculum jam conſtitutus, occiderit: *l. 2. C. ad L. Cornel. de Sicar. v. Cothm. 5. reſp. 2. ubi etiam de fundanda juriſdictione paris in parem, notabilia ſuggerit. n. 25. & ſeqq.* Et faciliùs defenſio; quàm occiſio, excuſatur. Sed ea de re, acutiores viderint. *conf. Conſil.* Facultatis Illuſtr. Comiti Penzio Anno 1647. menſ. Decembr. ſcriptum. Utique facinore aliquo cædis, aut vulnerationis admiſſo, & ut Gallus ille ſcribit: En matiere de combats, qui premier met l'eſpee au poing, eſt coupable; et non,

et non,

et non qui premier frappe: Comme en matiere de guerre, qui premier rompt la paix, est tenu de tous les maux, que faict celuy, qui prend les armes pour se defendre, contre la violence de l'infraction. *discours. Mervilleux de la vie de Catarine. de Medicis. pag 58. conf. l. quoniam. 6. C. Ad L. Iul. de vi publ.*

CAP. III.

De fine & effectu concessi juris armorum: itemque de contrariis.

1. ET ex his quidem, quæ modò de legitimo armorum usu disseruimus, facile cognoscere licet, quo fine, arma publicè privatimque indulta sint olim; vel etiamnum jure, more, consuetudine aut privilegio indulgeantur. Nim. finis istius concessionis respicit vel necessitatem, vel securitatem. Necessitatem intellige vel publicam, puta cum cives, ingruente hoste, salutis publicæ tutandæ causa armantur *v. Ioachimum Schepliz ad consuetud Brandenburgic. part. 4. tit. 26. n. 5. & seqq.* vel privatam cum singuli muneris sui obeundi causa armis instruuntur. Securitatem autem potes subaudire iter faciétium, aut alias justum metum, præsidio armorum & moderata defensione, avertentium *Harprecht. ad §. 8. I. de publ. judic. n 8.* Denique finem dignitatis, in magistratibus aliisq; personis honoratis licet intueri. *jung. d. sup de hoplophoria cap. 1. θ. 6. pag. 111.* De Turcis refert Busbequius *epist. Turcic. 1. pag. 29.* Digniorem apud eos locum haberi, sinistrum: Ideò, *quòd eam partem gladius honestet*: Et quod is, qui sit in parte dextera, quodammodo gladium habeat sub manu ejus, qui sinistrum latus claudit: Ille verò eum gestet liberum & expeditum. (quod olim quoque judicium fuit Cyri, regis Persarum, *ap. Xenophon. lib. 8. Cyropædias è quo v. Brisson. lib. 1. de regno Persar. p. 73. vers. Ordinem verò accubationis. Nam Persæ, ut postea dicemus semper erant armati, etiam in conviviis*) At Europæi, spreta gladii existimatione, dextræ libertatem præferunt, qua gladius fortius educatur, sæpiusque de latere isto acriter concertant: quomodo in hujus etiam anni actis publicis, sub d 27. Maii legebamus: Der von Paris nach dem Haag abgeordnete Ambassadeur, Mr. de Bellieure, habe nicht zur audienz

gelangen/ oder das geringste negociren können/ allein darumb/ weilen bey den visiten/ so jhme von dene Ständen geschehen sollen/ kein Theil dem andern die rechte Hand zu haben/ gestatten wollen. *conf. de honore dextræ Chassan. part.1. consid.11. pag.5. Buxtorf. ad cap.3. Aur. bull. θ.40. Nolden de statu* Nobil. *cap.10. n.81. Lips.2. Elector. c.2. p.3.*

De effectu juris quo usus armorum conceditur.

2. Quocunque autem fine & respectu ὁπλο. s. ξιφηφορίας jus alicui concessum fuerit, non sine effectu concessio ista relinquitur. Quemadmodum enim ii, qui arma prohibita, sive contra prohibitionem, gestant, variis suspicionibus & pœnis onerantur: Ita, è diverso, illi, qui arma, jure permittente, gerunt, ab his & similibus pœnis, oneribus & incommodis, liberantur, atque eximuntur. Initiò enim (1.) in his cessat doli mali suspicio; *arg. l. hi qui. 11. §. fin. D. ad L. Iul. de vi publ. per dicta superiore capite:* etiamsi in illicito loco gestent; Nam præsumtio juris nihilosecius est pro iis, quod ea dolo malo non gestent, *per disputata de sensu l.10. ad L. Iul. de vi publ. sup. pag.160* (2.) Nec Magistratus familia perquirere potest arma, sub eorum vestibus, qui notoriè privilegiati sunt. *Decian. d. cap. n.10.* quod, in specie, de Doctoribus, tenet Bart. *in l. Medicos. 6. C. de Professor. & Medic. lib.10. Decian. d. lib 8. cap.3. num.53.* (3.) Et si ministri, hujus ordinis aliquem, aggrediantur, ipsumque discingere velint, potest is, de facto, resistere, præsertim, si id, sine mandato speciali, faciant. *Decian. c.3. num. ult.* Quod si, de mandato Judicis, Officiales, aliquem arma deponere, jubeant, rectè fecerit, si sequatur officiales ad Judicem; consuadente Deciano, ex eo, quod notant omnes, *in l.1. ff. de oper. nov. nunciat.* ubi nunciatio; licet injusta, spernenda non est. *adde l. ex quacunque. 2. si quis in jus vocatus. l. si quis. 5. ff. de judic.* Quod si (4.) eo casu, ubi quis paratus est, cum ministris ire, illi nihilominùs Virum honoratum discingere moliantur, potest liberius, hoc casu resistere. *Bart. in l. probibitum. 5. illat. 2. C. de jur. fisci lib.10. l. quoniam judices. 21. C. de Appellat.* Et (5.) Judex, qui notoriè privilegiatum jubet discingi, injuriarum conveniri posse videtur, *arg. l. injuriarum. 13. §. 2. ibi: si quis, quod decreto prætoris non obtemperavit.* Ergò, si nihil, contra jus fecit & injustè ita tractatus fuerit, poterit agere, *& §. quæ jure. 6. D. de injur. l. quod Reipubl. 33. D. eod.*

Decod. ibi: quod secundum bonos mores fit. At hoc fit, contra bonos mores: Ergò v. Wesenb. *de injur. n. 5.* (6.) Apparitor etiam qui aliquem discinxit, privilegium suum allegantem, de vi conveniri poterit, per ea, quæ habet Anton. Faber *in C. suo ad L. Iul. de vi publ. & privat. defin. un.* & Molina *d. tom. 4. disp. 15. n. 2.*

3. Sunt tamen non pauca, quæ facultati huic aut derogant; aut vitium adferunt.

Contraria juris ὁπλοφορίας seu eid. derogãtia, in genere, statutæ prohibitoria.

Q.

Ubi (1) illud, non immeritò, in disquisitionem venit: An per statuta prohibitoria, (*Cujusmodi suprà indicavimus de aphoplismo, cap. 4. §. 17. pag. 80. digitoque subindicat Carpzov. part. 3. Crim. qq. 132. n. 17.*) privari, hoc jure possint ii, quibus tacitè; vel expressè, secundum prælibata, armorum gestandorum facultas concessa est? Quod sine distinctione, definiri non potest. Principio namq; alia est ratio subditorũ alia non subditorũ *Quantum ad istos.* Licet juri civili, etiam forensibus s. extraneis, per statuta, derogari posse, Jas. Bartolus & Dd. communiter, *in l. omnes populi. 9. D. de justit. & jur.* itemque Alber. de Rosat. *lib. 1. quæst. 7. de statut.* velint; tamen id semper accipiendum est, secundum modum concessæ, vel obtentæ jurisdictionis. Decian. *ad l. imperium. n. 4 ff de jurisdict.* & consequenter, si superior, aut universitas, & inveterata consuetudo, (quæ fortior & potentior est statuto, illudque silere facit: *Cravett. de antiquit. temp. 1. part. in princ. n. 42. Menoch. de A. I. Q. cas. 25. num. 49.*) alicui facultatem concesserit; ei speciali inferiorum statuto, vix poterit derogari. Socinus & alii *tom. 1. regul. jur. pag. 97. vers. septimò fallit.* præsertim cum privilegia, ob merita, personis indulta, ne quidem à superioribus præter Imperatorem, *vid. Wesenbec parat. ff. de quæst. num. 10. in fin. Enenckel. lib. 2. de privileg. in genere. cap. 6.* sine magna causa, revocari queant, *uti probat Quetta consil. 13. latè Enenckel. lib. 3. de privileg. cap 7. & 9.* nec coarctari, velut incolas, decet, qui verè incolæ non sunt: quæ sententia est *l. est verum. 3. C. de incol. junct. l. 1. de tutor. & curat. dat. l. neque. 5. C. qui dar. tut. poss.* vide iterum Bachov. *vol. 2. disput. Treutler. 18. θ. 2. lit. A. Alderan. Mascard. de general. stat. interp. conclus. 6. n. 1. & seq.*

4. *Non-subditos* autem dicimus, non solum advenas, quos Græci ἐνοίκους vocant, cujusmodi etiam sunt Studiosi, quamdiu

diu in Academiis degunt; *Wesenbec. parat. D. ad Municip. num. 7.*) Sed & alios, qui domicilium nondum in eo loco fixerunt, quod jure Civili, decennii habitatione, induci, communiter statuunt, *per l. nec si. 2. C. de incol. Suarez. commun. opin. lit. D. num. 115.* Quanquam Gail. 2 *observ. 35. num* 8. testetur, quòd in Germaniæ civitatibus, passim incolatus, post annum, acquiratur, neque permittat Magistratus, advenam diutiùs ibi commorari, si, elapso anno, jura civium redimere nolit. Alibi, etiam brevior terminus præfigi solet; *vid. D. Mævium 1. Iur. Lubec. tit. 2. art. 2. num. 3. & seqq.* (Quod inprimis, de uxoratis exaudiendum, & de his, qui animum permanendi habent: cæteri verò, qui vel bellicos tumultus fugiunt, vel persecutiones religionis causa patiuntur, jure tutelari & protectionis utuntur, lassen sich beym Schirmgericht einschreiben: ut sunt exules, hospites & alii. *vid. D. Mævium d. lib. 1. juris Lubecen. tit. 2. artic. 2. num. 19.*) E contrario, Venetias annos 14. incolere, necessum est iis, qui jura civium plebejorum adipisci volunt, teste Bodino *1. de Republ. 6.*

5. Subditi sunt, vel cives, vel incolæ, vel Coloni. *Wesenb. parat. D. ad Municip. num. 2.* de his, utpote dignitatis incapacibus, quæstio non est *vid. quæ supra de rusticis dicta sunt tr. de Aphoplismo c. 4. θ. 9. pag. 71.* Quod si civis, vel incola, quis factus sit, vel etiam in altera civitate, civis; in altera incola sit, (quod fieri potest, per *l. adsumptio. 6 princ. & §. ult. l. eius qui 27. in fin. D. ad Municip.* quæ jura per *cap. 16. Aureæ Bullæ*, Buxtorf. *ad eandem, thes. 99.* sublata, non rectè arbitratur,) censetur, eo ipso, privilegiis suis hactenùs renunciâsse, quatenùs ea, sine exceptione, submisit jurisdictioni Civitatis: Sive enim Civis sit; Sive incola; jurisdictionis Municipalis exercitium procedit, immò, incola parere debet, non modò Magistratui domicilii, verùm etiam originis. *l. incola. 29. D. ad municip.* Ubi Colleg. Argent. *th. 9.* Quod tamen, de Consiliariis & ministris Principum, qui in civitate municipali cives sunt, non intellectum velim *v. D. Mævium d. lib. 1. tit. 2. artic. 2. nu. 34. & seqq.* Ea enim est statutorum ratio, ut superiorem, etiam cujus cum adprobatione ea facta sunt, non stringant. *argum. l. inquisitio. 18.* ubi gl. *C. de solut.* Jacob. Schultes *pract. quæst. 3.* adeoque nec

nec ejus Consiliarios, non solùm, quia pars corporis principalis sunt, *per supra dicta*; sed potiùs, quia leges Vestiariæ, ministros Principis in genere, non attinent. *l. nemo. 2. Cod. de vestib. holober.* quæ etiam alias inferiorum luxuriam potissimùm coërceant. *Policey* Ordnung der Statt Straßburg. *tit.* 8. §. 17. *ibi:* der gröste Pracht in der Kleydung/ ist bey den vntern Ständen. aut, si subsistere potest sententia Besoldi, 1. *Polit.* 12. §. 71. §. 4. quia privilegiatus, quamvis incola sit, in personalibus, statutis non obligatur.

6. (2.) Perdunt hoc jus illi, quibus id ordinariè competit, amissione potestatis, dignitatis, & functionis suæ. (Sic, propter delictum, aliquibus in locis, Nobiles & Doctores cingulo privari, ex Claro, notat Reinkingk. *lib. 3. class. 2. cap. 2. num. 11.*) (3.) Ut & illi, quibus extraordinariè hoc jus indulgetur, cessante causâ ordinariâ, illud vicissim amittunt, per regulam: Sublatâ, vel cessante causâ, cessat effectus. Tiraq. *in reg. cessant. caus.* Everhard. *in loco à ratione leg. num. 6. & in loco à cessat. rat. num. 4.* (4.) Cadit etiam quis jure isto, *per abusum licentiæ*, ut si quis, arma licitè ferens, iis abutatur. *vid. l. 4. Cod. Heinric. lib. 8. tit. 7. pag. 231. B.* per regulam, quâ privilegium amittit is, qui sibi concessâ, abutitur potestate. *l. Iudices. 9. Cod. de judic.* Hippol. de Marsil. *in pract. criminal. §. pro complemento. num. 9.* Decian. *d. cap. 3. n. 62.* Quemadmodum olim etiam. *vid. Alexand. ab Alex. lib. 6. genial. dier. cap. 22. pag. 986. & apud Plaut. Casina Act. III. scen. 5. vers. 7. Eripite isti gladium, quæ sui est impos animi.* Et si quæ sunt alia, quæ ex superioribus, facilè colligi possunt.

In specie, causæ aliæ complures:

7. Cæterùm abusus ille committitur vel in usu primo, h. e. gestatione; vel in orto, seu ulteriore. In gestatione, cum (1.) *Ratione subjecti*, sive personarum, quilibet promiscuè, armorum gestationem sibi sumunt, quomodo de Germania, conqueritur Enenkel. 2. *de privileg. mil.* 33. *n.* 6. *p.* 182. *ibi*: At per Germaniam, maxima passim armorum libertas: Ensibus enim accincti, etiam rustici, quò libet, vadunt. Quibusdam in locis, etiam bombardas, earumque exercitia, omnibus etiam rusticis, permissa videmus. In Austria, post proximam rebellionem, plerisque Agricolarum & colonorum, arma cætera ademta: Gladii tamen

Pugnantia cum armorum usu.

theſ.5 fin. Nec mandatum ad defenſionem licitam directum, extendi poteſt, ad aſſaſinium. *poſt Bald. & alios, Tuſcus lit. M. concluſ. 37. n. 6. & 7. Itemque concluſ. 50. num. 38. & 39.* Certè Mandatum ſive Decretum B. ſcriptum, cujus ſupra mentionem fecimus, abſolvit quidem ſubditos, ab obſequii neceſſitate; ſed cædem iiſdem non permittit: nedum ut injungat. Quemadmodum rectè obſervavit modernus Nobilis, in depoſitione Andres Priſſen. p. 2. B. Qui, cum Valentino Kriegen / & Jacob Rohrwaſſern / hæc dictamina rationis, ex ipſo naturæ lumine, allegârunt; adeoque à pœna meritò excuſantur: Licet, poſt patratum ſcelus, dictus Rohrwaſſer. 2. fl. contulerit: cum id, metu civium, factum. Quem metum etiam Hanß Winterhalt in depoſ. DD. allegat.

15. Zum Andern / die Entleibung deß Jungen betreffend: Finden wir der drey Thätere entſchuldigung / gar nicht der Erheblichkeit / daß darumb / von der ordentlichen Straffe Rechtens / abzuweichen: Sondern halten davor / weiln Bläß Fahr / der Vogt / den anſchlag gemacht / den Jungen todt zu ſchlagen / auch den erſten Streich / mit einem Beyhel / auff deſſen Kopff gethan / welcher Streich auch / in der Beſichtigung / vor tödlich befunden worden: oder wie er ſelbſt deponiret / jhm mit einem Handbeyel ohnverwarneter Sachen einen Streich auff das Genick daß er zu Boden gefallen; vnd darüber noch ligendem zwey Streich geben: Daß er demnach vermöge claren Buchſtaben vnd Inhalt der peinlichen Halß-Ordnung / als ein vorſeßlicher muthwilliger Mörder / mit dem Rade; die andern zween complices aber / benantlich / Martin Frey / vnd Jacob Schwab / der Würth / weil ſie von dem Vogte / perſuadiret worden; vnd gleichwol deß Todtſchlags / ſo wol auch deß / bey dem erſchlagenen / gefundenen Geldts / ſich theilhaufftig gemacht / mit dem Schwerde / vom Leben zu Todte zu richten. Es wolte dann die hohe Lands-Fürſtliche Obrigkeit / auß bewegenden Vmſtänden / vnd Fürſtlichen milte / obangezogene Rads-in Schwerdt-Straffe / verwandeln: Die zween aber / (ſo / ordenlicher weiſe / mit dem Schwerdte hinzurichten wehren) vnd ſonderlich Jacob Schwaben deß Landts / auff ewig / verweyſen.

Negari enim nequit homicidium hoc, inprimis reſpectu Blaſii Fahrens (1.) fuiſſe proæreticum & deliberatum? (2.) Inductivum aliorum: (3.) Latronum Aſſaſinorum & Aggreſſo-

rum,

rum, in morem, per deductionem in locum publicum, patratum, adeoque graviorem mortis pœnam mereri: *dict. Conſtit. Carolin. artic.* 137. Cum ſceleratiùs commiſſum, etiam graviùs ſit vindicandum. *can. non offeramus.*21. *cauſ.*24. *quæſt.*1. *Bocer. lib.*1. *de homicid. c.*3.*n.*149. Utcumque aſſaſſinium, in Nobili admiſſum, juſtus violati thori dolor (quem in depoſitione ſua ſub lit. C. n. 8. allegat.) quadantenus excuſare queat *l. marito.*24. *l.*32. §. *Imp. L. Iul. de Adulter. l.*4. *C. eod.* Neque reliqui duo, à pœna capitis, facilè liberandi videntur: cum ejuſdem criminis rei ſint: *l. item Mela.*11. §. *ſed ſi plures. & §. ſi plures. l. Item vulneratus.*51. *verſ. Idque eſt conſequens. Ad L. Aquil. l. nihil.*15. *ad L. Cornel. de Sicar. Conſtit. Carolin. art.*148. *ibi:* So etliche Perſonen/ mit vorgeſetztem vnd vereinigtem Willen; vnd Muth/ jemanden böſzlichen zu ermörden / einander Hülff vnd Beyſtand thun/ dieſelbe Thäter alle/ haben das Leben verwürcket 2c. Et de pecunia participaverint. *latè, poſt alios. Carpzov. part.*1. *crimin. quæſt.*22. *n.*30. *& ſeqq. fac. l.*5. *C. de liber. cauſ.*

Niſi attendere velimus, ad inductionem Sculteti, ejuſque primum, lethiferumq; ictum: *per notata Felini, & cæterorum, laudatorum à Weſenbec. ad L Cornel. de Sicar. n.*19. Et vanam opinionem populi, quaſi, aſſaſſinum, cuivis, occidere, fas ſit: *Quam ita, ſatis generaliter, etiam proponit Weſenbec. ad d. tit. n.*20. *in verbis: quos interficere fas eſt: cit. Bocer.*1. *de homicid. c.*3. *n.*140. Utique de Jacobo Schwaben/ ipſe principalis reus & autor facinoris Blaſius Fahr/ fatetur; illum penè coactum, manus jam ſemineci intuliſſe: lit. C. ibi. der wüſte Schwabe/ ſeye etwas langſam in der ſachen geweſen/ dannenhero ſie beyde beſorget/ er möchte ſie verrathen vnnd ſich außhalftern wollen: deßwegen Er Vogt/ den Würth vermahnet/ mit Hand anzulegen. Darauff er einen prügel auß dem Hage gezogen dem zuboden ligenden vnd noch rechlenden Jungen damit den Halß zugedruckt 2c. Ut adeò gratiam quam omnes implorant, ipſe vel præcipuè promereri videatur: inprimis cum inſuper quinque liberos impuberes & minorennes vid. depoſit. Mariæ Fadin lit. C. habere dicatur &c. *fac. l.*7. §. 3. *De bon damn.*

16. Reſponſum alterum, *de mandato præfecti militaris*, vel ideò notabile eſt, quod bis ſub incudem cõſultationis fuit revocatum, Reſp. II de mandato præf. milit.
& contrariis curiarum ſentẽtiis ventilatum: Nos in gratiam commilito-

militonum utramque deliberationem ſalvo rectius ſentientium calculo, ſaltem in uſum exercitationis Academicæ publicabimus: His autem verbis prior deliberatio in ſcripturam redacta fuit: In dero von N N. vns endtsbenanten vmb eröffnung vnſers Rechtlichen bedenckens vberſchickten Verhör vnd Bekandtnuß/ deß vmb begangenen Homicidii willen gefänglich einkommenen N. Soldaten / ſampt beygefügter Außſag deren darüber verhörter Zeugen/ befinden wir zuvorderſt die Mordthat an ſich ſelber offenbar vnd bekantlich/ zumahl auch daß dieſelbe auffs wenigſt auß Gächheit vnnd Zorn geſchehen ſeye/ in welchem fall Kayſ. Carols deß V. vnd deß H. Reichs peinliche Gerichtsordnung artic. 137. den Thäter/ wa er deßhalben nicht rechmäßige entſchuldigung außführen kan / mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt geſtrafft haben will. So dann befinden wir ſolcher rechtmäſſigen Entſchuldigungen gar keine von dem Thäter angezogen/ viel weniger außgeführet.

Dann ob er wol zwo Vrſachen/ vmb dero willen er diſen vnſeligen ſchutz auff den entleibten Bauren gethan/ angezogen/ nemlichen: 1. Weil der Baur auff deß Corporals vnd ſein/ deß Thäters / ſampt zweyer ſeiner Geſellen/ zuſchreyen nicht mit ſeinem Schifflein angefahren iſt/ vnd 2. Dieweil beſagter Corporal befohlen Fewr zugeben: So ſeind doch dieſelbe weder Conjunctim noch diviſim für rechtmäſſige Entſchuldigungen begangenen Todtſchlags zuerkennen. Sintemahl was die erſte dieſer Vrſachen betrifft/ der Thäter ſelber dem Bauren keinen trutz noch vngebühr beymeſſen kan / in dem er bekandt/ Es habe ſich derſelbige auß forcht (welche ja freylich bey ſolcher kundbaren Beſchaffenheit ein juſtus metus iſt) in ein Schiff begeben/ vnd etlich ſeiner ſachen bey ſich gehabt/ vnd ſich ſalviren wöllen: vnd wiſſe er Thäter nicht/ ob der entleibte auff das beſchehene zuruffen darumb nicht angefahren ſeye/ daß er ſich entweders geförchtet / oder wegen ſtrenge deß Waſſers nicht gleich anfahren können/ oder aber das ruffen nicht gehört habe. Wann aber auch ſchon deren keines were/ ſo möchte doch ſolches vnderlaſſene anfahren/ keine rechtmäſſige Entſchuldigung dieſer Entleibung ſein/ dieweil der entleibte bey ſo geſtalten ſachen ſolches zuthun nicht ſchuldig geweſen/ auch die Soldaten jhme ſolches dergeſtalt zu commandiren nicht macht/ auch ohne zweifel deß kein andere Vrſach gehabt/ als daß ſie nicht gewolt/ er ſich vnd

ſeine

seine Sachen salviren/sondern jhnen zur Beuth vnd Muthwillen vndergeben solte. Was aber die andere Vrsach/ nemlich deß Corporals befelch/ anlangt; mag selbiger entweders also zu verstehen gewesen sein/ daß er nur zum schrecken/ vnd das anfahren dadurch zuerlangen/ hette Fewr geben sollen/ vnd nicht eben stracks vnd mit fleiß/ besonders mit einladung zwoer Kuglen/ auff den Bauren zu schiessen sollen: oder da solches je also deß Corporals Meinung gewesen/ so entschuldigt es doch diesen Thäter nicht/ wie dann auch seine beede Gesellen solchen Befelch deß Corporals nicht exequirt haben / sondern macht nur/ daß der Thäter nicht alleinig/ sondern der Corporal eben so wol als er/an dieser Entleibung schuldig/vnd beyde/einer so wol als der ander/mit obgedachter Straff abzustraffen seye: Wie dann den Rechten gemäß ut in criminibus perpetratis, mandans æquè ac mandatarius, adeoque in homicidio, is qui cædem mandavit, non minus ac ipse homicida, & sic ambo pari pœna plectantur *c. 1. verb. pari pœna. & ibi gloß. extra. de offic. jud. deleg. Clarus in § Homicidium. vers. pluribus autem 12. ibi. aliquando mandat. Gail. lib. 2. observ. 109. in fine &c. Cævall. de cognit. per viol. p. 2. q. 69. n. 11.*

Vnd dieweil eben dieser Thäter auff deß Corporals zusprechen/ so huy gewesen / da doch seine zwen andere Gesellen nicht geschossen: vnd darzu eben so gerad auff den Bauren zugeschossen/ daß jhme doch nicht außtrucklichen befohlen gewesen/ vnd besonders/ daß er für sich selbsten/ vnd ohne geheyß oder anweisung / zwo Kuglen zugleich geladen: So ist darauß desto stärckerer præsumption eines bösen Gemüths/ vnd zum wenigsten daß ers auß Gächheit / wie die Peinliche Halßgerichts-Ordnung *d. artic.* 137. redet/ gethan habe / wieder jhn zuschöpffen.

Ob man aber sagen oder gedencken möchte/ Er hette nicht eben willens gehabt/ den Bauren zuerschiessen/ sondern nur zuerschrecken/ oder etwa schlechtlich zuverletzen/ daß es also nicht pro doloso, sondern nur pro culposo (ut vulgò loquuntur) homicidio zuhalten: So ist doch solches/ fürs eine/ von dem Thäter nicht angezogen / vnd derowegen auch nicht à judice zu suppliren: Vnd fürs ander/ ist es wegen nechsterwehnter Vmbständen / sonderlich der eingeladenen zwo Kuglen/ nicht vermuthlich: wie auch fürs dritte darumb vnerheblich/ quòd non solum sit opera data rei illicitæ, sondern auch

 ein

ein solches mittel ergriffen worden/ das höchst gefährlich ist/ vnd da es der Thäter nothwendiglichen hat darauff setzen müssen/ daß ein Todtschlag darauff erfolge. Si non præcisè voluit occidere; tamen hoc maluit. *arg. l. 22. ff. de ritu nupt.* Vnd wie die Rechten sagen/ si quis gladium strinxerit, & eo percusserit, indubitatè occidendi animo id eum admisisse *l. 1. §. 3. ff. ad L. Cornel. de sicariis.* quia sc. vulnera non ad mensuram dari, vel ad trutinam infligi, possunt: ita multo magis is qui mosquetam vel bombardam in aliquem exploderit, præsertim duos globos simul ejaculantem, indubitatè occidendi animum habuisse credendus est.

Nicht besser würde es für den Thäter sein / wann man sagen oder gedencken möchte/ daß solche Thaten bey der jetzigen soldatesca ein gemeines Werck/ vnd also auch dieser Thäter desto leichter sich darzu habe bewegen vnd auffbringen lassen. Dann im gegentheil wollen die Rechte/ ob hanc causam supplicia non remittenda, aut mitiganda, sed exacerbanda esse, quoties nimirum multis personis grassantibus, exemplo opus est. *l. 16. §. ult. ff. de pœnis.*

Vmb welcher Vrsachen vnd Beschaffenheit willen/ wir in diesem casu, soviel eigentlich die quæstionem, Quid juris sit? belangt/ (als welche auch einig vnd allein an vns gesonnen worden) einmütiglich vnd beständiglich dahin schliessen/ daß von Rechtens vnd deß H. Reichs Peinlicher Gerichts-Ordnung wegen/ der Thäter in pœnam ordinariam homicidii gefallen/ vnd mit dem Schwerdt vom Leben zum Todt zu straffen seye.

17. Enimverò cum prior ista consultatio, minus ad usum fori composita esse videretur: Denuò quæsitum fuit: Quid seposito juris rigore, ex interpretatione & sententia foret pronunciandum? Cui quæsito Domini sequentibus verbis responderunt:

Deliberatio altera.

Auff NN. ferneres gesinnen/ ob nicht zum wenigsten ex communi Doctorum opinione (pro qua allegati nobis sunt Menochius *de arbitrariis judicum quæstionib. cas. 354.* Gail. *lib. 2. observ. 110. num 7.* Mascard. *de probat. conclus. 97. 61. 864.* P. H. O. *artic. 137.* Cravetta *consil. 319. n. 11. 28.* Decianus *in tract. crimin. lib. 9. c. 37.* de Battandier. *in praxi crim.* Clar. Cæpoll. in Cautel &c.) der verhaffte Albrecht

te Albrecht Klein à pœna ordinaria homicidii entschuldigt werden könne/ Weil er auff seines jhme fürgesetzen Corporals befelch vnd geheyß Feur gegeben vnd homicidium begangen :c. Ist vnsere nachmalige vnvorgreiffliche Erklärung/ daß bey so gestalten Sachen / der Thäter auch nicht ex communi doctorum opinione, à pœna homicidii ordinaria entschuldigt werden könne. Vmb folgender Vrsachen willen.

Dann fürs eine / ob schon die Doctores an angezogenen vnd andern orthen/ viel schreiben de delictis ad alterius mandatum, sive imperium superioris, commissis, præcipuè de homicidio: & quod ob ejusmodi imperium, Homicida à pœna ordinaria excusari possit: So ist es doch an sich selbs darmit nicht dergestalt beschaffen/ daß es generaliter für eine richtige communem opinionem, h. e. communi consensu receptam sententiam, gehalten werden könte/ sondern nur so weit / quod specialiter & in quibusdam casibus id fieri possit ac debeat. Wie solches auß besagter doctorum mancherley disputationen vnd distinctionen / so sie hierüber haben/ abzunehmen; davon auch sonderlich zusehen Julius Clarus *in prax. crimin. §. fin. quæst. 60. vers. solet dubitari n. 15. & 16. & Bajard. in addit.* ibid. itemque Did. Covarruvias *in comment. ad tit. de sponsal. & matrim. part. 2. cap. 3. nu. 7.* & Vigelius *in methodo juris controversi lib. 1. cap. 7. except 7.* Gleich wie nun sonsten es sich nicht wol thun laßt/ daß man à regula super jure certo fundata, propter exceptionem incertam & controversam, abweiche. Vigelius in rat. & method. *leg. jur. controv. reg. 1.* vnd im Richterbüchlein *sub tit.* vom beweiß. §. die vierdte Regul. Also will es sich desto weniger thun lassen / wan solche exceptio nur particularis ist / vnd sich in casu proposito nicht eben in solchen terminis befindet. Illatio enim debet fieri à dicto de omni; sive, Major propositio non particularis, sed universalis esse debet.

Fürs ander: So ist insonderheit zu observiren / daß man in in obiger Quæstion die Doctores von einer solchen specie facti reden/ da die anbefohlene that kundbarlich vnrecht vnd ein grosses crimen ist: da erfordern sie/ ad excusationem à pœna ordinaria, einen solchen Befelch vnd Zwang / dessen der Thäter sich keines wegs/ oder doch nicht ohn seine eigene grosse Gefahr/ habe können entschüt-

ten oder verweigern/ ut videre est apud Menoch. *d. cas 354. nu. 2. ibi* Mandato quod evitari non potest. *& n. 8. ibi,* qui necessitate coactus *& n. 11. ibi,* cogenti. *& n. 16.* ibi, Propter metum tyranni *& n. 19. ac* 20. ibi, metu mortis & apud Vigelium *in methodo Iuris Controv. lib. 1. cap. 7.* cui parere necesse fuit. *& cap. 13. quæst. 4. quæ est de homicidio, except. 7.* ex Vivio, Claro, Kirchovio, & Grasso; ibi, nisi jussus à tyranno, ut interficeret, sub hac comminatione, nisi ipse interfici vellet, occideret. Solcher vnvermeidenlicher Zwang aber/ oder solche Forcht vnd Gefahr/ befindet sich diß orts nicht: wie dann auch deß Thäters beyde Gesellen/ die darbey vnd in pari causa gewesen/ (dann daß der Corporal solches eben præcisè diesem Thäter befohlen habe/ daß sagt er selber nicht) solchen Befelch nicht exequirt haben/ vnd doch deßwegen/ soviel ex actis zuvernehmen/ von dem Corporal weder gescholten noch gestrafft worden seind. Jetzund zugeschweigen/ daß andere vornehme Doctores, auch solchen Zwang vnd metum mortis nicht für genugsam halten ad remittendam pœnam ordinariam. sic enim scribit Covarruv. loco suprà cit. Quibus omnibus ipse addiderim, venia indignum esse, nec pœnam minuendam ei, qui metu coactus crimen atrocissimum perpetraverit: potius enim extrema quæq; pati & mori convenit &c.

Fürs dritte/ so erinnern auch die Doctores hierbey in sonderheit/ daß es von einem solchē Befelch zuverstehen/ den ein fürgesetzte Obrigkeit oder Beampter/ in Verrichtung seines Ampts/ vnd nach Außweisung desselbigen/ nicht aber sonsten als ein privatus befohlen hat/ quando ut publica persona, & juxta munus suum, jussit & mandavit: at contrà, si tanquam privatus id fecerit. Menoch. *d. loc. n.* 20. Sicut Mandatum in forma judicii excusat militem (h.e. executorem Menoch. d. l. n. 25.) aliquem injustè decapitantem. Cataldin. de syndicatu *quæst.* 120. citatus etiā à Claro *d. quæst. 60. n. 16.* Diß orts aber hat der Corporal nicht nach Ordnung seines Ampts noch in ordenlicher Verrichtung desselben/ sondern vielmehr als ein privatus, vnd in sachen die nicht allein ausser seinem Ampt/ sondern auch wider dasselbe seind/ solchen Befelch gethan.

Viertens/ wann auch schon die traditiones doctorum, bey dieser quæstion, allerdings einhellig weren/ daß man es vngezweiffelt für eine Communem Doctorum opinionem, auch in dergleichen

fall/

fall/als diser ist/ halten konte vnd müßte: So will es doch sehr bedencklich sein/ daß man vmb deroselben willen / à certa lege, & rectâ ratione, in Respondendo & judicando abweichen solte: quandoquidem legis quidem necessaria; at communis opinionis tantum probabilis est auctoritas, nec inhærere huic judex debet, si apparet eam falsam esse, vel rationibus idoneis subverti posse. Gail. *lib. 1. observ. 153. n. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 339. n. 21. &c.*

Fünfftens; So ists auch in ipso facto mit dem prætendirten Befelch vnd geheyß deß Corporals diß orts nicht richtig: nicht allein in dem / daß es nur von einem einzigen Zeugen assertivè außgesagt worden: sondern auch vnd vornemlich in dem/ daß der Corporal nur schlechter dings befohlen/ **Feur zu geben**; welches eben nicht necessariò vnd præcisè den verstand hat/ noch also von dē Thäter hat auffgenomen werden sollen/ daß er **stracks auff den Bauren zuschiessen vnd denselben erschiessen solte**: sondern gleich wie er denselben zuvor allein mit dem blossen Anschlagen nur hat wollen schrecken; also solt er jhne (quasi gradatim) dißmahls mit vnschädlichem Feurgeben schrecken. Ubi enim verba mandati ad delictum tendunt, non obscura & dubia, sed clara & expressa esse debent: alioquin in mitiorem partem interpretanda sunt, Farinac. *in prax. crim. quæst. 134. n. 28. & 29.* sicut in specie de homicidio tradit: quod si quis alta voce dixerit, da da al traditore, & inde secutū est homicidium, non excusari homicidā: quia id interpretari debuit in mitiorem partem ut percuteret quidem, sed non occideret. Sic ex Baldo referunt & probant Honded. *lib. 2. consult. 87. nu. 166.* & Tuschus *in pract. conclus. lit. M. concl. 34. n. 1.* Wie nicht weniger auch dieses von dem Thäter hette bedacht werden sollen/ daß es vielmehr auß Gähheit/ vnd Zorn oder auch wol nur zu bravade von dē Corporal möge gesagt worden sein/ alß daß es eben ein ernstlicher Befelch gewesen sein solte.

Sechstens: So hat auch der Thäter selber zu solchem Befelch Anlaß vnd Vrsach geben/ in dem er/ seiner eigenen Außsag nach/ schon vor solchem Befelch/ zweymal die Mußquet hatte angeschlagen/ als ob er schiessen wolte.

Fürs siebende: So hat er auch die fines mandati nicht wol observirt sondern vberschritten/ in dem/ dz er erst insonderheit zwo Kuglen geladen/ damit er ja desto weniger fehle/ Welches jhme doch nicht/ sondern

ſondern nur ſchlecht/ **Fewr zu geben**/ befohlen geweſen. Vnd iſt in ſumma auß dieſer ſeiner promptitudine, daß er für ſich ſelbſten / vngeheyſſen/ zweymal angeſchlagen : gleich auff das erſte vnd ſchlechte Wort deß Corporals/ ſo huy geweſen zum ſchieſſen: vnd mit ſonderm fleiß für ſich ſelbſten zwo Kuglen geladen/ ſein böſer Vorſatz vnd böſes Gemüth zuerkennen: wie dann auch alſo bald nach der That/ ſich ſein böſes Gewiſſen erzeigt/ in dem er ſich alſo bald retiriret/ da doch der Corporal ſtehen geblieben biß der entleibte zu Land gebracht worden.

Fürs Achte: Wann der Thäter vermeinen vnd behaupten will/ daß er ſeinem fürgeſetzten Corporal dergeſtalt ſeye verpflichtet geweſen/ daß auff deſſelben Befelch er auch das jenige habe thun müſſen/ was Schwerdt- oder Henckmäſſig iſt: So hat er ſich auch anjetzo nicht zuverwundern vnd zu beklagen/ daß jhme das jenige in der That begegnet/ warauff ers gewagt vnd ſich verpflichtet hatte: qui ſe obligat ad culpam, is etiam ſe obligat ad pœnam: & qui vult antecedens, etiam vult conſequens. Gleich wie jenem/ der ſich mit dem Fato entſchuldigen wolte/ geſagt wurde: ſi fuit in fatis ut furareris; etiam ut ſuſpendereris. Was hat ein vnſchuldiger tertius mit einer ſolchen vngerechten Obligation oder Conjuration zuthun? Vnd wie kan ein Richter/ dem ſolches nach den Keyſerlichen ordentlichen Rechten zu vrtheilen fürkompt/ beſchuldigt werden/ wann er mehr auff juſtitiam, & vindictam publicam, & læſi ſatisfactionem, als auff dergleichen prætextus & abuſus ſihet?

Fürs Neundte: So will auch die Militia an ſich ſelbs in ſolchen terminis kein entſchuldigung geben: quandoquidem milites dici non merentur illi, qui militiæ jura non obſervantes, Rempublicā omnem depopulantur & perdunt. Cotereus *de jure milit. lib. 3. c. 13.*

Schlieſſen alſo vmb ſolcher Vrſachen willen nachmals dahin/ daß bey ſo geſtalten ſachen auch daß jenige was die Doctores de pœna ordinaria ob imperium alterius in extraordinariam convertendâ ſchreiben/ dem verhafften nicht erklecklich ſeye/ ſondern viel ſicherer vnd billicher ſein wölle/ bey der Verordnung der klaren Rechten geblieben. Jedoch nachmal NN. vnmaßgeblich/ vnd einem jeden in ſeiner beſſern Meinung vnpræjudicirlich. Signatum den 21. Julii An. 1635.

CAP. V.



CAPUT V.
DE ABUSU ARMORUM, *in defensione bonorum*, coërcendo.

Thesis I.



Ui ultionem sive vindictam privatam jure merè naturali, quod vocant, licitam putant, multò facilius armorum abusum in qualicunq; defensione, eoque etiam bonorum, admittent. Quorum paradoxa, vel potius hæretica postulata, ut eò commodius subvertamus, *ecquid per ius merè naturale demum intelligant*, ne terminorum ambiguitate cum populo Anglicano, & alio, quod infra notabitur, Parlamento, decipiamur, ante omnia investigandum est: Siquidem & diligentissimi sensuum Grotianorum exploratores, fatentur, se non capere, quid Grotius his vocabulis involvat. Nam quod ille *lib. 1. de I. Bell. cap. 1. §. 9.* scribit, se cum Aristotele distribuere jus omne in naturale & voluntarium: Id parum convenit cum definitione, quam ilicò in §. 10. subjicit, jus naturale describens: dictatum rectæ rationis, indicans, alicui, ex ejus convenientiâ aut disconvenientiâ cum ipsa natura rationali, inesse moralem turpitudinem aut necessitatem, ac consequenter ab autore naturæ Deo talem actum aut vetari, aut præcipi. Mitto, quod Vir Clarissimus nuper monuit, obscurum hîc esse, quid per dictatum rationis sibi velit Grotius, an id, quod cuilibet concepta opinio persuadet. *Felden. ibid. c. 17.* Siquidem mentem, hac in parte, suam renudavit Grotius *lib. 2. c. 20. §. 8.* cum Cicerone perhibens: jus naturæ esse, id quod nobis non opinio; sed innata vis affert. Hoc saltem volo: mentem Aristotelis (1.) definitione

iſtâ non exprimi: (2.) non convenire his, quæ de eadem definitione ejuſdemque ad vindictam privatam applicatione diſputantur à Grotio *in fin. d. lib. 2. de I. B. & P. cap. 20. § 8.*

De prætextu juris naturalis; quo Novatores in aſſerẽda vindicta privata, ab uſuq; armorum circa defenſionẽ, decipere ſolent incautos.

2. Enimverò ut certum eſt, Ariſtotelem omne jus, quo in civitate homines utuntur, duplex conſtituere, unum φυσικὸν, alterum νομικὸν: Naturale, & legitimum ſeu legale. *lib. 1. M. M. c. 34 & lib. 4. Eud. c. 5.* (vocabulo legitimi *non ſtrictius ſumto*, ut Grotius, forte per lapſum calami, ſcribit; *ſed latius uſurpato*, ut omne jus conſtitutum ſive à Deo ſive ab hominibus deſignet: Unde alibi dicit: Jus aliud conſtare τῇ φύσει naturâ: aliud τῷ νόμῳ, *lib. 5. Eth. c. 7.* & alibi hoc & conſtitui & mutari ait κατὰ τὴν συνθήκην, pro voluntate & arbitrio hominum: Unde Grotio voluntarii appellatio: Alibi ἐν τάξει, ſeu conſtitutum, ut Grotius ipſe refert: quorſum etiam pertinet definitio legitimi ſeu legalis: quod à principio utrum hoc, an alio modo fiat, nihil refert, ubi verò jam fuerit conſtitutum, refert) Ita non minùs certum eſt jus naturale ne Philoſophum quidem à normâ voluntatis divinæ (ſaltem tacitè cordibus hominum impreſsâ) abducere. Quando enim jus naturale eſſe dicit, quod ubique & apud omnes homines eandem vim habet. (τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν, ἢ μή) propriam ſc. & ingenitam, quâ ex ſe jus ſit, non quia videatur hominibus vel non videatur. *lib. 4 Eudem. c. 5.* Utique digitum ad illam ſummam cauſam intendit, ad naturam inquam naturantem, quæ ſuæ voluntatis characterem non animis tantum hominum; ſed quadantenus etiam brutis ipſis impreſſerit, ut voluntatem illam etiam in brutis intuentes ratione præditi homines, eò magis intra gyrum rectæ rationis, turpitudinis brutalis enormitate abſterriti, continerentur.

3. Eodem modo cum loquantur JCti, certè eâ ſententiâ intelligendi veniant, gratis litem ipſis movent, temereque inſultant Ariſtarchi, & cum his Grotius *l. 1. de I. B. & P. c. 1. §. 11.* quod in equis, in leonibus juſtitiam non dicamus: eoque definitio JCtorum nullum uſum habeat. Etenim & ipſi JCti fatentur, in bruta non cadere propriè juſtitiam, jus aut injuriam: ſed ſimulacra tantùm & irritamenta. *pr. Inſt. de I. N. G. & C.* ibi: Videmus enim (Nota rationem productæ definitionis) cætera quoque anima-

animalia istius juris (non perita quidem propriè esse, animo enim & intellectu carent) sed peritiâ censeri. Quomodo & Aristot. *lib.9. de hist. anim. c. 7.* tales brutorum actus vocat *μιμήματα τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς*. Et simulachra virtutum *Cic.2. de finib.* Eoq; sensu Plutarchus integro libro disputat : *τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι.* Ita productione hac suâ innuere voluerunt, id maximè hominibus agedum aut cavendum esse, quod videant animalia etiam irrationalia quædam custodire aut cavere: veluti cùm cernunt, paria animalium societate quadam copulari, ut fætum producant, educentque : invitari etiam debent conjuges ad amorem mutuum, sobolisque curam & educationem, adeoque extremam naturæ lineam transilire videntur, qui aliter hîc faciunt. Ita in quæstione de jure belli, definitio ista & consideratio Juris naturalis facit exclamare Senecam *2.Contr.1.* Quæ causa hominem adversus hominem in facinus coëgit? Nam neque feris inter se bella sunt, nec si forent, eadem hominem decent, placidum, proximumque divino genus. Quæ tanta vos fert ira, cùm una stirps, idemque sanguis sitis? Unde digladiantes itidem ad bestias ablegat Plin. *in præfat. lib. 7. ibi*: Cætera animantia in suo genere probè degunt, congregari videmus, & stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat, serpentum morsus non petit serpentes, nec maris quidem belluæ ac pisces, nisi in diversa genera sæviunt. At hercule homini plurima ex homine sunt mala. *Confer Senec. infra ex lib.2. de ira.c.7. alleg.* Quin si quis diligentius advertat, deprehendet, descriptiones Ulpiani & Justiniani juris nat. plerasq; deductas esse à causâ efficiente & subjectivâ. (Ut sanè non solæ essentiales definitiones apud Philosophos receptæ sunt, aut semper adhiberi possunt, sed tum *ὀνοματώδεις*, tum *πραγματώδεις*: in quibus utut præcipuæ sint, quas *οὐσιώδεις* appellant: non tamen damnandæ sunt *αἰτιώδεις*, quæ iterum vel *ὑλικαὶ*, vel *ἰδικαὶ* *vid. Aristot. post. Analit. c.10. text. 10.*) Quo latius autem patet natura, eò latius etiam ejus subjectum patet. Itaque licet de brutis *formaliter* jus non demonstretur: satis tamen est *efficienter & subjectivè* de his demonstrari, ut hominibus, quibus jus propriè competit, ejus reverentia tanto efficacius persuadeatur.

4. Quibus jam positis atque compositis, patet eos, qui vindictam privatam juri naturæ tribuunt, propria principia

convellere. Si enim jus naturale (quod largimur) non ſubjectivè tantùm, ſive à ſubjectorum infimorum (puta brutorum animantium impetu) ſed inprimis efficienter à naturâ naturante, & formaliter à dictato & normâ rectæ rationis (in accuratis diſputationibus ſcil accuratius) definiendum eſt: nullo pacto ſententia illa defendi poteſt. Etenim ſi cauſam efficientem Naturam naturantem, ſive divinam providentiam (ut ipſe Imp. interpretatur *in § ſed naturalia.* 11. *I. de I.N.G. & C.*) requires: illa cognationem inter homines omnes (ex uno ſcil. ſemine & ſanguine oriundos) conſtituit, adeoque inſtillavit omnium cordibus amorem proximi, & deteſtatur alterius læſionem. In ſpelæa ferarum hic te mitto, ut in ſcholam, quam & juris autores monſtrant. Illæ verò inter ſe placidè vivunt, morſuque ſimilium abſtinent. An ergo homines mutuâ lanienâ ſatiari fas erit? *Senec. lib.* 2. *de ira. c.*8. Quodſi maximè in ſolitudine aut mari conſtitutum ponas eum, qui primum læſus, vim repulit, & adverſarium ſatis coërcuit, nulla tamen juris naturalis ratio eam tibi libertatem indulget, ut in quieſcentem jam & innoxium amplius irruas. Neque exempla injuſta, juſtitiam inducunt. Nec barbaræ noſtrorum majorum monomachiæ, naturæ legem; ſed corruptiſſimarum mentium teterrimam uſurpationẽ inducunt. Quemadmodum nec agonem quidem per juſtitiam audet defendere Ariſtoteles, cùm inquit: Ἡ ἐν ἀγῶνι ἀδικία εἶδός τι ἔχει, καὶ ἔστιν ἀδικομαχία τις. Subinnuens: licet ea velitatio ſpeciem quãdam juris habeat, tamen revera injuſtam eſſe *Sophiſt. Elench. c. XI.* §. 2. Quæ autem de Cajo Cæſare in piratas exercita fuit *& à Grotio hic oſtentatur* ultio: ſi ad publicam poteſtatem non reſpicit, à principe juventutis exercita; ex naturæ certè illa lege non defenditur; ſed potius ex Gentium jure; Imò etiam Romano; quo piratas, ut generis humani profeſſos hoſtes, & perpetuò inſidiantes impune licet proſequi, nec ea perſecutio fines defenſionis excedere videtur, cùm piratæ omnibus, ut dixi, perpetuò inſidientur. At ubi impetieris alterum, qui jam ab offenſione deſiſtit & ceſſat: incipis jam proximum lædere; Ergo intelligis, te jam in naturæ legem peccare: quod jam olim Lactantius Ciceronem monuit *lib.* 6 *c.*18 Et largiri iſte videtur, dum 3. offic. ait: Si hoc natura præſcripſit, ut homo homini ob eam cauſam, quod homo ſit, conſultum

velit.

velit, certè violare alterum lege naturæ prohibemur. Quod si rationis consilium admittas: ἄλογον planè deprehendes, hoc ipsum jam moliri, quod non ita pridem in altero damnaveras: nempe aggressionem proximi tui, aut impetitionem. Rectiùs huc accommodaveris locum Maximi Tyrii, quem perperam Grotius sibi aptavit, *in not.* §.8. *p.*331. Si is, qui passus est injuriam, ultioné sumet, transibit malum ab hoc ad illum, velut saltu quodam & injustitiæ injustitia succedet &c. *Conf. Cic. lib.* 2. *de Invent. p. m.* 130. ibi: si hoc constitutum sit, ut peccata homines peccatis, & injurias injuriis ulciscantur; quantum incommodorum consequetur.

5. Iterumque ἀσύστατα combinat Grotius *lib.* 2. *de I. B. & P. c.* 20 §.8. cùm absurdam opinionem suam his terminis includit: tum sc. privatam vindictam demùm sustineri, *si ea intra æqui terminos & fines quosdam includatur.* Cùm enim ut modo dictum, æquitas, sive pro ἐπιεικεία, sive pro καλῷ sumpta, à te postulet, ut proximum ames, nec ullo pacto lædas, nec facias illi, quod tibi factum improbes: animadvertis æquũ nullo pacto demonstrari, aut defendi posse in tali ausu, quo iracundiâ irritatus, denuo irruas in proximum jam ad tranquillitatem compositum. In his enim terminis perpetuò subsistendum est, ne defensionem cum ultione confundamus. Simul atque enim cessat offensio, etiam defensio cessare debet: ne in vindictæ ἀνομίαν prolabaris. Tuitio, inquit Cujac. *ad l.*3. *de Iust. & jure p.*26. fit ex continenti: Ultio ex intervallo. Jus est nobis tuendi nos; non ulciscendi. *l. scientiam.* 45. §. *pœn. ad L. Aquil. conf. inf.* θ.9.*f.* Jus tuendi se est naturale; Jus ulciscendi, non est naturale. Siquidem & naturaliter evenit, ut quod ex intervallo fit, meditatè fiat: Et quodcunque ita meditatè fit, vix possit excusari. Quod autem ex improviso fit, quodq; invito extorquet præsens dolor, facile excusationem admittit. Unde & Demosth. contra Ariston. Legi de ultione additam ait particulã εὐθὺς, ne quis interea aliquid mali meditaretur. Ille, inquit, articulus εὐθὺς, tollit omne spatium meditandi quicquam mali. At sic non obtinemus fines illos, quibus securitati nostræ consulatur, *inquit Grotius.* Ne enim qui læsus est, ab eodem (denuo) malum patiatur, tribus modis caveri potest: *primum,* si tollatur, qui deliquit: *Deinde* si vires nocendi ei adimantur: *postremo* si malo suo dedoceatur delinquere, atq; sic emendetur Resp.

Atqui hi fines, juris naturalis fines longiſſimè excedunt Etenim natura iſta, *per dictatum rectæ rationis explicata, vel a natura naturante ſive Deo normata*, non admittit, ut quis in propriâ causâ Judex ſit: Et ipſe Grotius *d. l. 1. c. 1* §. *2. fin.* jus Rectorium (quod ſic dicit) ab æquatorio diſtinxerat. Imò contra rationem eſt, ut naturæ leges violando, lædas illum ac planè extinguas, quem ſummo debeas amore complecti. Vires igitur nocendi aut inevitabiliter capiti tuo imminent: & tum in defenſionis terminis te etiamnum conſtitutum animadvertes, cogeſque adverſarium, ut vires exuat, & inſtrumenta nocendi deponat, aut per continuam juſtæ defenſionis ſeriem eum perimes, citra vindictæ labem *d. l. 45.* §. *pen. ad L. Aquil. junct. 9. 9. f.* *Aut* vires illæ nocendi facile poſſunt evitari: & tum charitas connata jubet, ut evites potius, quã vitâ exuas nociturum forte, vel etiam non nociturum. Ab incerto enim eventu nulla juris, ne naturalis quidem, conſtitutio deſumi poteſt. Emendationis autem in parem exercendæ, finem, quo fundamento naturæ juri tribuat Grotius, vix animadverto.

Scaturigo erroris Grotiani.

Ne dicam finem iſtum plane à vindictæ fine, h. e. impetuoſa ultionis cupiditate everti. Nec ſatis moveor autoritate Ciceronis qui *lib. 2. de Invent. p. 127. D.* vindicationẽ h. m. ad jus naturæ refert. Etenim pronunciatum hoc vel commodè erit accipiendum, de vindicatione impropriè dicta, h. e. vim & injuriam propellente, ut ipſe ibid loquitur: Vel de vindicatione non ſingulorum & privata; ſed publica totius gentis: Vel dicendum erit; Rhetorem hic minus accuratè juris præcepta examinaſſe: Eoque modo exemplum nobis iterum præberi, quàm periculosè à privatis hominibus, Grammaticis, Medicis & Philoſophantibus, jura ex dicteriis Oratorum, aut exemplis Hiſtoricorum, condantur: Cum & illorum ſententiæ, contrariis rationibus; & horum exempla, adverſariis allegationibus, facillimè elidantur. Eodem ferè modo interpretatur M. Cujacius alium Ciceronis locum *in Topicis*; conſtituentis: Naturam duas habere partes, tuitionem ſui, & jus ulciſcendi. Per ultionem intelligendo eam quæ fiat *in continenti*; Ut ſi eum, qui vulnus mihi infert, iterum vulnerem *confeſtim*. Per tuitionem vero eam defenſionis ſpeciem, qua præveniam cædem aut vulnera inferentem: ſi nempe ferro me petentem, dum

aliter

aliter me tueri non possum, antequam vulnus ullum acceperim, vel vulnerẽ vel occidam. *conf. Talæum. p.823. 9. lib. 1. ad Heren. p. 147. g. & in partit. p. 490. g.* Nec cæteræ autoritates, quas Grotius *d. lib. 2. c. 20. n. 9.* subingerit, postulatum ejus satis sustinent, quibus sc. viro prudenti magistratus à naturâ perpetuus adscribitur. Nam primum ipse fatetur, autores non de causa propria, sed aliena loqui. Secundo deprehendet Lector de defensione eos præcipuè tractare, aut recuperatione, nõ de vindictâ propria & privatâ. Quorsum pertinet locus Plutarchi in Pelopidâ; ibi: Antiquissima lex eum, qui servare potest, ei qui salute opus habet, naturaliter magistratum designat. Tertio subinnuunt juris naturalis ordinem, qui sc. repetitionem supponat. Neque enim autoritatem tantum iidem autores in Magistratu suo naturali requirunt; sed & deliberationem & consilium. Ut enim injustitia & feritas aggressoris, constituit tertium, velut Judicem, inter læsum & lædentem: Ita cessatio ab injustitia & feritate, ejusdem quoque cessare facit officium. Quod ipse Seneca, *quem pro inepta comparatione de homine & bestiis noxiis eodem animo modoque perimendis*, collaudaverat, Grotium docere poterat, dum profitetur: esse in isto postulato Stoicorum, revera, magnam disparitatem: si quidem homo in defensione repulsus, ad sanam mentem redire possit, & deinceps ab offensione temperare: quem animum de bestiis frustra tibi polliceatis; ut alia disparitatis argumenta taceamus. Ergo ne viperas quidem (inquit Seneca) & natrices, cum morsu aut ictu nocent, affligeremus: si, ut reliqua mansuefacere possemus, aut efficere, ne nobis aliisque periculo essent: Adeoque ne homini quidem (multò minus homini) nocebimus, quia peccavit, sed ne peccet.

6. Longè autem fœdius discipuli Grotiani Thomas Hobbes, ejusq; sequaces, novo & inaudito definitionis genere, vindictam privatam asserunt, cum docent: in statu merè naturali, antequam homines pactis se invicem obstrinxissent, unicuiq; licuisse facere, quæcunque & in quoscunque libuisset: naturam verò dedisse unicuique jus in omnia: Injustitiam erga homines, supponere leges humanas, quales in statu naturali nullæ sint. Unicuique jus esse se conservandi; eidem ergo jus esse, quæ ipse

talia

talia esse judicaverit. Et si objiciatur: *Filium parricidam utique patri injuriam facere*: Etiā hoc negant scelerati: quòd filius in statu naturali non intelligatur. *Ita Hobbes in Element. Philosoph. de civ. p.12. & seqq.* Congemina, certè ab istis non procul abludentia, leges apud Grotium *lib.1. c.2. n. 1. versu; primumque esse officium, ut se quis conservet in naturæ statu, deinceps ut ea teneat, quæ secundum naturam sunt, pellatque contraria.* De Lucilio Varieno scribit Gramondus *lib.3. Histor. Gallic. p.210.* Medicinæ in speciem Professorem fuisse, reapse juventutis seductorem. Adolescentibus enim nova inprimis placere, (*vid. Laurentius Surius in An.1500. p.14.*) in novis maximè ea, quæ probentur paucis: Eoque solere mirari & imitari, & sequi, quæ novatores ejusmodi soleant eructare.

7. Utinam verò cum Lucilio illo omnes Luciani malo letho periissent, nec audire cogerentur Politici, quod idem Gramondus de ipsis *inprimis stationis suæ desertoribus, & à matulis ad sceptra adspirantibus*, pronunciat. *lib. 5. Histor. p. 289.* Pessimum genus hominum esse Politicos, quibus plerumque DEUS & religio pro nihilo sint. Quibus potissimum studium sit improba probare, quæ proba sunt, rejicere. *Id. lib.2. p.134.* Quorum totum à teneris vitam describit *Idem p.144.* Hic vitæ nostræ (inquit) ferme est ritus. Pueritiam egressi, per ætatis lubricum vana sectamur (sphæristeria, palæstras, similia) deliciis plus æquo immergimur, Deiq; parum memores naturam (naturatam, post lapsum corruptissimam) matrem optimam in totum agnoscimus. Talia sunt certè Hobbeana & sequacium principia, quæ sanè Diaboli potius instinctui, quàm rectæ rationis dictamini convenire videantur. Quis enim status unquam fuit, ubi homini, rectâ ratione & dictamine naturæ naturantis instructo, licuit facere, quod libuerit. An leges humanæ prima sunt æqui bonique censura. Annon ante legem Moysis scriptam in tabulis lapideis, lex fuit insculpta cordibus, quæ naturaliter intelligebatur? Quærit Tertullianus *in libro adversus Iudæos.* Hæc est illa lex mentiri nescia, quam immortalis natura insculpsit in immortali intellectu: *ut Philo ait in lib. Omnem virum bonum esse liberum.* An vero homo corruptissimus, suique Magister pessimus norma juris cujuscunque potest ab homine sano constitui, contra mentem Aristotelis

Quatenus panes Overbekiani ferebant.

telis 4. *Eudem.* 4. non finentis τὸν ἄνθρωπον ἄρχειν; sed τὸν λόγον. Nunquid στοργὴν illam, & quam tibi natura implantavit, adversus genitores reverentiam, vel semotâ omni lege humanâ potes inficiari, aut sine conscientiæ, Judicis intestini, morsu opprimere, quæ in ipsas se genas effundit, verecundiam? Ita nimirum in væsaniam prolabi solent, qui Pansophian ausu Gigantæo moliuntur nani: ac facere, dum nimium intelligentes videri volunt, (quod & his accidit, qui juventutem ab unâ verâ religione, cum combusto jure Puccio, ad naturalem vocant religionem) nihil sapere detegantur.

8. Vis tibi juris naturalis Hobbeani dictatorem levato velo patefieri? Adi Cyrillum Alexandrinum, *lib.* 11. *comment. in Iohannem. cap.* 47. *ibi:* Homines vel verbo levi læsi, statim in necem proximi exardescunt. Si quis de proximis vel lapsu linguæ minimum quicquam contra nos dixerit, more draconum (Ecce dictatorem Hobbeanum; Draconem infernalem!) in eum insurgimus, & mille verbis pro uno vituperantes, satiari non possumus: Nec quia ut homo lapsus est, aut propter communem infirmitatem humanam, iram deprimimus; sed ad ultionem irruëtes, Principem & consummatorem fidei nostræ Iesum non respicicimus. Nec recordamur, scriptum esse: Vias eorum ad mortem tendere, qui injuriarum memores fuerint. Et quæ ibidem porro sequuntur. Audi, (si mavis, paganum) Senecam 1. *de benefic. cap.* 10. Idem semper de nobis pronunciare debebimus; malos esse nos, malos fuisse, invitus adjiciam, & futuros esse. Vis, amplius dicam? Homo est omnium animantium pessimum ac deterrimum, quo nihil pejus, aut atrocius. *vid. Suidam in* ἄνθρωπος. Nulli animantium, inquit Plin. *in præf. lib.* 7. vita fragilior (quàm homini) nulli rerum omnium libido major, nulli pavor confusior, nulli rabies acrior. Denique si homo (in se & corruptâ naturâ spectatus) non differt ab aliis feris & bestiis, *ut ille ait ap. Stobæum serm.* 2. *p.* 31. Quâ insaniâ sensus bestiæ pro regulâ juris (cujuscunq; tandem) nobis obtruditur. Annon legerunt illud Ciceronis *lib.* 1. *de offic. p.m.* 464. *g.* ubi cum præmisisset; *commune esse jus naturale omnium animantium generi, ut se vitam corpusq; tueatur, declinetque ea quæ nocitura videantur:* Subjungit ilico: Sed in-

 ter ho-

ter hominem & beluam hoc maximè interesse, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solùm quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum admodum sentiens præteritum aut futurum. Homo autem qui rationis est particeps, consequentia cernit, principia & causas rerum videt. &c. Dices: Hobbeanos multa fingere in abstracto, neque componere, aut applicare ad finem Reipubl. Christianæ: Idq; in primis pro Grotio esse respondendum. Regero. Cui ergo bono talia proponuntur, quæ non nisi in novo lunæ orbe usum habitura sunt, Interim tamen effrenes animos in armorum licentiâ & φιλονεικία obfirmant. Nescio, an non tale quid sapiat, aut ex scholâ tali prodierit, libellus supplex magno Regi, 21. Jan. 1649. intimatus (uti quidem refertur in tr. de statu Franciæ perturbato. § Ohn diese) ibi: vnd ob schon das Gesetz der Natur (daß viel älter vnd vnumbschriebener ist/ als alle andere) vns alle rechtmässige Mittel (nempe etiam contra Regem, cum quo loquuntur) zu Erhaltung dessen/ daß sie vns reichlich gegeben/ an die Hand leget. Ita scilicet Hobbeanis istis discipulis nihil turpe vel iniquum est, quod homini vel corruptissimum naturæ πάθος suggesserit.

9. Jubet nos credere Christiana charitas, Grotium Hobbeana forte omnia probaturum non fuisse, maximè cùm & ipse profiteatur *lib.1.c.2.n.1.* τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, sive ea, ad quæ solus animi impetus fertur, posthabenda esse dictamini rectæ rationis. Item rectam rationem potiore loco ad examen vocandam esse. At spargit tamen veneni semina, dum paulò post subjicit: *In examinando jure naturæ*, primùm *videndum esse*, quid illis initiis congruat: *rectam rationem*, loco secundo, (nimirum, postquam primus ille, cui plerumque pares non sumus, impetus, omnia jam perdiderit, corruperitvè:) *consulendam esse.* Dicere debebat, motus primos, se tantùm habere *objectivè*, nec, ad constitutionem juris naturalis, quicquam *formaliter* conferre. Quod enim planè irregulare & abnorme, immò, juxta regulam semper regendum, & corrigendum est, quomodo, quæso, formalis & normæ rationem potest occupare? Nec sufficit conclusio, quam subdit, *in vers. sed quia.* Quia, in rebus nostris, & nostrorum affectu, corrumpimur; Ideò simul multas familias in unum locum convenisse,

nisse, Judices constitutos, & his solis datam potestatem vindicandi læsos, ademtâ cæteris, quam natura indulserat, libertate. Nam & illud falsum est: Naturam naturantem corrupto affectui, indulsisse libertatem, se vindicandi. Cum natura illa jus tale rationi rectæ permiserit, quæ sanè proximum, cessantem ab offensione, non lædit; Et conclusio, ex illa agnitione, sic potiùs erat conficienda: Quia, in rebus nostris, & nostrorum, affectu corrumpimur, ideò illi nihil esse indulgendum; sed omnem impetum illum rectæ rationis arbitrio esse coërcendum: Et, societatibus conditis, deliberandum, cum aliis, quatenùs nostra tueamur, sine injuriâ, vel recuperemus: *per l. quod est. 3. §. 9. ibi: Eum, qui cum armis venit, possumus armis repellere: nec resistere solùm, ne rejiciamur; sed, etsi dejectus quis fuerit, eundem dejicere potest, ex continenti: de vi & vi armat. l. 6. §. 1. Quod met. caus.* Ita in lege Atheniensium apud Demosthenem contra Ariston. Si quis prædonem confestim ulciscatur & occiderit, sine fraude esto. vel ut Petitus refert *lib 7. tit. 1. p. 516.* si quis alium injustè vim inferentem εὐθὺς in continenti necassit, jure cæsus esto. Quomodo & Draco cavit: ut statim ac illata fuerit vis & injuria, vindicetur: tempus autē negavit struendis insidiis, quibus opprimeret eum qui injuriam intulerat. *Petit. d. loc. de LL. Atticis.* Idem etiam innuit JCtus *in l. 3. de just. & jur.* verbo *propulsandi*: propulsatio enim nō fit, nisi in ipso articulo, in ipsa concertatione, in ipso aggressu. Quod fit ex intervallo, non est propulsatio. Pleraque licent ex continenti, quæ non licent ex intervallo: *arg. l. quod ait. 23. §. ult. ad L. Cornel. de sicar. ubi Dd.* (in continenti autem fieri, interpretamur hoc loco, quod tutò & opportunè fieri potest. W*esenbec. uti possid. n. ult. thesaur. Iurisp. lib. 9. c. 24.*) *l. 3. in fin. Ad L. Iul. de vi publ.*

10. Non ignoramus esse etiam ex nostris, qui distinguant inter jus naturale, asserantque: jus esse, non tantum rationem insitam omnibus hominibus à natura; ductumque adeò rectæ rationis: sed etiam illud, quod rationi consequens & proximum est, licet ratione non fiat, vel dicatur vel administretur: sed vi quadam innata. *latè Cujac. ad l. 1. §. 2. de I. & I. pag 14. arg. l. 32. ibi: tunc quid proximum & consequens ei est. de LL.* Verum ut hoc saltem eo fine profertur, quò definitio juris naturalis Jurisconsultorum,

torum explicetur & ſuo quodam ſenſu defendatur: Ita non abſolutè accipiendum venit: ſed planè analogicè & anagogicè; ut ſc. inſtinctus iſti naturales tantum efficienter & materialiter ſe habeant; nec ad juris definitionem, aut normam aut excuſationem ulterius proficiant, quàm quatenus regulæ rectæ rationis reſpondent. Sic ſanè rationi conſequens eſt, quod natura tribuit omnibus animalibus, ut ſe vitamque & corpus tueantur; ut vim atque injuriam propulſent. Neque tamen ideò cum videas, ceſſante aggreſſione, animalia commota feritate ſe invicem incurrere; rectè dixeris & hoc jure naturali fieri; cum & natura naturans, i. e. DEUS, id neget: & obruſſa juris, cui hoc proximum eſt, humani, charitatem tibi & amorem proximi potius perſuadeant. Sic conjunctio brutorum juris naturalis eſt, quatenus matrimonii ſimilitudinem habet: à cujus modo & ordine cum recedit, brutale jus eſt; imò planè nullum eſt: in nullum juris cenſum referri poteſt. Atque ita etiam ipſi, qui nobis à Grotio *d. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 1. ex Gellii *lib.* 12. *c.* 1. objiciuntur Philoſophi, nequaquá τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, ut juris quandam regulam præmonſtrant; ſed ut prima principia ſecundum naturam vel ad naturam, quæ objectivè ſeſe habeant, & ad regulam rectæ rationis ſemper componenda ſint. Licet affectiones iſtas (inquit Gellius) primitùs penituſque inditas ratio poſt addita, convellere, obſtirpare, atque expellere vix poſſit; pugnat tamen cum eis ſemper & exultantes eas opprimit, obteritque & parere ſibi atque obedire cogit. *Hæc Gellius.* Quæro autem quo artificio transferantur ad hominis actiones colore juris excuſandos, illa τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν: in quæ homo ratione præditus, pugnare ſemper ratione debeat, eaq; ſic ipſe normare (ut cum ſcholaſticis *&* *Colum.* loquar) Manet ergò quod dixi: jus naturale brutis tantum tribui anagogice & analogicè: adeoque ſimulatque jus iſtud ab analogia rectæ rationis, ad quam homini ſemper examinandum eſt, recedit, brutale planè eſſe, ac nullo modo nomen juris mereri: *l.* 1. §. 1. *ſi quadr. paup. fec. d.* quippe quod totum à Juſtitia pendere & appellari adeò debeat. *l.* 1. *ubi Cujac. pag.* 3. *de I. & I.* Eoque haud dubiè ſenſu, illi ipſi Stoici dicebant: μηδὲν πρὸς τὰ ἄλογα (NB. quatenus in eorum actionibus nullum rationis ſimulacrum apparet)

ζῶα.

ξωα. ap. Sext. Empiric. lib. contra Mathemat. & ap. Plutarch: περὶ σαρκοφαγίας. Utcumq; alii aliter sententiam istam interpretentur.

11. Peccat vero in eo etiam Grotius, quod jus gentium, cum suo naturali illo miscet: veluti, cum, ex Demosthene, ait: Esse communem inter homines legem, ut eum, qui nostra vi rapiat, ulcisci nobis fas sit. Quanquam nec hæc propriè ultio est; sed recuperatio ablatorum, cum bona manu repetuntur, quæ manu ablata sunt, quando jure non liceat experiri? Quæ quidem recuperatio, si in fine receptionis acquieverit, nec ipsa videbitur defensionis terminos egredi, nempe si ut in bellis clarigatio: sic jure naturæ repetitio verbalis præcedat *v. Cujac. ad l.5. de I. & I.* sin ultra rem, cum accessionibus receptam, desæviet; tum verò in ultionem illicitam degenerabit. *conf. Cuiac. ad l.3. de Iust. & iure pag.26. C.* Quod si in continenti peragi aut superiori, inter mortales designari nequeat, supremo diribitori & Vindici, erit committenda. Atque sic etiam ferè in privata rerum nostrarum defensione, comparatum est: De qua nonnihil, nunc dicendum restat, quatenus sc. & hic armis abuti homines soleant, cum de defensione personarum justâ, & usu armorum, circa eam, legitimo, jam suprà, pro re natâ παχυμερέστερον expositum fuerit.

12. Tametsi enim potissimus armorum finis sit, Defensio: *Novell.85. cap.4. f. v. supr. de armis in genere. th.9. pag.9.* Unde etiam Germanis arma, Wehren / à fine defensionis, appellantur; adeoque nimis delicati sint, qui nulla, in sua Republ. arma ferunt: prout, de Essenis, Philo scribit: (in Orat. Omnem bonum, esse liberum:) Nullum inter eos reperiri, qui aut jacula, aut sagittas, aut gladium, aut galeam, aut loricam, aut scutum, fabricet; nullum, qui aut arma conficiat; aut machæras: Ea tamen potissimùm, ad tutelam corporis & salutis referenda: *l.11. §. qui telum. 2. ad L. Iul. de Vi publ.* secundariò demùm, ad bona. *l.3. ibi: ut vim atque iniuriam. de Iustit. & iur. v. supr. pag.176.* Itaque & in hac defensione, ex ferro, optimo vitæ instrumento, pessimum facilè evadit. *Plin. lib.34. Natur. histor.14. n.1.* Nempe, si peccetur, vel in modo defensionis, vel in termino. v. g. si fur, aut raptor, planè ferro perimatur; cum propulsione solâ, aut vulneratione, servari bona possent; quomodo neminem impunè armis abuti, variis argu-

mentis doceri poteſt. *Initio* enim, vindictam omnem privatam, vel maximè in bonis, excludimus, quorum jactura, nobis antiquior eſſe non debet, præcepto Dei, & Apoſtoli, *ad Rom.* 12. *v.* 19. μὴ ἐκδικοῦντες; non vindicantes. *v. Meiſner. ſupr. citatus, p.* 228. *th.* 5. (*ubi lege p.* 222.) Quod adjicit (Apoſtolus:) Dandum eſſe locum iræ; de legitima & ordinatâ indignatione Dei, & Magiſtratus, accipio. De Deo enim, illicò ſubjicit: Mihi eſt ultio, Ego rependam, dicit Dominus: *nempe Devteron.* 32. *verſ.* 35. Hæc enim, DEI, ira, ut ſemper eſt juſtiſſima: ſic ſemper locum invenit, ſemper requirit: Homo limites, etiam compoſitis primis motibus, facilè tranſilit; Nec locum inde ſecurè poſtulat. Ergò, remotâ ira & vindictâ hominis; Dei iræ & vindictæ, locus eſt concedendus. Conſtituit etiam DEUS ordinem politicum Magiſtratus, ad quem injuriæ ſint deferendæ; cui DEUS partes ſuas demandavit, ut ſit juſtitiæ adminiſtrator: Hunc Ordinem, à Deo conſtitutum, (qui eſt nervus humanæ ſocietatis,) ſceleratè turbant, qui, privatâ temeritate, illatas injurias vindicant, ſine peculiari legis permiſſione, ex magna cauſa procedente, & privatam manum, pro publica armante: *v. Bocer. claſſ.* 6. *diſp.* 1. *quæ eſt de vindicta privatâ. theſ.* 3. (ubi tamen, quæ de bannito, (& ſimilibus) dicuntur, non de eo, qui, rumore publico, pro tali habeatur; *vid. ſupr. p.* 228. *theſ.* 5. ſed de eo, qui, ſententiâ Judicis, pro tali declaratus ſit, accipienda eſſe, patet, ex ordinat. Camer. *part.* 2. *tit.* 9. §. So jemandts ꝛc. *verſ.* So bald. *add. Concept.* Verbeſſerter Cammerger. *d. part.* 1. *tit.* 10. §. 2. & 2.) Quoties ergò injuriâ adficimur, (ſive in bonis; ſive in perſonis) ſi neceſſitas poſtulat, querela ad legitimum magiſtratum, veluti ad Dei Vicarium deferenda eſt; ſi is vindicat injuriam, facit ſuum officium, ipſi à Deo injunctum. Quod ſi Magiſtratus connivet, & negligit officium, nec noſtri juſtum patrocinium ſuſcipit: Tamen, non licet nobiſmet ipſis, vindictam ſumere ab adverſario; ſed injuria deferenda eſt ad Deum, & ab eo, expectanda eſt vindicta. *Heshuſius in d. loc. Pauli. pag.* 386.

13. Quin immò, ſi legem Chriſti Evangelicæ perfectionis, reſpiciamus, vix judicio contentioſè vindicare poſſumus res, nobis ablatas, ne dicam armis. *Matth.* 5. *verſ.* 39. & 40. ibi: Ei, qui in judicio, contendere, & tunicam tuam tollere vult, dimitte ei &

pallium,

pallium. Ubi, ad emolliendam sententiam, non tàm ab objecto, differentia petenda est; quasi Christus patientiam imperet in rebus, quæ facilè sunt recuperabiles, ut tunica; *prout docet Grotius lib.1. de iur. bell. & pacis. cap.* 2. §.8. (Neque enim Exemplis, definitiones restringendæ, seu constringendæ sunt: *l.18. de damn. infect. l* 1.§. *quod vulgò.25.ubi innuitur: male haberi pro exclusivo, quod tantùm exempli loco afferatur. de vi & vi arm. l. pen. § ult. de iur. & fact. ignorant. cum Hartm. Pistor. Berlich.4. conclus.4. nu.148. Thesaur. loc. comm. lib.5. cap.28. §* 8.) quàm à fine loquentis, & externam obedientiam internæ, imperfectam perfectiori opponentis: *conf. vers. 27. & 28. d. cap.* Neque enim judicia, (aut judiciorum usum,) è medio sublata vult Christus noster; quæ à Deo sunt; *Exod.* 21. & *seqq. 2. Paral.19.* sed vitiosos prohibet affectus, qui plerumque adhærent litigantibus, & consolatur pios, imbecilles, & oppressos injustis judiciis, ut propterea non frangantur animis; sed sciant, se tamen à Deo diligi & respici. *Chytræus ad d. cap.5. p.146.* Disputat nimirum Dominus, toto eo capite, præcipuè contra falsam Pharisæorum opinionem, qui, privatum odium & vindictam licere, putabant: sicut & homicidia; modò ne fierent manu & opere manifesto. *Luther. in annot. brevior. ad d. cap.5.* Itaque συγκριτικῶς & comparatè loquens; non est ἁπλῶς & absolutè accipiendus; alioquin ipse Christus, contra suum hoc præceptum, peccâsset, cum, percussus à servo sacerdotis, alteram ei maxillam non tribuit. *Hunnius ad dict. loc. Matth. p.161.* Et, si rem diligentiùs intueamur, tres veluti gradus sententiarum depræhendemus: *Conf. Grot. lib.2. cap.1. §.13. ibi: ut in aliis rebus perfectior lege Moysis.* prima sententia *prava* est *scribarum & Pharisæorum*, qui præceptum Dei, de publica vindictâ ordinarii Magistratûs, expresse sonans, detorquebant ad privatam etiam vindictam approbandam. Quæ sententia, planè damnabilis est. *Altera* sententia, *est legis*, imperfectioni humanæ aptata; ut, si omninò vindictam læsus expetat, adeat Magistratum, & oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima, à percussore reposcat. Denique, *tertiam sententiam Evangelicam*, perfectioni charitatis convenientem, subjicit Dominus: quòd immò homo Christianus, potiùs ferre debeat, ut in se conduplicetur injuria, quàm ut contentioni se committat,

tat, nedum, ut malum pro malo rependat. Non, quod judicia ipsa damnet. Sed adjuncta contentionis, odii, & cæterorum, quæ contentiones comitantur, vitiorum. *v. Hunnium d. loc.* Audire lubet hac de re Senecā, *lib. 2. de ira c. 7.* adjuncta illa graviter describentem, ibi: Hæc tot millia, ad forum primâ luce properantia, quàm turpes lites, quantò turpiores Advocatos habent. Alius judicia patris accusat, quæ vereri satiùs fuit; Alius cum Matre consistit; alius delator venit, ejus criminis, cujus manifestior reus est. Et judex, damnaturus quæ fecit, eligitur, & corona (audientium) pro mala causâ, bonâ Patroni voce corrupta. Quid singula persequar? cum videris forum, multitudine refertum, & septa, concursu omnis frequentiæ plena, & illum circum, in quo maximam sui partem populus ostendit: Hoc scito, isthîc tantundem esse vitiorum, quantum hominum. Inter istos, quos togatos vides, nulla pax est: alter, in alterius exitium, levi compendio ducitur. Nulli, nisi ex alterius damno, quæstus est: felicē oderunt, infelicē contemnunt: majore gravantur; minori graves sunt: diversis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita, ob levem voluptatem, prædamq; cupiunt. Non alia, quàm in ludo gladiatorio, vita est, cum iisdem viventium, pugnantiumque. Ferarum iste conventus est: nisi quòd illæ inter se placidæ sunt, morsuque similium abstinent; Hi mutuâ laceratione satiantur. Hoc uno ab animalibus mutis differunt: quòd illa mansuescunt dentibus; Horum rabies, ipsos, à quibus est nutrita, depascitur.

14. Hæc & similia, judiciis adjuncta sive innexa plerumque peccata, Christianis, secundum legem perfectionis, persuadere debent, ut potiùs injurias & damna patienter ferant; quàm ut, tanto cum animarum periculo, vel licito alias judiciorum remedio injurias reparent, aut bona repetitum eant: Quantò cautiùs ergò versandum erit, in defensione, aut recuperatione extrajudiciali, & privato arbitrio suscipiendâ? Melanchthon *in Annotationib. in d. cap. Matth. p. 18.* hos gradus, in lege: Non occides; observat: 1. Non lædere, si non sis læsus. 2. Non lædere gravius; quàm sis læsus. 3. Non lædere tantum, quantum sis læsus 4. omninò non lædere. atque adeò non indignari 5. ut malis ampliùs lædi; quam aversari lædentem. 6. postremò, diligere læden-

lædentes. Videant ergò, quam procul à gradu Christianæ perfectionis consistant, qui non tantùm, defendunt bona sua à præripientibus; sed etiam vulnerare: immò trucidare, auferentem, non verentur.

15. Unde patet, quàm fœda sit armorum, circa bona abusio quanto fœdior futura, si ex libidine Novaturientium Vicelianorum & Puccianorum, ex jure illo merè naturali (merè brutali; vel non multò meliore) barbarorum retro-Germanorum æstimetur. Nemo fidem nobis habeat, sed hominibus paganis, principiis tamen juris Romani imbutis: Historia nota est apud Livium. 5.36. Cum Romanorum Legati à Gallis (Puccianorum Doctoribus) quærerent: *Quodnam id jus esset*, agrum à possessoribus petere, aut parare arma? Ecquid in Etruria rei, Gallis esset? Illi: se in armis jus ferre; & omnia fortium virorum esse. Ita scil. impii homines, frustra, gladiis accinctis, leges prædicari, dictitabant. *v. Plutarch. in Pompeio cap.3. & in Mario, cap* 10. Quantò rectiùs atq; religiosiùs, orthodoxi Theologi, in justa etiam corporis defensione, juxta naturalis, divini & humani juris præscripta determinant, ut, *ex parte offendentis*, vis sit subitanea, quam evadere, aliter, (nisi defendendo) vix queas: (2.) manifesta, ut vitam, aut corpus, aliter tueri non possis. *Ex parte verò defendentis*: Defensio fiat (1.) in continenti, non ex intervallo: (2.) animo tantùm defendendi; non ex impotentia, vel irâ (3.) adhibita etiam, quantum fieri potest, armorum paritate; ne scil. sclopeto petas eum, qui te (aut res tuas,) inermis, vel cum baculo, invadit: (conf. Cujac. *ad d.l.3. in f. de I. & I. p.* 26. D. (ubi de hac limitatione monet, vim quidem inermem non rectè repelli armis; sed vim armatam, quibuscunque: ut si quis ferro me petat, putet quolibet ferro repelli eum posse; videlicet ensem, ancili seu rhombo; pugionem, ense) (4.) Terminum observes: Ne occidas, si vulnerando adgressorem queas evadere. *B. Meisner. lib.3. de LL. quæst.12. p.222. Add. Balduinum: lib.4. de casib. conscient. cap.1. pag* 888. *& cap. 14. pag.* 891.

16. Quod si ad forum nostrum transeamus, etiam *nocturnum furem*, non licet occidere, si parcere ei, sine periculo, dominus rerum potuit: *l. furem. 9. Ad L. Cornel. de sicar.* Quod pericu-

lum debet cum clamore: *al ladro, al ladro. Polydor Ripa: de nocturn. tempor. cap.24. n.7.* testificari; nimirum, ut, si fieri possit, concursus eò fiat Magistratuum, aut vicinorum, ad auxilium, & testimonium. *v. Grotium lib.2. de jur. bell. & pacis. cap.1.* §.12. Id v. discrimen, cum, in agris, vix observari queat, laxior est, in iis, concessa defensionis facultas: eaque est ampliatio *l.1. & tot. tit. C. quand. lic. unicuique.* Interdiarium (furem) tum demùm lex permittit occidere; si (1.) fur depræhensus, telo se defendat, & (2.) dominus itidem, cum clamore, testificetur, furem adesse, eaque exclamatione, cives & Magistratus, in auxilium advocet. *l. itaque.4. §. un. ad L. Aquil.* (Diss. Cujac. *d.loc. p.25.* ubi ait: sublatam esse differentiam illam l.12. tabb. inter nocturnum & diurnum furem, ac idem jus esse in nocturno, quod l.12. tabb. volebāt esse in diurno: Sed in constitutionibus d.l.1.& 2. ad aliquid in fure nocturno videri restitutam legē 12. tabb. ut sc. in agris fur nocturnus quoquomodo possit occidi) Ergò, neutrum licebit, ob solam bonorum ablationem, occidere; nisi, in nocturno, periculum quomodocunque impendeat: (noctu enim metus justior est, & excusatior) in diurno, à telo, jam ad defensionem educto. *Conf. Grot. d. loc.* ubi docet: Legem tàm Hebræam; quàm Romanam, id, quod Charitas suadet, præcipere: ne quem interficiant (rerum domini) ideò duntaxat, quia rem furatur, sed ut ita demùm liceat, si is, qui rem suam servare voluit, in discrimen venerit.

Conf. Exod. 22. v. 2. & 3. D. August. de homicid. c. 3. Mancinum. 1. collator. 87.

17. Per injuriam autem, modernis JCtis & Theologis, Grotius *d. cap* 1. §.13. imputat indiscretam hanc sententiam: *Rectè hominem, à nobis, interfici posse rerum defendendarum causâ, etiam extra eos fines,* in quibus Lex Mosis, & Romana, id permittat; puta, si fur, jam re acceptâ, fugiat. Atqui Lessius, (cum Soto ac Sylvestro, oppositus) *lib.2. de justit. & jur. cap. 9. dubit. XI.* planè Legis Mosaicæ, Romanæ & Pontificiæ, requisita præsupposuerat: Et tum n.73. subjicit: si tu defendas bona tua; fur autem contrà nitatur abripere, & ibi contentio, ad cædem usque, evagetur; Hoc casu demùm, furem impunè interfici. Addit quidem n.74. si, re arreptâ, fur aufugiat, trajici eum posse; sed subaudienda sunt superiora, quæ præmiserat, requisita ut fur fuerit inclamatus, & res magni sit valoris; sic etiam Navarrus *cap.15. n.2. Lopez. part.1. cap. 62.*

vers.

verſ. Non peccat. Bannes. 2.2. *quæſt.* 64. *artic.* 7. Occidere tum permittunt invaſorem, quoties res aliter ſervari, vel recuperari non poſſunt; modò ſint magni valoris. Filiuccius *tract.* 29. *cap.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 45. Planè orthodoxi, id omninò velle, probantur, cum dicunt: furem, non quà furem, (& ob ſimplicem bonorum ablationem,) occidi poſſe; ſed quà aggreſſorem (jam) & vitæ inſidiatorem, effectum. *Dn. D. Dannhavver. diſp. decalog. XI. θ.16.*

18. Eadem ferè dici poſſunt, de defenſione hominis, qui *extra cædem* læditur, vel verbo, vel facto. Facto, inquam, vel tantùm ad injuriã tendente; vel ſimul, ad pudicitiæ labem, per vim, inferendam. Neutro equidem modo, verè, honor læditur, & quæ injuria, ex animo inferentis, æſtimatur, judicio eam rectiùs quis ulciſcitur: Ideoque, nec ob provocationem injurioſam, licet in arenam procedere. *v. Dn. D. Dannhavverum. d. D. §.16. verſ. demus ſanè!* Ne quidem in foro politico; temerè enim provocatum, non minùs temerè comparere, ſuprà oſtendimus. *pag.* 174. *θ.6.* Nec, ob qualemcunque pudicitiæ invaſionem, illicò occidere; *v. Balduin. lib.4. de caſib. conſcient. cap.1. caſ.15. p.893.* ſed, procedente vi, & ad proſtrationem corporis directâ, *ut in exemplo, relato à Cl. Grugerio in hebdomad. Nov.3.* dixerim, impunè fore mulieri, quæ violentam ejuſmodi invaſionem, morte ulta fuerit *per Textum l.1. §.4. ibi: qui ſtuprum, ſibi, vel ſuis, per vim, inferentem occidit, dimittendum. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. juſta. 9. ibi: Vitæ infamiæve periculo. de Manum. vindict. l.8. §. 2. Quod met. cauſ. Paulus 5. ſentent. 23. v. ſupr. pag. 175. th. 9. Cujac. ad d. l. 3. de Iuſtit. & jur. verſ. At ait lex noſtra. ubi docet: vocem vis, in d. l. 3. ſpectare ad vitam, injuriæ ad pudorem.* Adhibeatur ſi placuerit Grotius *d. lib. 2. cap. 1. §. 7.* ubi tamen iterùm errat, cum tradit: vix controverſiam habere, an, pro pudicitia conſervandâ, quem occidere liceat? Controverſum enim id, maximè facit, autoritas & diſputatio Auguſtini. *lib. 1. de lib. arbitr. cap* 5. quem etiam aliqui orthodoxi ſequuntur. *v. Balduin. d. p.893.* Quin & nos, eam ſententiam, non aliter admittendam cenſemus; quàm procedente amoris æſtu, ad impetum violentiæ. *d. l. 1. § 4. Fac. l. 3. §. 7. ibi: Nec enim injuriâ hoc fecit, qui ſe tueri ſic voluit, cum aliàs non poſſet. De incend. ruin. naufrag. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. Ad L. Aquil.* Utcunque alii generaliùs loquantur: *Leſſius d. lib. 2. cap. 6. dub. 12. Bocer.*

class. 6. disput. 1. §. 27. Quos tamen sic exaudiendos esse, patet ex *class. 4. Bocer. disput. 4. §. 45. ubi lit. B.* narrat: ancillam adolescenti cuidam, qui ei vitium adferre, per vim, laborabat, virilia, impunè, præcidisse.

19. Multò magis ergò, abusus armorum, in defensione bonorum coërcendus venit: cum honor & pudicitia, vitæ periculo, & thesauro æquiparentur; dd. ll. Bona verò alter demùm & secundarius sanguis hominis, perhibeantur. *Bald. in l. si tuis numis. C. de oper. libert. Tiraquel. de Nobilit. cap. 3. nu. 5. & cap. 31. n. 364.* Nec (illa) vitæ, aut famæ, hominis possint æquiparari. *Obrecht. de necessar. defens. cap. 8. n. 9. & 10. Martin. Mager. de Advocat. armat. cap. 6. n. 420. v. pro hac sententia, pluribus pugnantem Kremberg. de necessar. defens. quæst. 7. n. 15. & seqq.* Unde & *in l. 3. de Iust. & Iur. & in artic. 139. Constit. Carolinæ*, tantùm, vitæ & corporis sive pudoris salus, pro objecto defensionis armatæ, & ad cædem excusatam procedentis, constituitur ibi: welcher eine rechtmäßige Nothwehre/ zu rettung seines Leibs vnd Lebens/ thut/ der ist darumb niemanden nichts schuldig. Quod si alia juris loca, etiam bonorum defensionem, generaliùs concedunt; cædem certè, nisi offensio etiam personæ, & invasio corporis accedat, haut temerè indulgent. *cap. pen. & ult. de cleric. percuss. cap. dilecto. 6. de sentent. Excommun. in 6.* Immò, mansuetudini Ecclesiasticæ ne hoc quidem convenire dicitur, *in can. suscepimus. 10. de homicid. voluntario.* Atque ita, i. e. cum gradatione & suppositione invalescentis subinde violentiæ, exaudiendus est § 1. *artic. 150. d. constitut. Carolinæ: ibi:* So einer zu rettung (auch) eines andern Leib/ Leben/ oder Guth/ jemand erschläget: *citat. supr. pag. 242.* Hinc enim non rectè inferas: Invasorem bonorum propriorum, à Domino statim & impunè quidem, posse occidi: Namque, cum gradatione illa, & cætera requisita, hîc etiam præsupponenda esse, indicat ejusdem articuli principium: ibi: So dieselben Vrsachen/ recht vnd ordentlich gebrauchet werden. Quæ omnia, cum, in sequenti consilio, in ipsa applicatione, liquidiùs ostendantut, Commilitonibus illud non invidebimus: sic autem habet.

Facti

Facti Narratio.

20 Bey vorgangener Einquartirung zu N. seind herrn N.
Medicinæ Doctori, in seinem alldar habenden Meyer-Hoff/ auch
etliche Reuter einlogiret worden; vnerachtet nun/ daß Er sich durch
solche Einquartirung ohne das genugsam beschwert befunden/ haben
doch auch andere frembde vnd jhme nicht eingelegte Reuter/ selbigen
offt visitiret vnd so wol ahn Viehe/ Früchten vnd andern/ als vor-
nemlichen an Hew/ mit Täg- vnd Nächtlicher Abtragung viel scha-
den zugefüget; vnter welchen sich der entleibte Reuter/ Hanß Martin
Weber nicht entblödet/ eines Morgens frühe/ als die Einquartirten
Reuter auff der Wacht/ oder Partie gewesen/ sich in deß Doctors
Hoff zu begeben/ deme auff die zehen oder zwölff Jungen mit Stricken
gefolget/ einen starcken bundt Hew auffgeladen/ der Meinung solch
auffgefastes Hew also abzutragen/ vnd das übrige durch die Jungen
vollendts Preiß zumachen; darzu aber der Doctor auff gemachtes ge-
schrey von den Soldaten Weibern kommen/ den Reuter mit Wor-
ten abgemahnet/ die Fraw zum Cornet solches zu klagen/ geschicket/
welcher dann durch einen Corporal dem Reuter auch ernstlichen ab-
wehren/ die auffgepasseten Jungen abprügeln/ vnd dem Doctori sa-
gen lassen: Alle dergleichen Gesellen mit dem Dägen/ oder Pistolen
mit Schrotten geladen/ auß dem Hoff zu treiben: dagegen der ent-
leibte Reuter dem Doctori mit fluchen vnd schweren bedräwet/ sol-
ches jhme nicht zu schencken/ selbigen auch mit Schmähworten auß-
gefordert.

Ob nun wol diese deß Cornets Abmahnung vor dieses mahl die
entfrembdung deß Hewes verhindert; So hat sie doch bey dem entlei-
beten nicht so viel vermöcht/ daß er auch ins künfftige sich deß abneh-
mens enthalten hette; besondern Er ist den 17. 27. Octobris (juxta
descriptionem Doctoris) so ein Dienstag gewesen/ zu Morgens
frühe/ als die Reuters-Weiber in abwesen jhrer Männer die Pferde
abgefüttert/ widerumb sampt einem seinem Cammeraden/ Namens
Melchior Stauben/ den er nominatim dem Doctor Hew abzuneh-
men/ angefrischet/ (juxta propriam dicti Staubens depositionem)
in deß Doctors Hauß/ da er noch zu Bette gelegen/ gangen/ vnd/ ob
jhme wol die Einlogirten Soldaten-Weiber zu geschrien vnd abge-

wehret/ gleichwol daß Hew zu rauben gangen: Daß alſo der Doctor vber der Weiber geſchrey auffgewachet/ vnd halber angezogen/ ſeinen bloſſen Dägen/ vnd ein Piſtol/ welche Er die Nacht über geſpannet gehabt/ vmb willen den Nachtdieben auffzupaſſen/ erwiſchet/ damit in den Hoff gangen/ ſeine Magdt in deß Herrn Cornets Quartier geſchickt/ vnd vnter deſſen die Hewholer abgemahnet vnd erinnert/ was der Cornet zuvor befohlen: Darůber der entleibte Weber nur loſe Wort zur Antwort gegeben: daß Hew nichts deſto weniger auffgefaſt; dem Doctori in das Piſtohl gefallen/ mit dieſen Worten/ du tauſend Sacram. Doctor, Jch will dich jetzt lehren ſchieſſen: (quod quidem à reo ita narratur, ſed à teſtibus eo modo non refertur) doch berichtet der dabey geweſene Zeug vnd Mitthäter Staub dieſes/ der entleibte habe die Piſtohl erwiſcht/ vnd zu ſich gezogen: der Doctor aber habe ſie nicht wollen gehen laſſen: vnd in dem ſeye der Schuß geſchehen/ da dann der entleibte O/ wehe/ geſchrien/ der Doctor aber die Piſtohl fallen laſſen: ſich in deß ankommenden Corporals Schutz biß zu ſeiner Verantwortung/ geben/ vnd ſey von dannen nach Breyſach/ in Verhafftung geführet worden.

Quæſita. Hierauff iſt nun die Frage: (1.) Ob der nunmehr im Arreſt verfaſte Doctor N. N. befugt geweſen/ ſich mit geladener vnd geſpanter Piſtohl gegen dem vnbewehrten Reuter zu opponiren? (2.) Ob præſumirlich/ daß der Schuß mit Vorſatz oder vngefehr geſchehen? (3.) vnd was ſolcher Erkandnuß nach/ offtgemelter Doctor vor eine Straffe meritiret? oder was geſaltẽ er zu abſolviren ſein möchte.

Wiewol nun was die erſten zwo Fragen betrifft/ dieſelben gleichſam pro Rationibus decidendi, oder hypotheſibus wollen angeſehen werden/ in verbis: vnd was ſolcher Erkandnuß nach ꝛc. Da ſie doch der Sachen den Außſchlag allein nicht geben können; ſondern andere Vmbſtände mehr müſſen in acht genommen werden.

Ita in ſimili caſu homicidii non doloſi quæſtionem reformat & concipit, Weſemb. *part* 4. *conſil.*156. *n.*1.

So wollen wir doch vmb dem begehren aller ſeits ein genügen zu erſtatten/ dieſelbe in anteceſſum zu beantworten vns nicht laſſen zuwieder ſein. Vnd zwar

Reſolut. 1. Quæſt. Soviel die Erſte Frage betrifft/ Ob der im Arreſt verhaffte Doctor befugt geweſen/ ſich mit geladenen vnd geſpannetem Piſtohl gegen dem vnbewehrten Reuter zu opponiren?

Jſt

Ist bey dieser Frage ratione subjecti wohl in acht zu nehmen/ (1.) daß der entleibte Reuter/ in diesem facto nicht als ein schlechter Reuter; sondern als ein vorsetzlicher suppilator vnd entfrembder/ ja (2.) als ein vnbändiger vnd vngehorsamer Gesell/ der auch auff seiner Officirer Verbott nichts gegeben/ vnd (3.) mit Gewalt/ vngeschewet aller Verwarnung/ vnd Abmahnung (4.) in anderer Leuthe Häuser vnd Quartier (5.) vnd zwar nicht allein; sondern mit seinen auffgerotteten Gesellen gangen: Massen hierunter dieses alles mit mehrerm soll deduciret vnd angeführet werden. Nechst dem vnd ratione Prædicati, ist gleicher massen in acht zu nehmen/ daß ein Vnterscheid sey in der Frage/ ob sich der Doctor mit gewehrter Hand zu erzeigen sey befugt gewesen: Vnd ob er in der opposition auch gebührliche Maß gehalten? Welche Erleutterung der fragen vorgesetzet/ folget die Antwort nun richtig: daß/ so viel den ersten Satz betrifft/ der inhafftirte Doctor vnserm erachten nach/ so wol von gemeinem Rechten/ als auch den Officirern selbsten fug vnd Gewalt bekommen/ sich dergleichen Räubern mit gewehrter Hand zuwider setzen.

Dann/ so viel gemeine beschriebene Rechte anlanget/ wird solches folgender gestalt erwiesen.

Quod defensio nobis concessa sit, non tantùm personarum & famæ; sed & propriorum bonorum *cap. 2. verb. re tua. de homicid. l. 1. ubi Bald. Salycet. Cyn. & cæteri in verb. ad defendendam possessionem. C. unde vi l. 3. §. 9. de vi & vi armat.* quod verum est, non solum in immobilibus. *d. l. 9. §. 9.* sed etiam in mobilibus. *d. l. 9. ubi Doctores ad L. Cornel. de Sicar. l. 4. l. 52. §. 1. ad L. Aquil.* Sicuti enim pro tutela corporis & vitæ vim atque injuriam propellere licet; ita & ratione rerum atque bonorum *post Iason. Felin. Covarruv. & alios, Farinac. quæst. 125. part. 4. n. 168. ubi infinitos, more suo, allegat.* Tametsi verò Doctores, quoties sine armis fit offensio, toties etiam sine armis faciendam esse defensionem, velint. *Wesemb. in Comment. Cod. quando liceat unicuique n. 42.* illud tamen ad hanc quæstionem, ubi de sola oppositione, non de impetitione & conflictu disquiritur, non pertinet. Hoc enim casu in terminis responsum est, ab Experientissimis Criminalistis, etiam cum armis res suas tueri licere, maximè à fortiori arreptas. *Gl. in cap. suscipimus, verb. Laicus verò, extr. de homicid. quam cum aliis sequitur Capolla Consil. crimin. 44. n. 4.*

vers.

verſ. hoc etiam probat & Weſemb. priorem theoricam ipſe ex Baldo limitat: niſi aliud circumſtantiæ concedant. d. n. 42. At hîc non tantùm duo fortes Milites domum Doctoris inviti intrarunt, & fœnum invito Domino auferre voluerunt; ſed etiam aliæ circumſtantiæ infrà detegendæ, fortiorem defenſionem exegerunt.

So viel aber der Officirer vnd Befelchshaber Vollmacht vnd gegebene Gewalt anlanget/ ſo iſt davon der Schultz zu N. zu vernehmen/ der (als teſtis 2.) Beurkundet vnd ſaget in der Verhör N. 3. pro Doctore: Ein Tag oder acht zu vor (nemlichen ehe der Todtſchlag geſchehen) ſey gemeldter Herr Doctor/ zu Herrn Cornet Iterot abends wie er hat wollen ſchlaffen gehen/ ins Loſament kommen/ vnd geklagt/ die Jungen hetten jhm abermahl gedräwet/ das Hew zu nehmen/ weſſen Er ſich zu verhalten; ſonderlichen weil ſie zu zehen oder zwölffen kommen/ daß er jhren nicht mächtig können werden?

Darauff denn gedachter Cornet in beywesen sein Schultheiſſen vnd eines Soldaten der Heitz genannt/ geſaget: **Wenn ſie bey Nacht kommen/ vnd in güte nicht abſtehen wollen/ ſolle er eine Büchß mit Schrott laden/ vnd Fewer auff ſie geben.** Mit welchem Gezeugnuß vbereinſtimmet/ was in der weitern Verhör n. 4. vor erzehlet wird/ daß Er Zeuge zu Errettung deß ſeinigen etliche mahl zu Nacht/ in ſeinem Loſament wacht halten müſſen vnd ſolches mit einem Carabiner, dieweil Herr Capitain Leutenant nicht nur ein mahl zu jhme; ſondern auch zu Ludwig dem Meyer geſagt vnd befohlen/ daß ſie deß gewöhnlichen Einbrechens halben Schrött in eine Büchſen laden/ vnd ſolchen Geſellen/ reverenter, in die Poſteriora ſchieſſen ſollen.

Dahin dann auch gehöret deß Corporals Ermahnung von deren Catharina in beſagter verhör zu ende meldet; daß nemlichen derſelbe zum Doctore geſaget: Jhr wüſt wohl/ was man Euch befohlen; wenn ſie mehr kommen ſo thuts.

Licet autem mandatum in delictis non excuſet, ne quidem ipſius Domini ſuperioris, aut Judicis. *l. 1. §. quoties. Quod vi aut clam l. non ideò minus. C. de accuſat. Decian. conſil. 535. n. 3.* Id tamen intelligendum de mandato injuſto & inordinato: ſecus enim de eô ſtatuendum, quod legibus conforme eſt, & ad defenſionem tan-

tùm

tum pertinet. *Bartol. in l. justè. de acquir. poss. Angel. Aretin. de malef. verb. & Sempronium mandatorem. n.10.*

Was aber die quæstionem quomodo, quatenus & in quantum, betrifft / Ob sich nemlichen der Doctor in der opposition nicht vergangen? da hat es weit eine andere Meinung; denn da ist nicht zu verneinen/ der Doctor hette besser gethan/ daß er die Gesellen/ als die am hellen Tage Hew geholet/ hette passiren lassen/ vnd hernach den vnfug geklaget.

Quando enim fur seu invasor cognoscitur, isq; postmodum judicialiter ac ordinaria Juris via conveniri potest, tum nequaquam trucidari potest, inquit Carpzov. *part. 1. quæst. 32. n. 28. fac. l. non est singulis. 176. de Reg. Jur. l. 13. §. 1. vers. æquissimum est. De usufr.*

Es scheinet auch es habe sich selbiger mit harten Worten vnd Dräwungen / wie auch mit gedoppelter armatur, Entblössung deß Dägens: Item / in dem er sich vor die Thür gestellet nicht wenig vorgangen/ vnd habe den entleibten hierdurch gleichsamb irritiret: wie denn auch der Officirer Befehl vornemlich auff das nächtliche Hew holen angesehen gewesen: inter furem autem nocturnum & diurnum, latam esse differentiam patet ex *l. 36. §. 5. ibi: tempore. de pœnis. l. 2. de effractorib. c. 3. De Homicid. Polydor. Ripa. de nocturn. tempor. cap. 24. num. 3.*

Also/ daß die oppositio nicht pro omnibus modis justa & probabili zu halten ist / wie vnten in Rationibus dubitandi ad Quæstionem Tertiam mit mehrerm soll angedeutet werden.

Resolutio secundæ Quæstionis.

Was die andere Frage betrifft / ob nemlichen præsumirlich/ daß der Schuß mit Vorsatz/ oder ohn gefehr geschehen?

Ob zwar selbige der Haupt-Frage Ihre decision vnd Erörterung auch nicht allerdings geben mag/ weilen diese præsumptiones in criminalibus keine probation außmachen / sintemahl dem Reo nichts desto weniger die Exceptio defensionis bevor stünde:

Per tradita Damhuderii, *in Praxi Criminal. c. 49. n. 4. & seqq. Constit. Carol. V. pœnalis. artic. 140. & seq.*

Gleichwol/ ut gratificemur Dn. Consulenti, wollen wir dieselbige mit wenigem resolviren. Den vngeachtet / daß auch sonsten

etwan die Rechte vor den Reum præſumiren: quòd ſcilicet homicidium potiùs caſu & fortuitò factum fuerit, quàm datâ operâ. *v. Menoch. lib. 5. præſumpt. cap. 2. n. 29.*

So ſind doch in dieſem fall etliche ſpecial præſumptiones, adeoque fortiores, wider den beklagten obhanden.

Vid. ſupr. p. 89. B. Nempe quod arma præparata habuerit, *Cæpolla conſil crimin. 18. n. 7. verſ. 2. & v. 3.* Et quidem talia, ex quibus occidendi animus haut dubiè colligitur *l. 1. §. Divus. ad L. Cornel. de Sicar. Farin. q. 127. n. 117.* cujus generis imprimis eſt bombarda *arg. §. 5. l. de publ. jud. Men. 5. præſumt. 40. n. 7. Carrer. tr. de homic. §. homicidii autem ſpecies. n. 58. Farin. quæſt. 126. n. 117* Item, quòd gladium ſtrinxerit, & evaginaverit, *Menoch. d. 5. præſumpt 40. n. 4* Et evidentius, quod minatus ſit, ſe glandem emiſſurum. Contra minantem enim ſecuto ictu gravis eſt præſumptio. *Maſcard. 1. concl. 72. n. 3.*

Welche præſumptiones den Richter auch dahin bewegen können/ daß er zu Erforſchung der Warheit/ dem Hafftirten wol ein jurament aufflegen kan.

Quanquam enim pro Regula traditum ſit, cauſas criminales juramento non eſſe decidendas *Hippolyt. in Prax. Crimin. §. poſtquam n. 4.* maximè ei, contra quem aliqua militat præſumptio, *ut eſt text. in cap. Clericos. 3. de cohabit. Cleric.* Quia tamen ex aliis rationibus Reo ſuccurritur, & hoc quoque juſiurandum ad ipſius innocentiam vergere poteſt, integrum eſt Judici deferre jusjurandum: Prout in ſimili caſu exoneratæ bombardæ, conſuluerunt Scabini apud Harmannum Piſtoris, *obſ. 108 in f.* Juramento enim ſolo probantur quæ in conſcientia latent, *inquit Guido Pap. conſil. 223. n. 4. quem laudat & commendat Menoch. d. lib. 5. præſumt. 40. n. ult.*

Quæſtio Tertia.

Reſol. 2. qu. per rationes rum dubitandi. Die dritte Frage lautet alſo: was ſolcher Erkantnuß nach/ offtgenannter Doctor vor eine Straffe meritiret? oder/ was geſtalten er zu abſolviren ſein möchte?

Bey welcher Frage zu mercken/ Erſtlich/ daß die reſolution derſelben nicht auff denen vorher fragsweiſe geſetzten hyppotheſibus beſtehe/ (wie oben angemeldet/) ſondern zuvorderſt auß andern ratio-

num

num momentis zu erwegen sey. Zum Andern/daß mit dreyen Worten/auff beyde theile gründlich zu antworten: Nemlich der festgemachte Doctor, weder gäntzlichen zu condemniren/ noch gäntzlich zu absolviren: sondern von der ordinaria zu absolviren/ vnd gleichwol mit einer pœnâ arbitrariâ zu belegen sey.

Communis enim& concordans omnium Doctorum est opinio, quod is, qui moderamen inculpatæ tutelæ excessit, non ordinaria, sed arbitraria pœnâ afficiendus sit. *Brevitatis studio remittimus Lectorem ad Berlichium, hæc satis exactè deducentem 5.concl.18. per tot. jungant. M.Stephani & cæteri ad art.141. & seqq. Constit. Caroli V.*

Dann so viel die ordinariam betrifft/ möchten zwar wider den angeschuldigten Doctorem, folgende Rationes vnd considerationes ad infligendam pœnam ordinariam moviret vnnd anbracht werden. Daß (1.) diese Entleibung wegen eines schlechten dinges vorgangen/ weil es nur vmb zwey kleine bündtlein Hew / die einer allein vnd mehr darzu tragen können/ zu thun gewesen.

Ita enim in depositione suâ factum extenuat Melchior Staub/ fac.1.

Nun ist daß aber keine redliche Außrede vnd Nothwehr / wenn vmb eines nachgültigen Gutes halben ein Mensch vmbs Leben gebracht wird.

Si res fuerint viles & exiguæ, defensionis exceptio locum non habet: Cùm ob eas hominem nullatenus occidere liceat. *l. 52. §.1. ad L. Aquil. c. suscepimus.* 10. *de homicid.* Si enim parcitur famæ hominis pro re vili. *l.9.§.ult. de dolo malo*; multò magis parcendum est vitæ. *l.38. §.9. ad L. Iul. de adult. Damhuder. in Prax.rer. crim.cap. 78. n.4. ubi dicit: ob res minimas furem ne quidem esse lædendum, etiamsi is armis sese defendere conaretur.*

Welches dann Melchior Staub/ laut seiner Außsage dem Doctori selbsten zu Gemüthe geführet / his verbis: Herr Doctor, wie köndt jhr das vber ewer Gewissen nehmen / daß Jhr vmb ein paar bündlein Hewes / einen Kerln todt schiessen wolt.

Darzu dann (2.) kompt / daß der entleibte dieses Hew nicht auß der Vrsach/ intention vnd Meinung geholet/ daß er sich damit bereichern wolte.

Qui autem alio animo, aliaque de causâ quid surripit,

vel fraudem committit furtum non facit. *arg. l. verum. 39. de furt. Harprecht. ad §. 1. I. de furt. num. 24. & seqq.* sondern wie abermahlen Melchior Staub attestiret/ auß hoher Benötigung / weil sie sonst nirgend als da/ vnd bey dem Schultheisen etwas gewust.

In facto autem excusat famis & alia similis necessitas: quia tempore necessitatis omnia debent esse communia. *l. 2. ubi Gl. in verbo conferre. ad L. Rhod. de jact. Cagnol. in l. quæ propter. 122. (alius est 162.) n. 3. de Reg. Iur. Canon. sicut hi. distinct. 47.*

(3) Seind beyde Hewholer gantz inermes gewesen/ Quemadmodum autem ex gestatione & illatione armorum malus colligitur animus, *Bartol. Alex. & alij ad l. 1 ff. ad L. Iul. de vi publ. Cæpolla. 2. consil. 2.* Ita, armis deficientibus, cessat etiam præsumptio animi offensivi, *Cynus in l. 2. post Iacob de Aret. C. de probat. Mynsing. 4. obser. 89. num. 7.* nec moderamen inculpatæ tutelæ allegari potest, si armatus inermem occiderit. *Schneidevv. in §. 1. I. de I. N. G. & Ci. vers. secundò circa modum. post Gloss. in l. 1. C. unde vi. Damhoud. cap. 76. prax. Crim. n. 14.*

Hingegen aber ist (4.) der Doctor mit Dägen vnd Pistohl armirt gewesen.

Ex armis autem propriè dictis, animus occidendi colligitur. *Gail. 2. observat. 110. n. 7. Gometz 3. resol. 3.* utiq; is, qui armatus contra inermem procedit, aggressor & autor rixæ fuisse præsumitur, *Farin. cum allegat. quæst 125. n. 449. & 454.* ubi probat; multò magis præsumi, quod is aggressor fuerit, qui armatus erat, si alter nulla habebat arma.

Damit er sich dann (5.) eine geraume zeit gefast gehalten: laut eigener Bekantnuß/ in illis verbis: In der Stuben erwischte ich zugleich auch die noch geladene vnd gespannte Pistolen; wie Ich denn selbige Nacht damit auffpassete.

Aggressor autem & is præsumitur, qui arma præparavit ante rixam, *per Cæpollam. Bertazol Hercul. & alios, Farin. d. loc. n. 455.*

Zum (6.) ist derselbe Autor rixæ, & primus Aggressor gewesen: Autor autem rixæ, secuto homicidio, ordinariâ pœnâ plecti debet, uti Communis Scholæ habet assertio *apud Hippol. de Marsil. in prax. Crimin. §. constante. n. 77. Ludovic. Gilhaus. in arbor. Iud. crimin. cap. 5. ramusc. 3. n. 171.*

Denn

Denn er iſt (7.) mit bloſſen Dägen vnd einer Piſtohl mit auff-gezogenem Hanen/ herauß kommen.

Iuxta depoſitionem ſæpè dicti Melchioris Stauben: Qui autem præter morem arma comparat, tantò magis in maleficiis propoſiti ſuſpicionem incurrit. *Menoch. de A. I. Q. caſu 361. nu. 42. & caſ. 363. n. 14. Conſtit. Carol. art 33.* maximè, ſi prior arma evaginaverit. *Bertazol. conſil. 75. n. 2.* & ſtricto gladio proceſſerit, atque in Adverſarium irruerit. *Alciat. de præſumpt. Regul. 3. præſumpt. 29. n. 12.*

Auch (8.) ſich damit vnd in ſolcher poſitur vnter die Thüren geſtellet.

At, qui ſe ſiſtit in loco quà tranſeundum erat, inſultaſſe dicitur. *Maſcard. 3. concluſ. 1134. n. 12.*

Vnd zum (9.) gedräwet/ (nach Außſage deß Doctors eigenen Magdt/ Evæ Schneiderin/ in der erſten Verhör N. 4. ibi: Er laſſe es jhnen nicht/ oder er brenne einen auff die haut) Et juxta teſtimonium 3. in der weitern Verhör N. 4. his verbis: Ich ſchieſſe beym Schlapperment einen auff die Haut.

Si autem teſtes deponant, ſe audiviſſe ante homicidium commiſſum, Accuſatum dixiſſe, ſe velle talem ferire, aut occidere, ſatis probatum, homicidium fuiſſe commiſſum animo occidendi. *Ita poſt Carrer. Marſil. Grammat. Maſcardus, vol. 2. de probat. concluſ. 865. n. 17.* Animus enim ex verbis declaratur: & nulla eſt major probatio, quàm qualitas verborum expreſſa. *l. Labeo 7. §. 2. ibi. nemo exiſtimandus eſt dixiſſe, quod non mente agitaverit. de ſuppellect. leg. Maſcard. d. loco. Tiraquell. in l. ſi unquam. verb. Liberis. n. 15. & 18. C. de revoc. donat. Menoch. caſ. 331. quem citat & ſequitur C. A. ad L. Cornel. de Sicar. theſ. 15. num. 7.*

Derſelbe iſt auch (10.) von beſagtem Staub abgemahnet vnd gebetten worden/ ſie gehen zu laſſen/ welches er aber nicht thun wollen; ſondern beſtändig vnterm Thor mit auffgeſpanntẽ Han ſtehen blieben.

Homicidium autem doloſum inprimis ex obſtinato propoſito colligitur *Carrer. in pract. crim. in 3. tr. de homicid. & aſſaßin. §. homicidij autem ſpecies n. 2. Farinac. part. 5. oper. Crim. q. 126.*

Vnd were Ihme (11.) je ſo groſſer ſchaden vnd Vnfug zugezogen worden/ hette er die Reutter/ als die wol bekandtlich/ verklagen/ nicht aber erſchieſſen ſollen.

Quando verò invasor seu fur cognoscitur, ita ut postmodum judicialiter ac ordinaria Juris viâ conveniri possit, tum nullo modo trucidari debet: sed contra faciens & occidens in pœnam ordinariam incidit; uti loquitur & præjudiciis tribus firmat *Bened. Carpzov. part.1. quæst. Crim.32.n.28. & 29. & d.sup.q.1. circa fin.*

Decisio & Rationes decidendi.

Tum decidendi. Wie nun theils dieser Betrachtungen den verwahrten Doctorem so fern beschweren; daß er nicht allerdings ohne Straffe absolviret werden kan: Also seind sie nicht deß Bestandes noch der erheblichkeit/ daß sie von deß Doctoris Exceptionibus, quoad aversionem pœnæ ordinariæ nicht köndten eleviret werden. Dann obwol (1.) so viel daß factum an sich selbsten betrifft/ der entleibete in der titulirten weitern Verhör N. 4. per depositionem testis tertii, nach empfundenem Schuß/ vber den Doctor geschrieben/ vnd auff befragen/ was jhme sey/geantwortet: der Doctor hat mich geschossen.

Cujus sanè professio in articulo mortis constituti *l. ult. & ibi plerique omnes. C. ad L. Iul. repetundarum,* videtur haut modicam vim habere, cæteris circumstantiis, quæ suprà expositæ sunt, coincidentibus:

So will doch solches der Doctor nicht gestehen; sondern meldet in seiner Verantwortung/ er wisse nicht wie der Schuß geschehen.

Non autem proponenda saltem est accusatio, sed etiam probanda venit. *l.4. verbo: si probetur C. ad L. Aq.* siquidem Reus inficietur, se occidisse, aut damnum dedisse *l. inde.23. §. ult. cum ll. sequentib. ff. eod. tit.*

Vnd ist darneben keiner vnter allen Zeugen/ der sagen könne/ der Doctor habe mit freyer Hand loß gebrandt.

Homicidium autem liberè factum, vel damnum datum esse probari debet testibus, si Reus neget. *Gloss. in l.4. C ad L. Aquil. l. in lege.40. ff. eod. Wesemb. comm. C. ibid. n.25. & 26.* Sondern es geben die Außsagen ins gesampt so viel/ daß die Büchse in dem ringen/ da der entleibte dieselbe haben / der Doctor aber nicht lassen wollen/ bewegt worden vnd looß gangen sey: Insonderheit saget Catharina Eckenfelderin/ so dem Handel am eigentlichsten zugesehen/ vnd am meisten davon deponiret/ in der weitern Verhör. N.4.

In dem Ringen sey der Schuß geschehen / vnnd habe nicht gewust / welcher es vnter diesen beyden gewesen / qui scil. læserit, vel læsus fuerit. Quando autem à duobus ad invicem luctantibus & certantibus de sclopeto, etiam tertius aliquis, exonerato eo globulo trajectus animum exhalavit; homicidium non habetur pro doloso; sed potius pro culposo, quod pœna arbitraria carceris vel pecuniaria coërceatur & expietur. *ita Carpzov. part.1. quæst.27. n.42.*

Dann also bezeuget dessen eigener Mitgespahn Melchior Staub/ in der Verhör sub sign. N. 3. der entleibte habe mit der andern Hand nach dem Pistohl gegriffen/habe auch solchen erwischt/ vnd zu sich gezogen; aber jener habe sie nicht wollen gehen lassen: vnd in dem er hinzugelauffen/ sey der Schuß geschehen.

Quando autem quis in angulo me ita perstringit, ut vel pugni percussio jam mihi metuenda sit, & ita propè me sit, ut me attingere possit, tum illum rectè gladio (vel bombardâ) petere & interficere possum. *Ita post Bonfranc. tradit Berlich. 4. conclus. 13. n. 63.* quod si alicui grande nimis postulatum videbitur: certè accedentibus tot circumstantiis ad excludendam pœnam ordinariam, & mitigandam arbitrariam valdè proficiet.

Besihet man nun (2) die Sache von Anfang vnd nach jhrem Vrsprung/ so hat der entleibte dieses Vnglück in viel wege gesuchet/ in dem er sich mit Worten vnd Wercken zu dem Doctore genöthiget: mit Wercken vnd Vbelthaten zwar/ da er Jhme daß seine bey Tag vnd Nacht zuentwenden sich beflissen.

Ita deponit Catharina Eckenfelderin/ vers. Also ꝛc. habe ohngefehr auff acht Tage zuvor/ eben der entleibte auch Hew daselbst holen wollen.

Licet autem depopulatorem ejusmodi & furem, qui noctu & interdiu rebus nostris insidiatur, ad internecionem usque repellere. *l. 1. & t. t. C quando lic. unicuique. Authent. Navigia in f. C. de furt. l. 4. §. 5. ad L. Aquil. Obrecht. de necess. defens. cap. 8. n. 16.*

Auch andere dazu angemahnet. Ita eadem Catharina ibid. dazumahl (nemlich/ da eben der entleibte bey dem Doctore Hew holen wollen) waren gleich etliche Reuter mehr in der Gassen vor dem Hoff beysammen/ mit vnterschiedlichen Jungen vnd Weibern mit Seylern/ Hew da abzuholen.

Qui

Qui autem adunat socios ante perpetratum delictum, aggressoris notam vix potest effugere. *l. hac lege.2. Ad L. Iul. de vi privata. Mascard. cum allegat. conclus.1251. n.7. Menoch. cas.361. n.40. Adde in Resol. Rat. Dubit. n.3.*

Ferner auch mit Worten: in deme er denselben betrauwet/ verachtet vnd beschimpffet.

Audienda iterum Catharina, d. vers. Also ꝛc. worüber der Reuter zwar Leehr abgezogen/ aber sich gantz zornig gestellet/ mit dräwen/ er müsse sich mit jhm vergleichen/ oder er wolle sich ehe verkleyden vnd jhme auffpassen.

Ex insidiis autem, jactantia, & minis præcedentibus, haut dubiè animus virulentus colligitur. *Const. Carol. art.32. Menoch. cas. 362.* Apposite hanc in rem adduci potest depositio Secundi testis, quæ sic habet: in der weitern Verhör N. 4. Die Reuter haben dem Doctor viel Vngelegenheit/ Spott vnd schaden zugefüget/ vnd sonsten also tractiret/ daß er wol Vrsach gehabt/ sich zu widersetzen: Qui autem factis & verbis injuriosis alium offendit, pro Aggressore & provocatore habetur. *post Bertazol. & alios. Mascard. conclus.1251. num. 4.*

Nebenst dem/ vnd damit wir (5.) der Sachen näher kommen/ hat sich der entleibte in deß Doctors Hauß eigenthätiger weise verfüget/ auch andere Leuthe/ zuvor viel Buben vnd Weiber/ jetzmahln aber Michael Stauben/ mit auffgedräscht/ deß gefaßten Willens vnd Vorhabens/ dem Doctori mit Lieb oder leid daß seinige abzunehmen. Vnd auff den fall er sich dessen weigern solte/ jhme die Haut voll zuschlagen.

Ita legitur in der weitern Verhör/ Num. 4. in attestatione 2. Hannsen Weltzens in f. vnnd habe der Feldscherer zu Marckelsheim heut Morgen erzehlet: daß er den Abend zu vor von dem entleibten gehöret/ daß er zu Schildehast dem Reuter gesaget: Sie wollen beym Doctor Hew holen/ vnd wann er sich zu wehr setzet/ jhme die Haut voll schlagen.

Ita, ut vim etiam intulisse videatur. *l. hac lege 2. in princ. ibi: qui convocatis hominibus, vim fecerit. & §. ult. ibi: ex bonis alienis quid ablatum sit. ad l. Iul. de vi privat.* Qui autem dat operam rei illicitæ, ei imputatur omne id, quod exinde consequitur, etiam præter

ejus

ejus voluntatem, *l. quoniam multa. 6. & ibi: Dd. C. ad l. Iul. de vi publica. ubi in terminis ferè nostris dicitur: quoniam multa facinora sub uno violentiæ nomine continĕatur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera, cædesque crebrò detegantur admissæ: placuisse, si fortè quis, vel ex possidentis parte, vel ex ejus, qui possessionem temerare tentavit, interemptus sit; in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit & alterutri parti causam malorum præbuerit.*

Welches dann (6.) vmb so viel desto mehr vnverantwortlich/ weil es dem entleibten zuvor vnterschiedlich von seinen Officirern vntersaget/ vnd den Doctorem vnbeleidigt zu lassen/ ist gebotten worden.

Ita Frantz Jacob Zilch testis 3. in der weitern Verhör N. 4. fin. refert. daß Corporal Kerman/ als er deß entleibten ansichtig worden/ in die Wort außgebrochen: Seht jhr habt den Doctor jeweils vor einen Narren gehabt/ habe ich euch nicht viel mahl gewahrnet/ jhr sollet ewerer Officirer befehl besser in acht nehmẽ/ vnd jhn zu frieden lassen; wenn sonsten einem ein Schimpff geschehe/ müsse ers haben: Jetzt habt jhrs auch. Præsumitur autem contra illum, qui fuit contumax & contra quem à Magistratu mandatum processit. *Mascard. conclus.* 1134. *num.* 26.

Hingegen aber ist (7.) bey dem Doctore kein propositum oder Vorsatz jemand zu beleydigen/ viel weniger vmb zubringen/ sondern allein daß seinige zu defendiren gewesen: Massen jhme dessen der Mitthäter Melchior Staub selbsten zeugnuß giebet/ in seiner deposition. ibi: habe Herr Doctor N. N. gesaget: Ey behüt mich Gott/ warumb wolte ich einen Kärlen todt schiessen/ vmb deß Hews willen.

Quod si autem ei quadantenus ignoscitur, qui insultatus modum, etiam ex proposito, excedit. *Tiraquel. tract. de pœnis cap.* 1. *num.* 8. quantò magis ei indulgendum erit, qui præter votum intentionem, atque propositum, moderamen excessit *post Jason. & Bald. Wesemb. in Comment. C. quando liceat unicuiq. v.* 57.

Welches auch (8.) daher erscheinet/ daß der D. gleich anfangs nach hülffe geschicket/ *testis 2. Barbara* in der Verhör *n.* 2. sey deß Herrn Doctors eine Magdt geloffen/ den Corporal zu holen. *Et Catharina* Eckenfelderin *testis 4.* in der weitern Verhör *n. 4. pag. 2. ibi*: lieff dero-wegen eilends den Cornet zu holen; dahin der Doctor bereits zuvor/

weil die Reuter noch auff dem Hew wahren / seine Magdt außgeschicket / die aber in abwesen deß Cornets nach dem Corporal fragen sollen: præsumitur autem in rixa insultatus is, qui in rixa conqueritur & auxilium invocat.

Darneben ist jhme (9.) von den Herrn Officirern per expressum vergönnet vnd zugelassen worden / im fall man jhme das Hew mehr entführen wolte / sich vnd das seinige auffs beste zu verthäidigen / vnd auch mit Geschoß sich zu wehren.

Pœnam autem nullam meretur, qui fecit actum à Lege vel Magistratu permissum *l. Grachus.4. ubi Doctores C. ad L.Iul. de Adulter. Cardinal. Tuscus.tom.6.conclus. lit. P.conclus.208. per tot. Barbosa in axiom. verb. pœna. n.8.* quod specialiter in materia permissæ defensionis tradunt Doctores *in l.1. & t.t. C. quando liceat unicuique. ubi Wesemb. in Parat. n.8.*

Ob nun gleich darbey der vorgeschriebene modus, die Büchß allein mit Schrott zu laden / vnd nach den posterioribus zuschiessen: Item / solches vornemlich bey Nacht zu thun ꝛc. vid. testem. 2. Clauß Vogler / in der Verhör N. 3. nicht wehre beobachtet worden / (welches doch auch daher vermuthlich / dieweil von dem beschehenen Schuß deß entleibeten Kleyder angezündet worden; welches von einer Kugel nicht leichtlich geschehen kan / sie werde den gar nahe an die Kleider gehalten: vnd solches auch durch deß Doctoris Beaidigung köndte erforschet werden:)

Quanquam & hoc dici soleat, mandantem vulnerare, etiam teneri de occiso, cùm cogitare debuerit, facilè evenire posse, ut ex vulnere mors contingat. *post Aretin. Castrens. Marsil. & alios, Farinac. quæst. 134. n.168.*

So geben doch die andern Vmbstände demselben noch stärckere Exceptiones vnd defensiones an die Hand.

Dann (10.) ist vnlaugbar / daß hindan gesetzt aller so wohl vom Doctore als andern Leuthen beschehenen Abmahnungen / Erinnerungen vnd Bedräwungen / der entleibte sich in deß Doctoris Hauß verfüget / vnd vngeachtet jhm die Soldaten Weiber abgemahnet / der Doctor vnd Hauß-Wirth auch davor gebetten / protestiret vnd bezeuget / gleichwol auff desselben Hewbodem gangen / daß Hew gefasset /

fasset/ vnd damit zur Thüren per forza hinauß gewolt: damit er denn einen offentlichen/ wo nicht gewaltthätigen Diebstal begangen.

Quod enim in domo propria, vel minimum contra patrem familias perpetratur, pro vi publica habetur. *arg. l. plerisque. 18. in f. de in jus vocand. l. qui in domum alienam. 23. de injur. Et per text. alios, Wesemb. 6. consil. 292. n. 93.*

Nun geben aber die Rechte zu/ daß einer von dergleichen gewaltthätigen Entfrembdung sich vnd das seine auch mit gewehrter Hand schützen möge.

Cùm enim cuique domus sua tutissimum debeat esse refugium, furem domum alienam invadentem quacunque ratione licet rejicere, & resistentem occidere. *Doctores in l. furem. 9. ad L. Cornel. de sicar.* Qui textus licet loquatur de fure nocturno, non de diurno: tamen in diurno isto idem dicendum venit, cùm ille ita se gerere cœperit, ut jam plus quàm fur simplex, metuendus fuerit. *iuxta declarationem textualem. cap. si per fodiens. 3. in fin. Extr. de homicid.*

Zu mahlen/ da (11.) nach verstandener Bedräwung deß Doctoris (welcher hoch bethewret/ Er liesse das Hew nicht folgen) der entleibte gleichwol dasselbe nicht wollen dahinden lassen.

Cùm autem invasor res non vult restituere; sed resistit, impunè læditur, vel ad internecionem usque, *Carpzov. part. 1. quæst. crim. 32. n. 27. vers. priori casu.*

Sondern (12.) den Doctorem selbsten angerennet vnd selbigem in das Gewehr gefallen/ auch mit hönischen Worten zu exarmiren gedacht.

Ita deponit sæpè dictus Melchior Staub post med. daß der entleibte auß dem Stall gegen dem Doctor gangen in der einen Hand daß Hew gehalten/ mit der andern nach dem Pistohl gegriffen/ solches erwischt/ vnd zu sich gezogen. Catharina Eckenfelderin: der Reuter folgete jhme (Doctori) nach/ daß sie zu gleich vor die Hauß-Thür kommen/ da er dann das Hew hinter sich fallen lassen/ vnd sich gegen dem Doctor gebücket/ mit Außstreckung der Hand. Ita, ut pro invasore omninò habendus sit: siquidem invadere nihil est aliud, quàm irato animo aliquem adgredi *Damhuder. cap. 6 prax crim. num. 4.* Probato autem insultu, vel aggressione, aut in vasione,

aut invasione, satis probata intelligitur defensio. *Iason in l. ut vim. n. 8. & 10. de Iustit. & iur. Alexand. 1. cons. 109. n. 4 5. 11.*

Darzu er dann (13.) von seinem Mitthäter angefrischet/ animiret vnd endlichen dabey auch secundiret worden.

Pluries nominata Catharina, dicto loco, habe jedoch gehöret/ daß ein ander den sie nicht gesehen (est ipse Melchior Staub) jhm zu geschriehen/ fasse jhn/ fasse jhn. testis 4. Eva Schneiderin/ in der Verhör N. 2. der entleibte habe sein gebundt Hew niedergelegt/ vnd nach dem Herrn Doctor gegriffen; der Giltehaaß auch jhme entleibeten zugeruffen: hebe jhn/ hebe jhn. Ut ita non solus Reum, sed cum coadunatione aggressus fuisse videatur. *per not. sup. int. dec. 2.*

Solte nun der Doctor bey solcher Beschaffenheit Stab vnnd stangen haben fallen lassen/ was würde jm darauß entstanden sein/ als daß er neben dem jhme ohne daß erwiesenen Schimpff hette erfahren müssen/ daß jhme der entleibte mit seinen eigenen Waffen geschadet hette. Massen dann seine Dräwungen in ipso aggressionis actu lauten.

Utique, si metu mortis furem quis occiderit, non dubitabitur, quin lege non teneatur, *ait Ulpian. in l. 5. pr. ad L. Aq. l. 54. §. furem interdiu 2. de furt.* Unde nonnulli non verentur, generaliter statuere: Eum, qui in defensione rerum moderamen excesserit, penitùs non puniri. *post Felin. Berlich. 4. conclus. 18. n. 17.* quæ tamen Magni licet Jure Consulti assertio, cum mica salis & gradatione alibi subinsinuata, iterum venit accipienda. Certè hoc casu ad mitigationem pœnæ arbitariæ à nobis tantùm allegatur.

Weil es aber in solchen fällen vergunt einem Einbrechenden Vorgewaltiger/ vnd der dem andern auff den Halß gehet/ mit Wehr vnd Waffen von sich zu halten: wenn auch gleich der Aggressor darüber bleiben solte.

Licet enim invadentem Aggressorem & præparantem se ad insultandum, occidere. *l. 2. l. 3. ubi Angel. & Doctores C. de sicar. Hippolyt. de Marsil. singul. 638. ubi ait: obtinere id non solùm in actu offenso; sed etiam in potentia, ut illi in principio obviam ire poßit. Bald. in l. in lege 29 locati. itemq; in l. 1. C. quando liceat unicuique. l. 2. & 3. Cod. de sicar.* Maximè, cum Reus fuerit persona egregia, occisus autem miles gregarius, cui probrosum erat istam violentiam & injuriam ferre: Con-

re: Consonat Peinliche Halßgerichts-Ordnung, Art. 40. in verb. vnd der benöthigte kan füglichen ohne Gefährlichkeit oder Verletzung seines Leibes/ Lebens/ Ehr vnd guten Leumuths nicht entweichen.

Wieviel besser würde der inculpatus (14.) allhier entschuldiget sein/ da jhme außdrucklich vnd vnterschiedlich von der Militarischen Obrigkeit vnd Officirern der Befelch vnd Macht ertheilet worden/ sich mit Wehr vnd Waffen zu defendiren vnd einen auff die Haut zubrennen.

Relegatur depositio ipsius Schulteti Clauß Voglers/ testis secundi, in der Verhör N. 4. Quod enim lege & Magistratu permittente (licitè nempè, ut hîc per propriam defensionem) fit, non meretur pœnam. per dicta suprà in Rat. decid. 7.

Vnd Er nach der Obrigkeit vmb Hülffe geschicket/ dieselbe aber nicht haben können.

Ita enim deponit non tantùm Ancilla; sed etiam Catharina Eckenfelderin testis 4. in Instrumento quarto. Der Corporal seye zwar in abwesen deß Cornets angeruffen vnd geholet worden, aber gar zu spath kommen.

Atqui si quis cum clamore testificetur, se furem aliter arcere non posse, etiam diurnum potest occidere. *l. 4. §. 1. ad l. Aquil.*

Zumahln/ da (15.) die Looßbrennung/ wo sie je vom Doctor herrühren solte/ nicht eher/ dann in ipso momento aggressionis, cùm aliter sine periculo evadere non posset, beschehen.

Defendenti enim non potest certus præscribi modus, quoniam ignorat, quousque velit offendens progredi. *Bald. in l. 1. n. 10. Cod. unde vi.*

Daß es dieses Orts wohl heissen möchte/ wie Hippolytus in *l. 1. §. lege. n. 35 de sicar. & Panormit.* schreibet.

Intelligitur à se ipso potius interfectus esse, quàm à se defendente.

Resolutio Rationum dubitandi.

Bey solcher Bewandtnuß vnd Vmbständen / lassen sich die wiedrigen fundamenta, so fern sie sonderlich ad pœnam ordinariam folgern vnd schliessen/ leichtlichen ablehnen. Denn ob wohln (1.)

Der Diebstahl an sich selbsten vnd vor sich betrachtet / nicht hoch zu schätzen gewesen / als welcher nur auff etlichen bündtlein Hew bestanden: So erheben vnd exaggeriren doch denselben viel andere beywohnende Vmbstände: Als daß der Doctor allbereit viel von dem Hew verlohren / vnd gleichwol selbsten Viehe gehabt / welches endlichen hette darben vnd vmbfallen müssen.

Audiantur testimonia singula, in der weitern Verhör N. 4. Quo casu maximè verum est, quod Hieronym. in *Can. ult. caus.* 14. *q.* 6. ait: Furem non solùm in majoribus sed in minoribus etiam judicari. *l. vulgaris.* 21. *de furt.* maximè reclamante & repugnante Domino, suppilatione multoties factâ. *Curtius Iunior, in Authent. præterea. n* 8 *C. unde vir & uxor. Menoch. de A. I. Q. casu.* 72. *nu.* 13. *ad Constit. Carol. cap.* 156. *pag.* 168.

Jtem daß selbiger die Nachfolge vnd exemplification hat besorgen müssen / daß nemblichen andere auch nachfahren / vnd alles Preiß machen dörfften.

Quâ de re sæpiùs & apud ipsum adeò signiferum conquestus est, juxta depositionem Clauß Voglers / in der Verhör sub signo n. 3. testim. 2. ibi: ein Tag oder acht zuvor.

Wie auch / daß defunctus hierzu andere Leuthe angefrischet / auch eigen- vnd gewaltthätig in daß Hauß vnd darauß dringen wollen / daß demnach daß delictum nicht allein ex quantitate; sondern auch ex qualitate zuschätzen.

Also bevrkundet in der weitern Verhör Num. 4. der erste Zeuge Elias Friederich Götz. §. seye auch nicht ohne / daß die Reuter Ehrngedachten Herrn Docor wegen deß Hews eben wohl geplaget / vnnd häfftige Zunöthigung gethan ꝛc. ibidem testis secundus, Hanß Waltz / die Reuter haben dem Doctor viel Vngelegenheit / Spott vnd schaden zugefüget / vnd sonsten also tractiret / dz er wol Vrsache gehabt / sich zu wiedersetzen. Jam autem propter viles res cæde patratâ, aliis tamen circumstantiis accedentibus, non ordinariam, sed arbitrariam tantùm pœnam locum habere, ipse textus oppositus docet, *in cap.* 10. *ibi: ad arbitrium tuum expiare. Extr. de homicid.*

Damit dann auch die (2.) von Stauben eingerückte extenuation hinfällig wird / da eine eingebildete / ut ipse loquitur, benöthigung will vorgeschützet werden: wiewol dieselbe vom Corporal gar art-

lichen

lichen abgeleihnet vnd refutirt worden / in der weitern Verhör N. 4. da Catharina Eckenfelderin testim. 4. pag 3. referiret; der Corporal habe zu dem entleibten vnnd zu der jenigen Pursch/ so acht Tage vor dem Fall/ auch Hew holen wollen/ gesaget: Sie wüsten wol/ daß sie den Doctor mit frieden lassen solten/ vnd nicht alles Preiß machen: wann Er (den entleibten meinend) kein Hew habe/ warumb ers nicht dem Cornet gesaget: Quanquam & necessitas hîc nulla obtendi potest: intelligunt enim Doctores necessitatem extremæ famis, quando immineret periculum vitæ, cui aliter, quàm per eduliorum subtractionem subveniri non posset: *uti declarat ipse Cagnol. in d. l. quæ propter. nu. 4. & 5. de Reg. Iur. Vigel. in method. Const. Carol. cap. 8. regul. 1. Except. 6.* remissior autem etiam humanæ famis necessitas non excusat in totum: tantùm abest, ut prætensa jumentorum necessitas à maleficio excuset. *c. si quid propter. 3. Extr. de furtis. conf. Racemat. Crim. part. 1. Racem. 3. 8. 36. & seq.*

Wiewol nun bey der Haußsuchung beyde Hewholer keine Waffen gebrauchet/ so seind es doch zween adunirte starcke Gesellen gewesen.

Fatentur autem ipsi Doctores adversarii, si aggressor sit robustus cætera licet inermis; satis armatum videri contra debilem, adeoque à debiliore etiam armis excipi posse. *Bart. in l. 3. de I. & I. num. 6. post pr. & in l. 1. C. unde vi. n. 7. vers. quod si inferas. Vulteius in l. 1. C. quando liceat unicuique. n. 13. vers. nisi fortè invadens.* Certe pœna ordinaria hoc casu à nemine dictatur. *Berlich. 4. conclus. 13. n. 57. ibi. de excessu pun.*

Die mit der That selbsten genugsam Gewalt üben / vnd dem Doctori, welchen sie gar schlecht geachtet: (Vide depositionem sæpius nominatæ Catharinæ Eckenfelderin/ ibi: hierauff vexirten die Reuter vnd Jungen jhne Doctor vnter andern mit diesen Worten: Ach der arme Tropff/ hat so eine rostige Pistohl/ was wolte er schiessen) leichtlich seine eigene arma, massen sie auch vnterstanden/ außwinden können.

Cùm itaque vis, saltem privata, committatur, quoties aliquis per injuriam ex bonis alienis, sine convocatione hominum, & absque pulsatione quid rapit. *l. 3. §. ult. de vi bon. rapt. l. 4. pr. C. ad L. Iul. de vi publ. vel privat.* quanto magis ille, qui *ut alias coadunatis plu-*

tis pluribus; Ita hic commilitone excitato hoc fecit. Congruit definitio vis publicæ Doctrinalis, cùm vim privatam eam esse dicunt, quando inermis aliquis per vim, securitatem publicam violat, *post Andr. Gerhard. Bocer. & alios, Harprecht. ad §.8 Instit. de publ. judic. num. 2.*

Im Gegentheil ist (4.) auch keinem verbotten/sondern nach jetziger zeit gelegenheit/ fast jederman zu gelassen/ vnd bey so vngezogener Pursch fast nöthig/ sich mit Schutzwehren gefast zuhalten/ damit man vor dergleichen einbrechenden Gesindlein könne versichert sein.

Qui enim salutis suæ tutandæ causâ telum gerit, cùm vel proficiscitur, vel aliàs in periculo est, nihil peccare intelligitur. *Gloss. in l. ult. verb. singulo. ubi etiam L. de penna. & Iohannes à Platea C. de præpos. S. cubiculi. Tiraquell. de nobilit. cap. 20 n. 69.* inprimis si persona sit nobilis vel graduata (ut vocant) *post Tiraquell. Bocer. & alios Harprecht. ad d. §.8. n.9.*

Es ist auch der verfaste Doctor (5.) vmb so viel desto weniger deßwegen zuverdencken/ weiln Jhme sich dergestalt zu wehren von den Befelchshabern selbsten ist Anlaß vnnd gleichsam Befehl gegeben worden.

Licet enim inferiores Magistratus non possint pro arbitrio statuere, quod quilibet arma portare possit: aliud tamen est, si adsit causa multùm urgens. *Decianus, 8. tract. Crim. 3. n. 20. facit d. l. ult. C. de præpos. sacr. cubiculi.*

Kan also derselbe (6.) gar nicht pro aggressore außgeschrien werden ob er gleich daß seine mit gewehrter Hand zu defendiren/ vnd zu erhalten sich in seinem Hause armiret hette.

Sondern der entleibte Reutter ist in vielen stücken mehr pro Aggressore zu halten/ wie oben in Rationibus decidendi erwiesen

Habuit enim, ut hoc saltem repetamus, animum & deliberatum propositum nocendi Doctori, ut ex multis testimoniis, inprimis Catharinæ Eckenfelderin patet, v. Also habe ohngefehr ꝛc. warüber der Reuter (de occiso loquitur) zwar seehr abgezogen/ aber sich gantz zornig gestellet/ mit bedräwen / er müsse sich mit jhm vergleichen/ oder er wolle sich verkleyden / vnd jhm auffpassen. Qui autem iracundum in alium animum gerit, ex eoque ipsi minatur, injuriam & insidias, pro aggressore habetur. *Mascard. 1. conclus. 72.*

clus. 72. *n.* 7. 8. *Farinac. quæst.* 25. *n.* 458. Imò eidem re ipsa nocuit, dùm præfractè domum ingressus est, fœnum vi abstulit, & invito, ac renitente Domino, transferre voluit, adeoque actu ipso illicito primus rixam movit, *vid. Gail. de pace publ. cap.* 16 *n.* 17.

Vnd weiln dieses bekantlich / das der Doctor / wo er je loßgedrucket / quod etiamnum in conjecturis tantùm & præsumptionibus consistit, unde nemo condemnandus est, ut suprà diximus; solches nicht ehender gethan / biß der entleibte auff jhn loß gangen / jhn angegriffen / daß Gewehr gefasset / ergriffen / vnd den Doctorem zu entwehren sich bemühet: So darff es keines fernern conjecturirens.

Ubi enim mortuus visus est irruere in superstitem, ille haut dubiè pro Aggressore habendus est. *Mascard. d. conclus* 71. *n.* 5. imputandum enim est illi, qui suâ sponte & ultrò caput suum objecerit periculo *l. item Mela.* 11. §. 1. *ad L. Aquil.*

Welche Exception dadurch (7.) nicht gäntzlichen elidiret wird / daß der Doctor mit blossem Dägen vnnd Pistohl auß seinem Hause gelauffen kommen / weil Er theils solches nicht gethan / der intention, jemand zu beschädigen; vide supra rat. decid. septimam, sondern die einbrechende Hewholer abzuschrecken / oder doch sich vnd das seinige zu verthädigen / vnd die Hew-Diebe außzutreiben.

Si quis autem invasorem expellere velit, & ad hoc armis utatur, invasor autem se telo defendere velit, (quod hoc loco factum, dum propria arma rei involavit) tum Dominus eum rectè occidere potest, non obstante quod invasor prius armis fuerit insultatus. *ita Berlich.* 4. *conclus.* 58. *in fin.*

Massen er dann auch nicht sie die Hewholer mit seinen Waffen angefallen; sondern sich alleine in die Thür gestellet / substitit ergò, vnd sie das Hew zu lassen / ermahnet.

Doctores autem ex adverso allegati loquuntur de eo armato, qui animo lacessendi, & injuriam inferendi, in aliquem inermem irruit, inerme illo exclamante, opem implorante, & verba dolentia proferente, veluti, ahime, io sono assassinato. *post Capoll. Marsil. & alios Mascard. de probat. concl.* 1251. *n.* 6.

Es hat sich aber der entleibte so wenig vber diesem deß Doctoris stillstehen beweget / entsetzet oder beschweret / daß er viel mehr selbst auff den Doctor / wie gemeldet / vnerschrocken zu gangen / das Ge-

wehr gefasset/ vnnd jhn vbel zu tractiren bedräwet hat.

Also ist demnach (8.) daß subsistiren an der Haußthüren vor keine Wegelagerung/ oder Verlegung deß Weges/ anzusehen: *vid. Berlich.* 4. *conclusionum*. 20. & 22. dann die gegenseitige allegata reden (1.) von den jenigen/ der auff seinem Wege gehet.

Ut indicant illa verba apud Farinac *quæst*. 125. *part*. 7. §. 2. *n*. 476. qui alteri *suam viam* impedire vel præire intendit.

Vnd also/ (2.) auff seinem wege/ an der Freyheit deß ganges verhindert wird.

Cum quis *in via lata* impeditur transire ab aliquo. Idem ibidem.

Nun ist aber der entleibte nicht auff seinen; sondern auff Diebswegen gangen: hatt auch nicht frey vnd vor sich; sondern mit dem Raub wollen davon ziehen.

Nam ut habent verba testis secundi, nominatim Hanß Waltzens/ in der Verhör. N. 4. wann der Reuter seines Weges fort gangen were/ dörffte der Schuß nicht geschehen sein.

Ebener massen können auch (9.) deß Doctoris minæ außgedeutet/ vnd in etlicher massen entschuldiget werden/ daß er nemlichen solche Wort etwan mag gebrauchet haben/ die vergewaltigte Abnahm mit Dräworten zu verhindern vnnd damit die jhme von den Officirern verstattete defension den Hewholern zu Gemüth zuführen/ dann sonsten ja der Doctor kein solcher Zanckfüchtiger Mann/ vnd Eisenfresser gewesen/ daß er vorsetzlich jemand hette sollen auff die Haut brennen.

Minæ autem tùm demùm maximè attenduntur, quando minitator talis persona esset, quæ minas suas executioni ilicò mandare consuevisset. uti hanc præsumptionem & gravamen Rei declarat, mitigatque *Berlich*. 4. *concl*. 13. *n*. 11. *add*. *Cynus in l*. 1. *C*. *unde vi*. *Boerius decis*. 168 *Bouritius in Captivo c*. 3 §. 25.

Was sonsten (10.) Melchior Staub/ von seiner freundlichen Abmahnung angiebet/ stimmet mit der andern Gezeugen attestation nicht allerdings vberein: Sondern es berichtet in der weitern Verhör. N. 4 Catharina Eckenfelderin/ die vierdte Gezeugin.

Der Doctor habe den Reutern zugeruffen/ jhr Herrn last mir das Hew ligen/ Ich habe schon fünff Pferde gehalten/ vnd darzu leiden

den müssen/ daß bey Nacht vnd Nebel der meiste theil hinten hinauß getragen worden/ muste auff solche weise mein Viehe lassen zu schanden gehen.

Ja/ Staub saget selber/ daß jhme der Doctor ad qualemcunque suam objectionem gar bescheidenlich geantwortet.

Sie sollen zum Schultheissen/ oder Herrn General-Auditeur Meyern gehen/ vnd vmb ein bündlein betten/ es werde jhnen vielleicht auch nicht abgeschlagen werden.

Ist also deß Doctoris dehortatio vor vnd nach/ wie auch der Soldaten Weiber viel kräfftiger in re licita, & defensione rerum suarum: deßwegen auch vielmehr zu attendiren/ als deß Soldaten zusprechen: Posito, es seye also in re illicita, da man an den Doctorem precibus armatis begehret/ Er solle daß gestohlene Hew abermahln passiren lassen/ ergangen.

So hat der Doctor auch (11.) & ultimò, so viel möglich gewesen Magistratus opem vor vnd nach angeruffen/ aber keine andere Vertröstung noch reparation von Jhn haben können/ als Er solte sich selbsten defendiren/ vnd jhme daß seinige nicht nehmen lassen: was aber ein mahl hinweg gewesen/ ist niemahs wider restituiret worden. Sic ut ratio *l.* 1. *C. Quand. lic.* etiam his succurrat.

Ob auch gleich comparatè besser gewesen daß Hew abermahlen fahren zu lassen/ als einen Menschen vmbzubringen: Jedoch/ weil vorangezogene rationes den Doctorem à doloso cædis proposito, allerdings befreyen; also kan auch ordinaria homicidii pœna keines weges statt haben. *Decisio.*

Conferatur Constitutio Carolina Artic. 142. vers. Mehr so vorgewendet wird/ der Todtschläger were dem benöthiger (aggressori: ita enim habet antiqua & vera editio, de Anno 1533.) wohlfüglicher weise/ vnd ohne gefährlichkeit seines Leibes/ Lebens/ Ehren vnd guten Leumuth entweichen/ darumb die Entleibung durch den verklagten Todtschläger nicht auß einer rechten entschuldigten Nothwehr geschehen were. Et sequitur porrò: So kan sich solcher Todschläger keiner gäntzlichen entschuldigten Nothwehr behelffen. Sed tantùm aliqua & imperfecta excusatione fruitur. Remus ad d. constit. eodem loco.

Welche aber nach gestalten Sachen nicht anders/ als mit einer Geldstraff zubüssen.

Ut in terminis ferè concludit Berlich. 4. *conclus.* 18. *num.* 12. *juncto.* 4. & 16. Atque in casu consimili judicatum refert Carpz. *part.* 1. *quæst.* 32. *n.* 41.

Vnd zwar die helffte davon dem Fisco, oder Herren deß entleibten Reuters; die ander helffte aber desselben Wittib vnd Kindern zu zueignen *per Rationes & deducta Berlichii, dict. concl* 18. *num.* 21. Ad quem hîc iterum brevitatis studio, scilicet maturare responsum atque adeò finire jussi, Lecturum remittimus.

Da dann Ihr Excellenz dem Herrn Generalen frey stehen würde/ ob sie jhme Doctori jhren Antheil schencken oder nachsehen wolten. Vnd möchte das Vrthel ohngefehr folgender massen begriffen werden.

Sententia.

In Peinlichen Sachen Fiscals der Königlichen Regierung zu N. N. gewesenen Einspänniger Entleibung betreffend/ Klägers an einem / wieder Doctor N. N. Beklagten vnnd Arrestaten andern Theils: Ist nach gehabtem Rath Erkand: daß beklageer Doctor N. wegen vorgangener Entleibung / an Leib/ Leben oder Ehre nicht zu straffen : Gleichwol aber wegen seines dabey begangenen Excessus vmb ein hundert gulden / den halben Theil Ihrer Excellenz Herrn General N. den andern Theil deß entleibten Wittib vnnd Kindern zu bezahlen/ in Straffe zu nehmen sey : In massen er auch die auff sein verführtes Gezeugnüß vnd Vrthels-fassung auffgewendete Vnkosten abzustatten schuldig / von Rechts wegen.

CAP.



CAPUT VI.

DE JURE PERMISSIVO,

Cujus obtentu, *Armorum abusus*, solet excusari.

THESIS I.

Utor libr. Recognitionum s. ἀναγνώσεων, aut ἀναθεωρισμοῦ, (qui olim Clemens Romanus habitus fuit, *v. Gerhard. in Patrolog. pag. 33. Voß. lib. 2. de Histor. Græc. cap. 9. pag. 203. & seqq.*) libro 10. commemorat: Senem quendam, (Aliqui Faustinianum appellant,) ex Platonica philosophia, demonstrâsse: omnia esse indifferentia, etiam homicidium, adulterium, furtum: *Homicidium*, quia animam, vinculis carnis absolvat; *Adulterium*, quia, si maritus id ignoret, aut non curet, nihil mali subsit; *Furtum*, cum fur, quod sibi deest, ab alio auferat, quod quidem oporteret liberè sumi, & publicè; sed, quia occultè fiat, in eo magis illius, à quo aufertur, inhumanitatem coargui: Communem enim omnium esse debere usum, quæ sint in hoc mundo. Sequuntur ea, de communione rerum omnium, etiam uxorum, quæ, sub nomine Clementis illius, in Decreti Canones immigrârunt. *caus. XII. quæst. 1.* ubi ex Clementis epistolâ 2. *Can. dilectissimis.* multa habentur, illi sententiæ congruentia. Sed, eam Epistolam, Satyro potiùs; quàm Pontifici, convenire, censuit Jacob Lectius, *lib 2. præscript. Theolog. cap. 10. conf. Blondelli Pseudo-Isidorum: pag. 99. Arnis. relect. politic. cap. 1. sect. 11. n. 47. Aut. Tr.* Von hundert Vortheilen/Ewige Keuschheit zuerhalten. pag. 111.

2. Atque utinam, cum infausto illo Faustiniano, extincta fuisset hæc hæresis, neque in animis quorundam hominum, tam altas egisset radices, ut nullis persuasionibus, juvenum præ-

ſertim pectoribus, videatur eximi poſſe. Maximè, cum non Hobbeſiani tantùm ſimiliſque farinæ ſecuritatis mundanæ philtro ſoporati, Medici & Philoſophi, ſubdolis hypotheſibus ſuis (de jure merè naturali, quo vindicta privata licita ſit; illique innixa religione arbitraria) ſed etiam multi juris Doctores, precio, vel affectibus corrupti, talia petulantiæ ſuppeditent Palladia, quibus quemcunque armorum abuſum, facilè, apud Judices inadvertentes, excuſaveris. Hujus generis, præter ea quæ ſuperius excuſſimus, ſunt etiam ea peripetaſmata, quæ à præſumta juris permiſſione petuntur, & nunc paucis examinanda veniunt. Enimverò à diligentioribus huius thematis (de jure permiſſivo) exploratoribus, hæc examinis capita poſſent conſtitui, ut (1) per remotionem conſideraretur permiſſio juris, præſumti (per errorem ſc. vel κτ̓ δόξαν; aut ſingulorum, aut multitudinis ſic dicti. *arg. l. 3. in f. de ſuppellectil. legat. l. 3. de offic. præt.*) Deinde *(2)* exponerentur ſumma juris ἀληθῶς, vel ſaltem majore veriſimilitudine ſic appellati genera: quatenus ſc. aliud jus dicitur primarium, lege ſ. jure ſcripto, vel non ſcripto & moribus utentium invectum. *l. 32. pr. & §. 1. de ll.* Aliud v. ſecundarium, nempe interpretatione prudentum vel Juriſdictione aut voce magiſtratuum ſubinde introductum. *l. 2. §. 12. de O. I. l. legis virtus. 7. de ll. junct. l. pen. de Iuſt. & I.* Sed nos argumento præſenti *de abuſu armorũ* inhæſuri, ad eum ordinem Nos non adſtringemus; ſed ad eum tantum, prout res patietur, reſpiciemus.

1. Brocardicum: de jure permiſſivo; ſic dicto per errorem falſæ præſumtionis.

3. Et primò quidem, *de præſumta juris permiſſione*, talem cùm ad pallianda delicta alia; tùm ad elevandum & excuſandum armorum abuſum, commenti fuerunt Dd. canonem: *De eo, quod quis permiſſum putet pœnam pendendam non eſſe. per l. quis ſit fugitivus. 17. §. apud Celſum. 11. verſ. Idem Celſus de Ædilit. Edict. l. quæ ſub conditione. 8. §. ult. De condit. inſtit. l. ſi quis aliquid. 38. §. Teſtamentum. 6. De pœnis. Tortus poſt Conſilia Butrij column. 8. Eumq́; allegans Cravetta Conſil. 366. n. 23. D. Gothofred. in notis ad gloſſ. d. l. 17. §. 11. De Ædilit. Edict. Vbi Brocardicum illud hoc modo effert:*

" *Delinquere non videtur, qui facit id, quod publicè fa-*
" *cere licere, arbitratur.*

Quam in rem allegat etiam *l. vel univerſorum. 12. de pignorat. act. l. non ſolum. 33. §. 1. Verſ. Hoc amplius. de uſucap. l. cum quidam 30. § quod dicitur 1. de Adquir. hered. §. placuit. 7. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* Credo

Dd.

Dd. istos, si memoriæ occurrissent, horsum etiam tracturos fuisse Persij Versiculos, ex Satyra quinta:

Vindictâ postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas.
Excepto si quid Masuri rubrica notavit.
(Et ex antecedentibus:)
An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam;
Cui licet, ut voluit &c.

Intelligit Poëta Masurium Sabinum, Equitem Romanum, ætate Tiberij maximæ, in jure interpretando, existimationis JCtum, de quo Athenæus lib. 14. Μασύριος ἅπαντα ἄριστος, καὶ σοφὸς, καὶ οὐδενὸς δεύτερος: i.e. nulli in jure interpretando, secundus. Acceperat enim inter primos, hanc de jure respondendi, ab Impp. potestatem. Enimverò, Persianus ille servus, beneficio Domini libertatem nactus, omnia sibi permissa putabat, quæ non disertè libris Sabini prohibita, aut notata essent.

4. Eâdem ferè ratione, Duellatores, (ut sic dicam) nostri, atque adeò etiam adolescentes aliqui, simulatque in liberiorem Academiarum aërem, longiùs à pædagogorum serperastris, sese asseruerunt, credunt, digladiationes inter probra non habendas esse, cum tam facilè excusentur, & ferè pœnâ pecuniariâ perpurgentur: Quidam etiam ex ipsa patria, & tantum-non ab ubere materno, hanc hauserunt superstitionem: Non esse licitum, aut honestum vel saltem decorum, acceptas ab aliis injurias ad Magistratum legitima actionum ratione deferre; pugnam verò detrectare, probrosum esse. Et quo scil. alio fine, accingantur lumbi gladiis; quàm ut præstò sint manui, ad vindictæ privatæ studium prorūenti: Warumb träget man die Wehren (oder Degen) als daß man sich darmit wehren (vnd regiren) solte? Certè provocatum, si vel maximè provocantem interficiat, non valdè peccare, etiam expresso jure municipali, nonnulli decretum arbitrantur. *v. inf. thes. antep.* Ambigo, num illud commemorare debeam, quod sæpiùs relatum audivi: Matres quasdam, quò generosiores habeantur, filios abiturientes, hoc monito dimittere: Ne qualescunque perferant injurias: Malle enim se mortuos; quàm ullâ patientiæ labe notatos, reduces, relatosve, filios, spectare.

5. Cæterum, ut juvenes & libertos, per falsas ejusmodi hypo-

hypotheses, deceptos, Persius arguté perstringit, & errorum admonet versibus seqq. ibi:

> Disce, sed ira cadat naso, rugosaque sanna,
> Dum veteres avias tibi de pulmone revello:
> Non Prætoris erat, stultis dare tenuia rerum
> Officia, atque usum rapidæ permittere vitæ:
> Sambucam citiùs caloni aptaveris alto;
> Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem:
> Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.

Ita & nos veniam rogamus; si veteres ejusmodi avias, (solche schöne Großmüttersprüche / sive, ut Jod. Badius interpretatur, aniles ejusmodi opiniones, quales solent aviæ instillare nepotibus) istis ferocùlis, de vapido, & plusquam satis incalescente, pulmone revellere adgrediamur. Non magis enim Dd. nostrorum; quàm Prætoris fuerat, vitæ tuæ, vel proximi, tam vile & venale constituere precium. Stat contrà ratio. Nequa autem Dd. temerè insultare censeamur, periculosissimi postulati primùm examinabimus sententiam, & probationem; deinde refutationem planissimam subjecturi. *Quod ad sententiam; jam supra præmonuimus*, Nos non esse excessuros lineam, nec *de virtute juris permißivi in genere*; quanquam necessariam, cæteris silentibus, hoc in loco, instituturos disputationem; sed eâ *ex l. 7. de ll. & textibus parallelis*, suppositâ; *conf. Meisn. lib. 1. de ll. q. 5. pag.* 80. *ubi ait: Permißionem, qua talem, non esse officium vel actum legis. Bachovium in comment. de ll. ad l. 2. d. tit. p. 132. n. 7. ubi notat: vim permißivam versari circa* ἀδιάφορα, *& tùm propriè legis esse, si non simpliciter permittat; sed etiam determinationem aliquam addat, ut in testamentis, (quæ expositio congruit cum Basilic. lib. 2. tit. 1. l. 18. ibi:* Τὸ ἐπιτρέπειν ποιεῖν διατίθεσθαι καὶ συναλλάσσειν.) quæ ad propositi postulati explicationem pertinent, duntaxat allaturos: Eoque nomine necessariò supposuimus; Quædam verè jure permitti, & vel expressè, vel tacitè: Quædam autem, κατὰ δόξαν, & per falsam opinionem, pro permissis haberi. Probè autem notandum est, non agere Brocardicum præmissum de illis, quæ verè sunt *juris* permissivi, vel quæ reverâ, jure aut more, permissa sunt; sed de his, *quæ opinione, & quidem falsâ, permissa putantur.*

Canon 2. de his quæ verè jure permissa dicũtur.

6. De his enim quæ jure permissa sunt, vulgata est regula: Factum à lege permissum pœnâ vacare, sive pœnam non mereri.

l. Grac-

l. Gracchus. 4. *C. ad L. Iul. de adulter. l.* 3. §. 1. *ibi: Quia concubinatus, per LL. nomen assumsit, extra legis pœnam est. De concubinis.* Nomina & autoritates, videri possunt apud Tuscum, *Tom.* 6. *lit. P. conclus.* 208. *per tot. Barbos. locuplet. lib.* 14. *cap.* 41. *axiom.* 42. Quanquam & hæc regula non sine mica salis, accipienda; sed intelligenda venit, (1.) de foro externo: (2.) De his, quæ non alia lege superiore prohibita sunt: *l.* 3. §. 3. *de sepulch. viol.* v. g. Jure civili, permissum erat, reducere, semel dimissam, per divortium; utcunque ea interim, alii viro cohabitâsset. Textus est satis perspicuus, *in l. post divortium.* 64. *ibi: post divortium mulier, si de dote maritus nihil cavit, & cum alij nupsisset, posteà ad priorem virum rediit, tacitè dos ei redintegratur. De jur. dotium. congruit l.* 64. *in f. de donat. int. vir. & uxor.* At hæc permissio, severè interdicitur à Deo, Deuteronom. cap. 24. n. 4 & seq. addita ratione perpetuâ:

Quòd connubium hoc redintegratum, abominatio sit, apud Deum. Uti Cajetanus rectiùs, quàm Abulensis, (qui mulierem, abominabilem factam) interpretatur: quomodo etiam Beatus Lutherus; **Solches sey ein Grewel/ vor dem HErrn.** Rationes rationis, has adfert Lorinus: Quôd talis reditus, præ se ferat speciem adulterini concubitus, secundarum nuptiarum, & appareat, fuisse fucatum divortium; Et quia facilis pararetur via divortiis, si licitum esset, post secundas nuptias, iterùm redire ad primas. Quanquam eæ rationes ferè alienæ sunt à scopo; partim etiam falsæ. Neque enim (1.) secundæ nuptiæ, vel jure divino, sunt adulterinæ; *V. Epist. ad Rom. cap.* 7. *vers.* 2. *&* 3. 1. *ad Corinth.* 7. *vers.* 9. *&* 39. 1. *ad Timoth.* 4. *v.* 3. *& cap.* 5. *v.* 14. *cap. pen. & ult. extr. de secund. nuptiis.* Quin & jure civili, legitimæq; castæ dicũtur, *Nov.* 39. *c.* 2 *vers. si enim illas. Nov.* 2. *c.* 3. *v. Nec enim majores. ibi: ut metu castarum Nuptiarum; licet secundæ sint. V. Iac. Mastertium quæst.* 4. *de secund. Nupt. & seqq.* Licet, ratione præfestinationis, & intuitu liberorum prioris matrimonii, exprobrationem & pœnas patiantur, *v. d. Mastert. quæst.* 6. 24. *& seqq.* Nec (2.) fucatum dici potest divortium, quod desiit in aliud connubium: *l. ult. §.* 2 *in f. de Divort. & repud.* Neque (3.) in casu rarissimo, facilis ad divortia transitus metuendus: neque is metus congruit tempori, quo divortia passim erant permissa. Verior autem & fortior ratio, latet in verbis: *Quia polluta est &c.* Quam rationem, cum Romani legislatores non attenderent; sed divortia promiscuè admitterent, facilè passi sunt, matrimonia, (ex suis hypothesibus) redintegrari: unde sequitur, nec Grotianas rationes, *in comment. ad d. loc. Deuteron. subinductas*, causam abominationis exhaurire: quòd ea redintegratio, speciem haberet uxoris, alteri in usum datæ: quodq; omnia lenocinia, eo velo, obtegi potuerint. Siquidem & Romani istas rationes alioquin attendissent. In-

 sinuat

ſinuat aliam diverſitatis rationem Ioſephus, 4. *antiquit. c. ult.* tradens: Eum, qui à conjuge diſiungi poſtulârit, ſcripto ei ſecuritatem feciſſe, quod eam nolit ampliùs repetere: ſic enim demùm habuiſſe poteſtatem, alterius conjugis quærendi; Alioqui divortium permiſſum non fuiſſe. Sed, quia hæc promiſſio ſeu eieratio viri, in ſacris non extat, & ſpem omni reconciliationi, (quæ fieri poterat, ſi novæ nuptiæ non interveniſſent,) præcludit: à Ieſuita, Lorino, in dubium vocatur: Niſi dixerimus, diverſorum temporum mores, & conſuetudines, temerè confundendas non eſſe, ut Ioſepho ſuo autoritas, hîc illibata relinquatur. Objicies: Davidem tamen, repetiiſſe ſuam Michal. 2. *Samuel. 3. verſ. 13. 14. & ſeq.* Non repoſuerim, quod nugatores Rabini: Eam, metu Davidis, à Palthiele, illibatam manſiſſe; ſed potiùs, inter ablatam vi, & dimiſſam repudio, diſtinxerim. Cæterùm, cum differentiam iſtam Iuris civilis & divini, ne Grotius quidem, (qui pro magno ICto haberi ſolet,) obſervaverit; (cum tamen paulò pòſt. v. 6. molæ & catilli ſignificatum, illicò à ICto peteret:) Faciliùs ignoſcendum eſt veter. juris interpretibus. At nec Mancinum quidem *tanto ſtipendio jura docentem, lib. 1. parall. cap. 157. Nec Welſerodum, in ſuis parallelis, nec Raguelsum, aut cæteros collatores,* hîc animum advertiſſe, miror: ut faciliorem adeò veniam mereamur, ſi Autumno, Gronevvegeno, cæteriſq; differentiarum annotatoribus, gratuitas hîc operas ſubminiſtremus.

7. Porrò, ut ad regulæ noſtræ limitationem redeamus, Nec (3.) lex permittens, in ſpeciali causâ, aut gente, opponenda legi, generalius prohibenti. *v. Ciceron. lib. 2. de invent. ibi: omnis Lex, aut jubet aliquid, aut permittit, aut vetat, aut de genere omni, aut de parte quâdam: aut communiter, in plures res, aut in certam aliquam rem, ſcripta eſt.* Sic, in politia Moſaica, equidem, non tantum permittitur; ſed etiam jubetur frater, ducere uxorem, h. e. viduam, fratris defuncti, h. e levir glorem ſuam, nempe, ſi frater ille, ſine filio obiiſſet, eique ſemen, & memoriam nominis excitare, ſuperſtes cuperet. *Deuter. cap. 25. n. 5.* Quod jus, etiam ante legem latam, conſuetudine quâdam introductum vigebat. Sic enim, Geneſ. 38. v. 7. & 8. cū mortuus eſſet Ger, primogenitus filius Judæ, ſine ſobole, Juda Onanem, ſecundo genitum, jubet ingredi ad Thamar, relictam viduam, & ſuſcitare ſemen fratri ſuo. At hæc Lex ceremonialis & forenſis, & temporalis: temerè à Chriſtianis opponitur legi prohibenti perpetuæ & generali, *Levit. 18. v. 16. & iterùm cap. 20. v. 21. Luc. 3. v. 19. Rivetus in Geneſ. pag. 737.* Benè, poſt alios, & breviter, Taddeus, in conciliatore Levitici, cap. 120. Lex de non revelanda turpitudine fratris, (in uxore, vel viduâ ejuſdem,) perpetua

petua est, & sanctè ab omnibus observanda: At altera, de suscitatione seminis, fratris memoriæ præstanda, partim ceremonialis erat, figurans primogenitum Christi; partim forensis, ne hereditas, in aliam familiam perveniret: adeoque nullatenùs, respectu aliarum, pro obligatoria habenda est. Quam responsionem, ferè etiam habet, qui, de ista quæstione, accuratissimè scripsit, Nicol. Reusner. l. *consil.9.* (*Quod totum, in suum tractatum retulit Bachstadius de jure connub. pag.435 & seqq*) *n.48. ibi.* Quod ad Legem Mosaicam attinet, distinguendum esse, puto, inter legem generalem, (quæ universos obligat;) & specialem quæ ad paucos pertinet. Neque enim Lex, aut consuetudo specialis, quæ certi alicujus loci propria est, & cons. peculiaris, tollit legem generalem; sed derogat ei duntaxat, & in eo solùm loco præfertur, ubi lex ejusmodi, aut consuetudo, nata est. Itaque nec obstat, vel Jacobi, vel Judæ exemplum, quos vel ignorantia quadantenùs excusat, vel revelatio, *inquit Reusner. d.consil 9. n.67.* Mittamus exempla, inquit Alberic. Gentil. *lib.5 de Nupt cap.9 pag.425.* Neque enim ullum est flagitium, quod defendi, exemplis, ex amplis humanæ improbitatis campis, non possit: mihi rejecta in perpetuum sunt, quæ rationem non habent. *Adhib. Francisc. Hottom. de rit. Nupt. cap.8. pag.800. & seqq. ubi, ad loc. Deuter. 25. vers.5. ferè idem respondet, quod Dn.Gerhard. in loc. de conjugio, §.320. Loqui scil. eum textum, de casu speciali, propriè, peculiariter & strictè, ad Reipubl. Iudaicæ rationem accommodato, neque ad gentem ullam aliam producendo. Hafenref. lib. 3. Locc. Theol.10. pag. 760. edit.3. Hemming. lib. de conjugio. pag.116. Samuel Mares. lib.1. Antichristi revelati cap. 29. § 11. post Calvin. ad Levitic. c.18.* Quòd autem prohibitio, quæ Levit.18 extat, non sit politica s. forensis, aut ceremonialis; sed universalis, s. moralis, (quæ omnium sit hominum, ac temporum, atque adeò immutabilis) id, post Theologos, multis argumentis, ex nostris, etiam recentiores ostendunt *v. Valent. Guil. Forster. de Nuptiis. cap.7. pag.103. & seqq.* ubi *p.106.* etiam quæstionem, de qua nuper consulti fuimus: An viduus, (vel vidua) filiam sororis, defunctæ conjugis suæ; (hæc filio, v. g. fratris conjugis sui, nubere) ducere possit? attingit. De qua etiam agunt Pfeil & Gerhardus, apud Bachstadium, *in collat. jur. connubial. consil.7. & 8. pag.*

 412. &

412. *& seqq.* Allegorias Augustini, *in can. olim. 8. caus. 8. quæst. 1.* parum curamus. Verba certè sunt generalia. vers. 6. ibi: Niemand soll sich zu seiner nähsten Blutsfreundin thun/ jhre Scham zuentblössen; sive, ut, juxta Hebræum redditur: ad carnem carnis suæ, non accedet. Unde & juri naturæ, hanc conjunctionem repugnare, complures docent. *Brisson. de jure Connub. pag. 238. vers. An autem mortuorum fratrum Conjuges. Anton. Matth. de incest. cap. 6. nu. 4. vers. Nec aberraverit. ad lib. 48. Digest. tit. 3. Argentoratens. 2. consil. 84. Kizel. synops. Matrim. cap. 3. Theorem. 11. lit. H. qui plures allegant.*

8. Non ignoramus, Pontificios scriptores, *v. Covarruv. part. 2. cap. 6. §. 9. Layman. lib. 1. tr. 4. cap. 22. n. 2. Latè Sanchez de matrimon. lib. disput. 66. n. 11. Rebell. de obligat. Instit. part. 2. lib. 3. quæst. 15. n. 11. post Thomam, Sylvestr. & alios, Mozz. de matrim. column. 7. nu. 15. pag. m. 15. Duaren. ad rubric. solut. matrim. tit. de Nupt. cap. 3. Cujac. 8. observat. 28. in comment. de gradib. pag. m. 1872. (ubi fratriæ nuptias, primùm Constantium & Constantem vetuisse, tradit. l. 2. C. Th. de incest. nupt.) Iterumq; in comment. ad l. non omnes. 144. de Reg. jur. ubi Conjunctionem talem licitam; sed minùs honestam, vocat. Menoch. 2. præsumt. 10. n. 45. Farinac. quæst. 149. n. 148. Wittum. consil. crimin. 8. Mezger. consil. crimin. 9. quæst. 2. eorumque sequaces. p. Besold. Papizant. part. 4. consil. 178. Incip.* Wohl Edeler *Hartman. Pistor. observ. 112. n. 98. & seqq. (ubi negat, jure divino, hanc conjunctionem, prohibitionem habere) adducto, eum in finem, testimonio Brentij. Ioh. Bapt. Cæsar. in Consil. Altorf. adoptiv. 109.* Contraria his docere, & admittere: Quibus etiam novissimè suffragatur Autor Responsi, *pro matrimonio Principis, cum defuncta uxoris sorore contracto;* Qui tamen libenter concedit, matrimonium *cum fratris viduâ,* (extra casum Deuteron. cap. 25. vers. 5.) verbo Dei, verè & indubitato esse prohibitum; sed, inde non statim concludendum esse, scribit: Matrimonium, *cum defuncta uxoris sorore*, itidem prohibitum. *pag. 103. n. 344.* Quinimmò, hoc matrimonium, jure divino & naturali, permissum esse, contendit. *d. respons. pag. 62.* Sed, præterquam, quòd in utroque casu, eadem militat ratio, & sententia: Ne quis misceatur carni carnis suæ: Rationes adversariæ tanti non sunt, ut à sententia, in Ecclesia orthodoxa receptâ, quenquam debeant dimovere. Absit enim, ut dicamus, in Ecclesia orthodoxa, improbari sententiam, quæ jure divino & naturali, permissa sit. (quod, in formato quæstionis statu, cōtinetur d. respons. p. 62.) Primò enim negamus, quæstionem hanc: *An, jure divino, hoc matrimonium sit prohibitum?* facti esse, *quod ille præsupponit p. 61.* Siquidem, An facinus aliquod, *jure sit prohibitum?* nequaquam ad quæstiones facti; sed juris, pertinet: *v. c. 44. & ibi Cujac. de Appellat. l. Voluntatis quæstio. 7. C. de fideicom. l. Ex verbis. 14. C. de donat. int. Vir. & uxor. l. 20. §. ult. de instr. vel instrum. legat. ubi Cujac. in Scævola memorat, Gallum Aquilium,* cum de facto quæreretur, *consultores ad*

Cicero-

Ciceronem rejeciſſe: quoniam facti quæſtio, ſit in diſquiſitione Rhetorum & Iudicum; non Iuriſperitorum. Nec ſequitur: Dubium eſſe, utrùm. factum aliquod jure deciſum ſit? Ergò quæſtionem, non eſſe juris. Nam & hîc nullatenùs de facto aliquo quæritur: An ita contigerit, ut narratur; ſed de jure, an jure communi prohibitum; vel permiſſum ſit? Solet equidem de ſtatutis dici, ea facti eſſe, & in facto conſiſtere: *can.1. de conſtitut. in 6.* Sed intelliguntur ibi particularia; aut juri communi contraria: vel certè ea de quibus liquidò non conſtat, an ſtatuta & introducta ſint, nec ne. ut ibi notav. *conſ. Menoch. l. præſumt. 8. n.7. & ſeqq.* Altera ſubtilitas facilè eluditur, contraria quæſtionis informatione: Negamus enim, ullibi in jure divino, generaliter ſive univerſaliter (omnibus) hoc matrimonium permiſſum eſſe.

Tertiò, probavimus ſupra, abundantiſſimè, prohibitionem, ex veteri, & novo fœdere.

Quartò, verba Levit. 18. verſ. 18. **neben Jhr/ Jhr zu wieder/ weil ſie noch lebet ꝛc.** Non poſſunt ad contrarium ſenſum inferendum genericè allegari: (1.) quia iſta argumentandi ratio non procedit in diſpoſitione negativè concepta; *v. l. 4. C. de peric. tut. & curat. collata l. 13. C. Mandati.* quia verba negativa ſemper negant & nunquam affirmant. *poſt Bald. & alios A. Barboſa in Loc. argum. h. t. n. 25.* (2.) neque etiam procedit in jure ſingulari aut privilegiario. *gl. in cap. licet. 11. De privileg. in 6. Everhard. in topic. legal. loc. 4.* Inprimis ſi (3.) hoc pacto induceretur correctio juris communis. *cap. ſignificaſti. 18. de foro* [illegible]*net. Everard. d. loc. Barboſ. n. 29.* Quomodo ſanè in præſenti problemate D[illegible]us Opt. Max. *eod. lib. cap. 20. v. 21.* indiſtinctè & generaliter definit: *Turpe factum eſſe, ſi frater fratris uxorem ducat.* Quæ prohibitio, cum, de ſuperſtitis uxore, otioſa ſit; utique de defuncti viduâ, erit accipienda: Niſi malimus dicere: Levitici hunc locum, ad ſpecialem illam legem, ceremonialem & forenſem, reſpicere, ut ille caſus excludatur, quo frater fratri jubebatur ſemen excitare. Quintò, Lutheri, n. 233. adducti, definitiones quod attinet, jam dudum monuerunt viri pii, atque ipſe adeò Lutherus, diſcernenda eſſe ſcripta anteriora, à poſterioribus. Quemadmodum enim ipſa Iuriſprudentia, non uno impetu emerſit, ſed ſenſim, ſenſimque, incrementa cepit: (*ad Divi Lutheri verba, in præfat. mox allegand. reſpicimus*) Immò, quemadmodum & ipſi Apoſtoli, cum adhuc in ſchola Domini eſſent, ſæpius hallucinabantur: Ita emergenti primùm, ex illis tenebris, Luthero condonandum, ſi annis illis prioribus, nonnulla liberiùs pronunciavit. Sic ipſe Beatiſſ. Pater petit, rogat, &, per Chriſtum contendit, in præfat. **über den erſten Theil ſeiner Lateiniſchen Bücher/ An. 1545. außgangen/ darinnen er den Einfältigen; (oder von böſen Buben/ vbel beredeten/) Leſer vnterrichtet/ wie er ſich in ſeine Bücher/ deß erſten Anfangs richten ſoll/ weil ſie dem letzten nirgends gleich ſein/ Ja offt/ hin vnd wieder/ in etlichen Artickuln/ deß Papſts Lehre billichen/ vnd recht laſſen ſein/** & in **5. Daher ꝛc.** ibi: **wirſtu in meinen erſten Schrifften/ vnd Büchern/ finden/ wie**

viel ich damahl/dem Bapst nachgelassen; welches ich hernacher/ vor die schröcklichste Gottslästerung vnd gröwel gehalten/ vnd verdammet habe; vnd in Ewigkeit gehalten vnd verdammet haben will: (Ergò etiam pseudo discipulos mussitantes, vel contraria asserentes,) Amen. Sic librorum Ienensium procurator, Dn. Nicolaus Ambsdorffius, pientissimus Theologus, (qui in præfat. tom. 1. Ienens. §. dann/ das weiß ich ꝛc. ausus est hanc proferre sententiam: Es seye die ärgste vnd schädlichste Ketzerey/ so auff Erden kommen ist: daß gute Werck/ zur Seeligkeit/ von nöthen ꝛc. Von Luthero, durch Gottes Wort gewaltiglich widerleget.) Is, inquã, idem, in d. præfat. tom. 1. Ienens. §. Zum fünfften ꝛc. ibi: Es sind in den Wittenbergischen Tomis, die Bücher D. Lutheri, nicht nach der Ordnung der Zeit/ wie sie der Mann Gottes hat lassen außgehen/ zusammen geraffelt: darauß dann viel jhre Meinung: (NB. Daß man dz Bapsthumb halten/ vnd sich mit jme vergleichen solle/ vnd müsse:) schliessen/ vnd solches vertheidigen wollen/ weil der Mann Gottes/ im Anfang der Sachen/ viel Papisterey geschrieben/ vnd nachgelassen hette ꝛc. jung. §. diß alles ꝛc. Quales protestationes, si cucullatus Surius, in suis Commentariis observâsset, non tam sæpè dissensum, in Luthero, notâsset, & calumniatus esset (Atrociùs autem peccant, qui Lutherani volunt Theologi salutari, & tamen ejusmodi adversariorum calumniis, quas refutare potiùs debebant. V. *Henric. Wangnerock. in AntiDorseo part. 1. cap. 3. argum. 8. pag. 108. ubi nugas istas toties refutatas, itidem reproducit*, delectantur; quinimò capitalem quæstionem, de fide Romanensium *ex loco toties retractato, tom. 4. Ienensi, pag. 320.* nescio quo consilio, quave conscientia, definire, in tam clara Evangelii Luce, non verecundantur. Quod scriptum quidem, Anno 1528. emanavit, adeoque continetur adhuc, sub quindecim illis annis, rudimentorum Lutheri, de quibus ipse iterùm, candidâ & notabili retractationis formulâ, sic scribit: In der kurtzen Vorrede/ vber den Catalogum seiner Bücher/ so er/ von Anno 518. biß 533. geschrieben. §. Es wäre dann ꝛc. ibi: Ich/ oder vielmehr das Wort GOttes/ hat viel müssen leyden/ in diesen fünffzehen vergangenen Jahren/ ehe es zu kräfften ist kommen/ vnd wie es zugenommen/ vnd auch Ich/ täglich vnd Jährlich/ weiter vnd höher/ darinn kommen bin; wie das wol zeugen die ersten Bücher/ (darinn ich dem Papstthumb viel/ vnd fast alles/ nachließ vnd ehrete) gegen dem letzsten/ welche Christum allein vnd rein/ handeln/ vnd dem Papstthumb nichts nachgelassen. Item, in der Vorrede/ auff seine propositiones, pag. 5. §. Vnd da ich ꝛc. ibi: Dann ich hielte/ (damahls) deß Papsts Kirchen/ vor die rechte Kirchen ꝛc. jung. jam §. darumb ꝛc. ibi: Ob ich gleich vor dem Papst/ vnd seiner Majestät/ mich nun nicht mehr entsetze/ vnd förchte; So muß ich mich doch vor seinem Gott/ dem T. ꝛc. Nullatenùs autem doctrinam Pontificiæ sedis probat; sed quæ de verbo Dei, etiamnum, in illa Ecclesia, supersint: siquidem in

dem in §. wir schwermen ꝛc. disertè dicit: se separare doctrinam Christianam, quam Ecclesia acceperit ab Apostolis, von deß Papstes Teuffelschen Zusatz. verba ita habent: wir schwermen nicht also/ wie die Rottengeister/ daß wir alles verwerffen/ was der Papst vnter sich hat; (non rejicio omnia, quæ sunt, in Ecclesia Catholica, Apostolica, s. ex doctrina Apostolorum relicta) Sondern/ das fechten wir an/ vnd verwerffen/ daß der Papst nicht bleiben lassen will/ bey den Gütern der Christenheit/ die er von den Aposteln/ geerbet hat: Sondern thut auch seinen Teuffels-Zusatz dabey/ vnd drüber. Quid? quòd, mimicè & ironicè se ibi loqui, aliquoties profitetur, ibidem, in verbis: Soll ich auffhören zu heucheln: Et paulò post: Kan der Papst diß mein heucheln leyden. Genuina autem Lutheri sententia, integro libro expressa est, cui titulus: Daß das Papstthumb auß dem ꝛc. Summam libri refert ipse Surius *in Comment. de Anno* 1545. *p.*405. Quem librum, aut ignorare, aut dissimulare, non erat Lutherani Theologi. Sed, quo fine & consilio, hæc talia spargantur, eventus proh dolor abundè docet, & uberiùs fortè manifestabit. In militia proditorium censetur facinus, si quis militum, ne dum Ducum aliis pugnantibus, spectatorem tantùm agat & à pugna abstineat. *P. Gregor. lib.* 11. *de Republ. c.* 10. *nu.* 11. Quale ergò illud habebitur, quo tela ex domo propria hostibus suppeditantur: annon prævaricationi proximum putabit flagitium posteritas, si Theologus Lutheranus, captato uno vel altero, è Scriptis Magistri sui ambiguæ sententiæ vocabulo, mentem Autoris, quam ille alibi toties planissimis verbis expresserat, planè in reprobum sensum perverterit? ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα: Cui propediem. Reddet *gestorum* rationem quisque (simulator & dissimulator, truculentus & subdolus) *suorum*. Certè, Dn. Ambsdorff. in laudata sæpiùs præfatione, §. Zum dritten ꝛc. hält gewißlich das vor/ daß der heylige Mann/ D. M. L. darzu sonderlich erwecket sey/ daß er den Antichrist zu R. offenbahren/ vnd zu schanden machen solte; Sonsten würden jhrer viel dem Teuffel/ vnd seinem Antichrist ꝛc. Quæ nos suis quidem relinquimus cathedris, interim illud saltem exinde conficientes: Rectè & planè accommodatè, ad superius argumentum, & locum à Dn. Consulente objectum, respondisse Beustium *de matrim. c.* 51. *§. conclud. in f.* Nimirùm scripsisse hæc Lutherum, in initio repurgatæ doctrinæ &c. Aliorum præjudicia, apud Dedekenn. Vol. 3. Cons. pag. 343. & 383. contrariis eliduntur facilè, numero etiam vincente: *apud eund. Dedekenn. pag.* 349. *& locis superius laudatis.*

§. l. 1. f. l. 3. l. 4. ibi: qui hostes armis juverit Ad L. Iul. Maj.

9. Quartò, ad Explicationem superioris postulati, notandum, permitti quædam à Legislatore, ut per se *adiaphora*; quædam verò, ut, per se quidem *improbanda*: sed quæ, ob personarum, aut rerum, & temporum, conditionem, vix tolli possint: Cujus generis sunt, usuræ, circumventiones in contractibus, (h. e. de-

i.e. detracto dolo, fraus in re. *Cujac. ad l.144. de R. I.*) meretricum (post lupanaria permissa,) condictiones, donationes illis factæ: *l.5. de donat.* ac ipsa etiam lupanaria. *v. Tr. de altero tanto. part.3. artic.4. pag.164. & seq.* Illis Judex pœnam, nec minatur, nec imponit; *conf. l.14. §.14. de religios. l. si duorum.52. de Act. emt. l.1. §.3. de concubin. l. si constante.24. §.5. ibi: Sævitia, quæ in propriis servis culpanda (est) in alienis, coërcenda, est. Solut. matrim. conf. Marc. Anton. Nattam. tom.3. consil.588. Incip. Iste, quia conscripsit. n.9. ubi docet: Mendacium, etiam fraudulentum, ex quo alius non læditur, censeri nugatorium, & sine pœna. &c.* His autem pœnam minatur, licet certam non imponat: *arg. §. sed neque heres.10. Instit. de Testam.* Sed ea vel censoribus, vel Deo ipsi, castiganda relinquit, aut certè arbitrariæ (Judicis) animadversioni committit. *post Marant. & Lopez. Augustin. Barbosa in l. Nemo martyres.3. n.7. C. de SS. Eccles.* Sic superbia, arrogantia, iracundia, defectus Charitatis, vindicem Deum habent; LL. nullas humanas: (*ut rectè hactenùs Salmas. de fœnor. Trapezit. pag.487. Quòd vero his speciebus peccatorum, etiam ebrietatem & luxum adjicit, perhibetque, ea nullis LL. humanis puniri; Ex ordinationibus publicis reformatæ politiæ, palàm refutatur.*) Quin & Politici cum Historicis, observant, Judicia quædam fuisse forensia; alia censoria: *Keckerman. lib.1. system. polit. cap.18.* Et censores correxisse illa, quæ vulgò pœnâ forensi, digna non videbantur. *Id. ibid.*

10. Quintò, regulam illam admittimus in his, quæ *certo jure permissa sunt*; non itidem de his, quæ, per qualemcunq; interpretationem, pro permissis, habentur. Si enim singularia ejusmodi postulata, per gradationem, securè nectantur, tandem nodus, justitiæ planè exitialis, constringitur. Multi tamen ex Dd. talem collectionem non aversantur; sed ita animosè colligunt: *Tertium brocardicum; de tacitè permissis.* "Quod jure permissum est, pœnam non meretur; At omne id, "quod non probatur, disertè esse prohibitum, est permissum: *arg. l. ab ea parte.5. de probat. l. mutus.43. §.1. de procurat. l.1. §.1. de Testib. Menoch.6. præsumt.16. Cravett. consil.203. n.23. Surd. consil.173. nu.72. & consil.222. n.5. Fichard.2. consil.68. fol.151. Pacian.1. consil.34. n.7.* Ergò pœnam non meretur. Vis exemplum sive hypothesin? Ecce sumtam ex argumento, quod tractamus, de Armorum abusu. Sic enim inter infinitos gladiatorum patronos, argumentando incedit

cedit

cedit ac progreditur Ponginibius *apud And. Fachinaeum, lib. 3 conf. 81. n. 28. & seqq.* Comes Hieronymus, obviam iyit Cicadæ, & ab eo petiit satisfactionem: Id licitum esse, apparet ex eo, quòd expressè non reperiatur prohibitum. Hanc postulationem sequuta fuit digladiatio, & ex ea cædes. Ergò cædes ista, debet esse impunita. (Ita ille *per l. qua act.* vult autem allegare. *l. 7. § si quis. 4. Ad L. Aquil.*)

11. Si Rabula quidam forensis hæc scripsisset, aut protulisset, minùs noxium futurum erat enunciatum; At, cum Fachinæus, juris Antecessor, inter consilia, Scholæ & fori, hæc postulata obtruserit, nullatenùs ferendum est, tam enorme conclusionis *ἁμάρτημα*. Annon enim omni jure prohibitum est, privatos à se invicem, satisfactionem talem armatam, & jus in armis, *l'espée à la main*, exigere? An non ideo judiciorum vigor, jurisque publici tutela, in medio constituta est, ne quis ipse suam exigat satisfactionem? *l. nullus. 14. C. de Iudæis. Cassiodor. 12. variar. cap. 4.* Annon omnia jure prohibita sunt, ex quibus tumultus & cædes possunt oriri? *l. Non est singulis. 176. de Reg. jur. ubi, cum Cujac. P. Faber vidend.* Annon satis prohibitionis est, in ipsius naturæ præceptis; alterũ non lædendum; sed amandum, esse, succlamantis? Cur non hîc etiam brocardica adversaria valent: prohibitũ censeri omne id, quod non inveniatur permissum? *l. Gallus. 29. §. ille Casus. 15. de lib. & posthum. cap. pen. Extr. Ne sed. vacant. Mascard. de probat. conclus. 1243. n. 116.* Et cur non attenditur illud alterum? quo dicitur: prohibito uno, censeri omnia prohibita, per quæ pervenitur, ad illud unum. *l. oratio. 16. De sponsalib. l. pupillus. 5. § sed si per interpositam. 3. de auctor. tut. l. ult. C de reb. alien. non alienand. Surd. consil. 301. n. 74. Mascard. concl 102.* Et cur non tertium quoque illud? prohibitum unâ viâ, (jurgia p. digladiationes, & omninò vindictam privatam) non censeri aliâ permissum (p. per exactionem satisfactionis.) *l. cum hi. 8. § si cum iis. 20. De transact. l. quod dictum. 32. de pact. l. athletas. 4. § ait Prætor. 3. De his, qui not. infam. Menoch. cons 285. n. 42. Scaccia de commerc. §. 1. quæst. 7. ampliat. 11. n. 2.*

12. Ita nimirum labi oportet eos, qui, omissis juris Justinianei principiis, beneque fundatâ arte, Doctorum & Politicorum traditionibus nimium deferunt; Justinianeam prudentiam, pro obsoleta nimis, & antiquatâ habentes: *per Novell. 21 de Armeniis.*

cap.2. Quomodo nuper Pragmaticus quidam, non dubitavit, integro JCtor. Collegio, brocardicum hoc ſuum opponere: punctum facere copulam: *per tradita gl.in l.52. § 2. pro ſoc. ubi Gothofr. in not. Add. gl. ſimilem in l.precia rerum.63. ad L. Falcid. Everhard. in loc. à natura copulæ.* Cum tamen ea traditio, & ſenſui, & rationi, & Grammaticæ, repugnet. Niſi malimus dicere, gloſſam de figuratis interpunctionibus ſenſiſſe, v.g. quando in oratione, vel tmeſis, vel διακοπὴ, vel Hyphen, aut ſubunio, adhibetur. Juſtinianus autem *in d. Novell.20.c.2.* nequaquam *de jure* antiquiore; *ſed de factis* antecedentibus, ſive cauſis expeditis, loquitur, atq; hoc vult dicere: Cum leges non ferantur in præteritum, ſed in futurum: *l.7. C. de ll.* Ideò ſe diviſiones hereditatum jam factas, evitandæ confuſionis causâ, non retractare; ſed futuris tantùm diviſionibus, deinceps modum præſcribere. Quomodo ſe ipſum explicat, *in verſ. Quod autem priùs factum eſt. d.c.2.* Et ſtatim *in Novell.22.c.ult.§.1.* multiſque locis aliis. *ut in l.27. in f. pr. C. de uſur. l.1. §. ult. C. de lat. libert. toll. l.23. §.ult. C. mandat. l.ult. in f. C. de ſuis & legit. lib. Novell.39. c.1. § 1. Novell.66. Novell.73. c.9. §. ult. & alibi paſſim.* Adeoque ſic concludendum: Novis planè ſpeciebus, & factis, emergentibus, novo eſſe opus Legislationis remedio. *per text. l.1. pr. de inſpiciend. Vent.* Sed, quando caſus ſimiles, textibus perſpicuis definiti ſunt, non eſt temerè recedendum à legislatione, per aliquot ſecula probatâ, *l. rem non novam.14. C. de judic.* Niſi aliud, præſens Reipubl. ratio, & utilitas exigat: *l.2. § ſed quia divinæ. C. de V. I. E. l.leges.9. C. de ll. l. de ætate.11 §. ex cauſa.8. ibi: ea, quæ poſteà emergunt, auxilio indigent. de interrog. action.*

13. Longè atrociore, peccato dicam, an errato, allegat Ponginibius ap. Fachinæum, *l.7 §.4. ad L. Aquil.* Verba illius textus, κατάπ prolata, pro regula juris ſui permiſſivi, generaliter inducens, ſtatuenſque: Si quis, in colluctatione publici certaminis, (i. e. offentlich vor der Fauſt) alium occiderit, ceſſare L. & gloriæ causâ non injuriâ, videri damnum datum. Atqui, ſcire debebat vir bonus (1.) ibidem quæri; *Non de provocatione* eorum, qui ſatisfactionem à ſe invicem exigunt, *ſed de his, qui in licito ludorum genere,* virtutis & exercitii militaris cauſa depugnant: *Berlich. 4. concluſ. 16. n.2. verſ. Quæ tamen leges.* Agitur enim (2.) ibi de Pancratio:

Παγκρά-

Παγκράτιον autem est genus ludi, quo quinque certamina legitima conjunguntur: Jaculum, cursus, saltus, lucta, pugillatus: In quo παγμαχείῳ facilè periculum alicui potest contingere. *Cujac. in Paulo. ad l.2. de Aleator. pag. 257. e. Pancirol. 1. variar. lect. 46.* (3.) disertè excluditur à facto, omnis injuriæ, & maligni animi suspicio, qualis nunquam à provocantibus exulat. (4.) cessare tantum dicitur Aquilia: quia scil. ingenui tantùm sic solebant certare, (quorũ corpus, æstimationem non recipit) *d.l.7.§.4. E.* Cornelia, positis terminis habilibus, non removetur. *v. Scal. 1. Poët. 22. coll. 35.*

14. Quod si ergò graviter peccant, qui nescio quo παρερμηνείας, ut mollissimè loquamur, vitio, jura tam pravè deturpant; Quo crimine laborare censeas eos, qui etiam errorem permissionis præsumtæ, pro palladio homicidis prætendunt. Cujus sanè erroris fœditas, & subductione fundamentorum; & oppositione aliorum argumentorum, facillimè contunditur. Fundamenta quædam superiùs, ex textibus ipsis, adduximus: poterant captivorum patroni, hoc alterũ addere telum, ex eadem machærâ: Etiam consuetudinem improbam, excusare à pœna: Quod axioma multi Dd. colligunt, *ex Novell. 154. cap. 1. gl. ad c. cum Venerabilis. verb. migrasse. extr. de consuetud. Mascard. conclus. 193. n. 10. Hartm. Pistor. 1. quæst. 49. n. 25. Wesenb. 2. cons. 416. Moller. 3. Semestr. 2. Aliique, citati Tiraquello de pæn. temper. cap. 42. Farinac. quæst. 95. qui longè animosius loquuntur; quàm C. I. A. de ll. θ. 38. Locam. quæst. Instit. 14. & sequaces alii, quorum verba jam protulimus. Add. Hippolyt. Bonacoss. in thesaur. comm. opin. lit. F. sententiam ita concipientem*: Qui facit id, quod communiter per alios fieri videt, excusatur à dolo & culpâ. Exemplum ponit Anchoran. *consil. 283 Incip. iure stricto.* In consuetudine Bononiæ, ubi mos inoleverit, ut pueri jactu lapidum ludant: Itaque, si unus alterum aliquando occidat, occidentem nullâ pœnâ afficiendum esse. *Conferantur, quæ, de consuetudinis vi, disputantur apud Dn. Heig. 2. quæst. 40. n. 33. & seqq.*

Reditum applicationis gratia ad problema primũ & principale.

Quartum brocardicũ de consuetudine.

15. Cæterùm neutra assertio, ut dixi, sine animadversione, potest admitti. Nam, quod fundamenta prioris sententiæ attinet, pleraque illa, vel de justo, vel saltem, de probabili: non autem de affectato, aut supino, *errore* loquuntur: qualis; in veris delictis, ad excusationem criminis, hautquaquam proficit. *c. igno-*

rantia.13. de Reg. iur. in 6. c. turbatur. XII. § notandum. caus. 1 quæst. 4. l. 2. C. de in ius voc. l. 1. & ult. C. si advers. delict. Cum enim LL. scire omnes debeant: *l. 9. C. de LL.* Lata culpa est easdem ignorare. *Socin. consil. 108. n. 12. v. Et licet. Wesenb. 1. consil. 33. n. 5.* Adeoque in pœnis latæ culpæ, error, vel ignorantia juris, nequaquam potest excusare. *l. liberorum. 11. §. ult. de his, qui not. infam.* Maximè, si ignorantia talis, tendat in alterius injuriam. *l. Perspiciendum. 11. § delinquunt. de pœnis. l. 1. & 2. de ll. Bart. in d. l. 38. n. 14 de adulter. conf. Wesenb. de iur. & fact. ignorant. n. 4 Cuius limitationes ad hunc casum nullatenus possunt accommodari.* Separata etiam atque singularis causa est mulieris incestum juris civilis committentis: *l. 38. §. 2. ad l. Iul. de adult.* quia huic sexus imbecillitas suffragatur, quando de errore juris civilis agitur: quando auté de crimine jureg. prohibito quæritur, veluti de adulterio (quod omne indistinctè jure naturæ probrosum est,) mulier æque ac mas frustra errorem juris allegat. *d. l. 38 pr. & §. 7.* Licet enim incestum aliquod (p. jurisg.) gravius sit adulterio: Attamen adulterium omne turpius est incesto cuidam (p. JClis) *Cuiac. in d. l. 38 pr. & §. 1. & in comment. ad l. 11. §. 1. eod. tit. in Papin. Tiraquell. de pœn. temperand. c. 9. Wesenb. de pœnis. n. ultim. f.* Sed nos hic monomachiam sive duella virorum feralia impugnamus.

Excussio fundamentorum Dd. Veterũ, quibus ad primi brocardici doctrinam invehendam, fuêre impulsi.

16. Nec difficile fuerit ad cætera contrariæ sententiæ argumenta, supra fideliter adducta, respondere. Nam quod initiò attinet *l. quis sit fugitivus. 17. §. apud Celsum. 11. de Ædilit. Edict.* quæritur ibidem: An is servus etiam fugitivus sit, qui ad asylum aliquod, vel ad statuam Cæsaris, vel ad eum locum confugit, quo solent, qui se venales postulant; nempe, propter nimiam Dominorum sævitiam: *ut rectè gloss. explicat, per § ult. Instit. de his, qui sui, vel alien. iuris sunt.* Id verò negatur, non ea de causa, quasi servus stolidè erret; sed, quòd *animum fugiendi* habere non possit, qui jus publicum invocat. Delicta animum delinquendi præsupponunt, quo purgato, frustra de pœna quæritur. *l. 2. §. pœn. ibi: innocenti filio pœna non est. l. 6. de Decurion. l. 22. C. de pœn.*

17. Longè ineptiùs adducitur *l. 8. §. ult. De conditionibus Institutionum:* Agit enim §. ille de heredibus & legatariis, quibus sub conditione jurisjurandi, aliquid relictum est; Cum autem in

univer-

universum Prætor hoc Jusjurandi vinculum sustulerit, tali conditione, ex causis justissimis, *quæ in d. l. 8. pr. recensentur*, reprobatis: Hautquaquam necessarium fuerit, ut singuli gravati Prætorem conveniant, de absolutione. *Quomodo rectè Albericus, & cæteri, ibid. docent.* Superfluum enim est, precibus, à Prætore vel Principe ipso, flagitare, quod jam anteà, jure communi permissum est. *l. 1. C. de iur. liberor. l. un. C. de Thesaur.* Quid verò hoc postulatum præsens, ad excusationem criminis, proficiat? Quinimmò, Dd. Alii contrarium inde educunt lemma & axioma: Nempe, contra id, quod illicitum est; sive, quod illicito more, ab ipso exigitur, posse quem, proprio facto, s. propriâ autoritate, venire: Cum obligatio, jure peremta, neminem stringat. *Gothof. in not. ad gl. d. l. 8. §. ult. per cap. Venerabilem. cum gl. super verb. venire. Extr. de Elect. & Elect. pot.*

18. Eâdem *ἀβλεψίᾳ*, fundamentum petitur, *ex l. 38. §. 6. de pœnis.* Agitur enim ibi, de Testamento planè invalido, & ipso jure nullo: Cujusmodi impunè supprimi dicitur. Quia, circa id, quod nullum juris effectum habet, & hactenùs pro nullo est, nemo potest delinquere. *l. 5. v. prius enim, oportet esse aliquod testamentum. Ad L. Cornel. de falsis.* At, in Brocardico adversario, *delictum verum supponitur*: Vulnerationis; aut homicidii: Et excusatio ejusdem quæritur in ignorantia juris, & falsâ persuasione. Itaque si ex adverso supponas, vitium Testamenti, occultum vel absconditum; non impune Testamẽtum ipsum sub hoc obtentu suppresseris. *l. 1. §. 5. de Tabb. exhib. l. 3. §. si quis codicillos. 25. de SC. Silaniano.*

10. Lustremus nunc fundamenta Dionysi Gothofredi; *Fundamenta recentiorum.*
Enimverò, in primo textu, ab eo proposito *l. vel universorum. XII. de pigner. act.* omninò non agitur de factis illicitis; sed de facto, per se licito, oppignorationis, diciturq; Eum, cui universorum bonorum administratio permissa sit, (ab eo, qui pecunias mutuas, sub pignoribus, solebat accipere,) pignori rem dare, ac porrò etiam pigneratitiâ agere, posse. Quid verò hæc permissio, ad delicta, & excusationem à pœnis, faciat? non apparet. (2.) In *l. non solum. 33. §. 1. vers. Hoc ampliùs. de usucap.* Dicitur: eum, qui justam habuit causam, existimandi, se heredem, vel bonorum possessorem domino extitisse, fundum pro herede possidere. Nimirum, quia

ſic b. f. poſſidet: E. ejus b. f. hactenus ſuſtinetur. At, qui poteſt (1.) eſſe in b. f. qui in re illicitâ verſatur? (2.) quomodo juſtam poteſt cauſam obtendere, qui, ignorantiâ juris ſe peccâſſe, aſſeverat vel fatetur. An verò (3.) exiſtimare ſe heredem; (quod facti eſt,) coincidit cum noſtrâ theſi: Exiſtimare aliquid juſtum, licitum, jure permiſſum eſſe? (3.) *l. cum quidam. 30. de adquir. vel amitt. hered.* §.1. Verba hæc ſunt: proximus, à filio poſthumo, heres, dum mulier prægnans eſt, vel eſſe putatur, adire hereditatem non poteſt: Hic ſanè exiſtimatio, & opinio falſa, non ſublevat; ſed onerat, & excludit heredem. Ita enim §.1. explicat JCtus, in §.2. Sive putem prægnantem mulierem; ſive ſit reverâ prægnans, (quæ eum paritura eſt, Eum, qui ſuus heres futurus eſt) adire hereditatem non poſſum. Quid ergò, hæc etiam allegatio, ad rhombum?

20. Ultima ſanè & (4.) allegatio, quadantenùs, ad rem pertinere videtur, § *placuit. 7. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* dicitur enim ibi: ſi quis credat, dominum permiſſurum eſſe, ut re aliter utatur; quàm convenerit: Eum extra crimen videri. Sed & hìc facilis eſt reſponſio. Nam (1.) ille quoq; textus, non loquitur de re, per ſe illicitâ; ſed de uſu rei, qui tum demum fit illicitus, cum perſpicuum eſt, domino invito, alium re ſic uti. Ergò, ſi hoc liquidum non ſit; ſed juſtam quis habeat exiſtimandi cauſam, dominum non diſſenſurum, utique crimen non admittit. At, nos ſupponimus factum, naturâ illicitum; aggreſſionem ſcil. proximi, vel vindictam privatam. Proinde, in re perſpicuâ, nullatenùs locus eſt conjecturis. Additur ibid. (2.) & hoc: Quod in eo, qui, b f. exiſtimat dominum conſenſurum, nullus ſit peccandi (& furtum committendi) affectus: ſine quo ſanè furtum non perpetratur.

Conclusio 1 contra prætextum falsa & erronea opinionis, aliquot exemplis illustratum: Primum.

21. Nôrint itaq; omnes Gladiatores, ſive Retiarii; ſive Mirmillones fuerint, permiſſionem, falsâ opinione præſumtam, ſibi nequaquam ſuffragari: ſive in Judicio fori externi, ſive Eccleſiaſtici conſiſtant: multò minùs in illo ſupremo, maximeq; tremendo. De perſecutionibus ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, omniumque piorum, loquutus Dominus, *Iohan.* 16. ſubjicit *v.* 2. Omnis, qui vos interficiet, PUTABIT, ſe cultum Deo præſtare, (vel offerre ſacrificium) An autem hæc exiſtimatio, locum

excuſa-

excusationis inveniet, coram illo severo Tribunali; licet propriæ turpitudinis confessione nitatur allegatio, quod, sepositâ divini verbi luce, Cimmerias humanarum traditionum tenebras, error ille sequutus sit aut exceperit? Quoties quæso, in scripturis ipsis, hæc argutatio iterùm redarguitur, quâ, ingruenti pœnæ solenne illud carmen occinitur? *Nos verò arbitrabamur, sed ecce!* Item: quis putâsset, quis animo præcepisset? Valebit utique & hîc, illud dicterium: *Non est prudentis dicere: Non putaram.* Sapiens enim non illa tantum quæ speciem habent aut futura sunt; sed ea quoque quæ futura sunt prospicit. *Terent. Adelph. act. 3. sc. 3. v. 32.* Per vilissimum diffidationum modum, Germani olim honorem suum PUTABANT salvari, & vix, post diffidationem intimatam, ex quacunque confictâ, aut nullâ causâ, licitè credebant, rapta & occupata possideri, etiamsi Ecclesiæ bona fuerint: At id, contra omnes leges, jura & æquitatem, *inquit Nicol. Cusanus lib. 3 de concord. Catholic. cap. 31. v. Bocer. Tr. de diffidationibus. cap. 3. & 6. Berlich.* 4 *conclus. 21. per tot. Rumelin. cum cæteris ad A. B. part. 2. diss. 6. thes. 4. & seqq.* *Alterum.*

22. Arbitrabantur olim Judæi, omnes Gentiles prædæ suæ esse expositos; Qui enim aliâ, quàm lege Dei vivat, tanquam hostem communem, meritò perimi, occidi ac spoliari, existimabant. Respicit, ad hanc opinionem, Tacitus *lib. 5 Histor. cap. 5. v. 2.* cum ait: Esse Judæis, adversus omnes alios populos, hostile odium. Et Juvenalis, de iisdem Satyr. 14. *Tertium exemplum.*

Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.

Eâdem opinione gentes aliæ, externos quasi pro hostibus habebant, *Grotius lib. 2. de jur. belli & pac. c. 6. §. 14. f.* De Græcis noti sunt versus Euripidis in Iphigenia,

Βαρβάρων δ᾽ ἕλληνας εἰκὸς Ἄρχειν, ἀλλ᾽ οὐ βαρβάρους
ἑλλήνων. τὸ μὲν γὰρ δοῦλον τὸ δ᾽ ἐλεύθερον.

Conf. Arist. 1. Polit. 1. Lips. 5. polit. 4. v. 11. Non absimili existimatione Democritus, homines noxios & maleficos quosvis, feris & serpentibus comparabat, atque ideò, qui eos occidisset, innocentem pronunciabat, sive id fecisset privatâ manu; sive jussu publico. At meritò repræhendit, eo nomine, Judæorum Magistros Grotius,

tius, *ad Matth. cap.5. verſ.42. p.133.* Cum enim Deus, ad certos tantùm populos, nominatim, puniendos, Judæos delegaverit, ſatis oſtendit, inquit, in alios; quamvis falſis cultibus implicatos, ipſis non idem juris eſſe. Unde nec alii boni Principes, in populos; quantumvis ſuperſtitioſos, bellum moverunt: niſi novis cauſis provocati. *Hæc ille.*

23. Fuit equidem, cum ληστεικὴ, ſeu prædatoria, & latrocinandi artificium, inter legitimos acquirendi modos, computaretur: Sic enim plerique exaudiunt Ariſtotelem 1. *Polit.*8. Scholiaſtes apud Homerum *Odyſſ.γ.* narrat: Latrocinari, apud antiquos, non tantùm infamiâ caruiſſe; ſed & inſuper, glorioſum habitum fuiſſe. Similia è Thucyd. *lib.1.* adfert Grotius *lib.2. de I.B. & P. cap.15. §.5.* Ubi exempla Luſitanorum, Hiſpanorum, Germanorum, (ad quos, tanquam juris optimi, optimos Doctores, fanatici hodiè, juventutem ablegant,) recenſet. Neque tamen hinc rectè colligas, Tartaros ſive Scythas, aut Coſſaggos, minùs hodiè in jus naturæ peccare, quòd aliena paſſim diripiunt: Nec excuſabis, his exemplis, eos, qui & hodiè, excurſiones tales, ſuis permittunt: Wann man Copers vnd Freybeuters/ zu Waſſer vnd Lande/ außſtreiffen läſſet. Eſt enim revera hoc genus vitæ giganteum & beſtiale, quale olim exercebant, quos Græci χειροδίκας vocabant *v. Grotium. lib.2. de I.B. & P. cap.2. § 2.* Itaque non redargutionem; ſed laudem merentur cordati Magiſtratus, qui piratas ejuſmodi, aut prædones, in ſuo territorio depræhenſos; non attentâ aliorum indulgentiâ, congruentibus, afficiunt ſuppliciis *l.20. ibi: quamvis domini juſſu ſervus piraticam feciſſet, judicium in eum poſt libertatem dari oportet. de obligat. & act.* ſiquidem licentiam peccandi indulgere, in nullius hominis, aut humanæ legis, poteſtate poſitum eſt. *ut infra indigitab.*

24. Nec ſuffragatur, tam barbaris ſectis, ſapientiſſimus Ariſtoteles. Nam, ut aliorum excuſationes mittamus, (quorum Nonnulli ſcribunt Ariſtotelem tantùm de jure illorum temporum loqui: *Grot. d. lib.2. c.15. §.5.* Alii (Ariſtotelem) hîc lapſum eſſe notant. Salmaſ. *de uſuris. cap.10. fin. ubi ait:* prædatoriam illi juri naturali affinem eſſe, quod nihil juris aut juſtitiæ præ ſe ferat, & belluis congruat, quo in genere, quæ fortior eſt, & ferocior, in-

firmio-

ſirmiorem & mitiorem opprimit) Explicare utiq; mentem ſuam, ipſe (Ariſtoteles) videtur, *lib.*4. *polit.*4. Certè, ex ejus capitis comparatione, non obſcurè conſtabit, in oppoſito textu *cap.*8. Philoſophum (1.) de facto: *contrarium quippe, cap.*4. *aſſeverat*; non de jure reſpondere: Ait enim, ex his partibus, conſtare, & ritè componi, Rempubl. (1.) Ex agricolis: (2.) Ex opificibus: (3.) Ex Mercatoribus: (4.) Ex Mercenariis: (5.) Ex Bellatoribus, & hoſtium propulſatoribus. Unde dicere poſſumus (2.) Philoſophum, *in cap.*8. *lib.*1. rem potiùs; quàm rei qualitatem, deſignare: Quo ſenſu, etiam in Jure civili, prædatoria; (ſuppoſito bello legitimo) *v. l.*1. §.1. *de acquir. poſſeſſ. l.*5. § *ultim. de Acquir. rer. Domin.* §. *item, quæ ex hoſtibus*.17. *ibiq; Vinnius. pag.*227. *in verb. quæ in liberis & in juſtis excurſibus capiunt. Inſt. de* R. D. *l.*20. §. 1. *de captiv. & poſtlim. rev. itemq;* in jure feudiſtico, quadantenùs permiſſa eſt. 2 *Feud.* 22. *de milite Vaſallo. in f. tit. ibi: ſi Dominus ei juſtitiam facere noluerit,* (*ſcil. omni legitimo tramite tentato,*) *poterit eum Vaſallus, tanquam fœdifragum, & ſuperiori etiam domino immorigerum, atque rebellem, deprædari. conf.* 2. *F.* 27. §.1. (quanquam & vox deprædationis, aliquando latiùs accipiatur, & paulò animoſiorem juris ſui proſecutionem, *l.*6. §.3. *Negot. geſt. l.*5. C. *de poſtulando. conf. Berlich.*4. *concluſ.*44. *n.*4. *Finckelt. diſp. Feudal.* XI. θ.1. *f. Gothof. Antonii. diſput. feudal.*13. θ. *ult. f. Petr. Gregor.* XI. *de Republ. cap.* X. § 13. *Beſold.* 2. *polit.*7. §.34. notet.) Eodem etiam ſenſu diffidationes olim permiſſæ erant tum demum, quando diffidatus juſtitiam impetrare nullo modo poſſet. Conſt. Friderici II. ap. Goldaſtum *tom.* 1. *Conſtit. Imper. cap.*4. §.2. *ibi:* wird jhme nicht gerichtet. *Rumelin. p.*2. *diſp.*6. *theſ.*3. Sed & hæ, ex cauſis longe juſtioribus ſublatæ ſunt. v. eund. th.4.

De obtentu conſuetudinis ut delicta alia, ſic & duella elevantur.

25. Enimverò, hæc, & ſimilia exempla, cum rationibus, & elenchis præmiſſis, ſatis, ut puto, docent, Erroneam eſſe opinionem, quâ ſibi facinoroſi homines, vel potiùs, Dd. quidam, Miſeris illis & ut plurimum incautis juvenibus, blandiuntur, imponunt ac perſuadent; quaſi *erronea etiam, & putativa permiſſio*, eoſdem ſeveritati legis ſuperioris, & pœnæ eximat: Nec dubitant tamen illi conſuetudinem, animi ſimplicitatem, legumq; defectum, hîc cauſari, aut obtendere. Conſuetudinis vim urgentes, nituntur (*ut ſupra* θ.14. *d.*) *Novell.*154. *cap.*1. cujus argumento exiſti-

Expoſitio Novell. 154. *cap.* 1.

mant, confligentes iſtos excuſari poſſe, delirantium multitudine ſive conſuetudine communi, qua quiſque probus, probro ſibi ducat, in arenam invitum procedere. Atqui, ſi Imperatoris mentem intimius exploraveris, hypotheſin ipſam falſiſſimam eſſe, depræhendes. Agit enim Imp. *in d. Nov.* 154. de his, qui in Oſdroœna provincia, inceſtas contraxerant nuptias. Vixerant hactenùs populi illi, in ſumma libidinoſi animi licentia, & quâdam peccandi conſuetudine, *extra ll. ſcil. repagula poſiti*, frontem in ſcelera induraverant. Itaque Juſtinianus, more ſuo *l. 29. verſ. Quid enim antiquitas peccavit, quæ præſentis l. neſcia, C. de teſtam. v. Novell* 21. *cap.* 2. *Nov.* 139. *cum ſimil. lo. quæ ſupra præmiſimus* θ. 12. tempora præterita à futuris ſegregat, ac diſcernit. Et, quia leges non poſſunt, præteritis normam dare caſibus: Ideò, quæ conjugia jam patrata fuerant, impunita dimittit; certè inquiſitioni non ſubjicit: At, ne deinceps contrahantur, ſeverè vetat, edicitque. Cur, in contracta, non inquirat, cauſas ipſe complures adfert. (1.) *Rumoris incertitudinem*: Quia nullo certo autore, facta hæc ad ipſum delata fuerint; non more ſolenni nunciata, probata, deducta. *in præfat. fac. l. ſi adulterium.* 26. *§ iidem.* 6. *ibi: pœnam præteriti delicti, ſi nondum reus poſtulatus eſt, remittimus, & §. inceſtum.* 7. *ibi: Utique ſi error allegetur, & faciliùs, ſi nemo reum poſtulavit. Ad l. Iul. de adulter.* (2.) Quia diuturnitas temporis, conſortium hoc tueatur, & inquiſitionem moretur. *arg. l. adulterii.* 5. *C. de adulter. l. Querela.* 12. *C. de falſ. l. ſi diutino.* 25. *de pœn.* (3.) Quia benè concordans matrimonium, ex cauſa præteritâ, non ſatis exploratâ, non ſit facilè turbandum. *l. conſtante.* 26. *ad l. Iul. de adulter.* Ne (4.) adflictis aliàs, à perpetuis vicinorum incurſionibus, nova & maxima adferatur adflictio. *l. D. Marcus.* 14. *pr. de offic. præſid. l. Navis.* 4. *§ cum autem. ad l. Rhod. de jactu.* Denique quia (5.) non honoratiores cives, ſed homines agreſtes, & de fæce vulgi, talia admiſerint conjugia. *Viles autem homines l. Iulia, animadverſione legum vix dignos cenſuit. l. quæ adulterium.* 29. *in fin. C. ad l. Iul. de adult. l. ſi uxor.* 13. *§ 2. Eod. l.* 8. *C. de repud.*

26. Quod ſi cuipiam hæ rationes minùs validæ videntur, ad excuſandam tanti ſceleris, non dicam continuationem; ſed vel commiſſi impunitatem: non valdè refragantes nos habebit, Sin malit, excuſationem pro Juſtiniano, æquo ferre animo:

Atta-

Attamen, ne sic quidem postulatum Dd. ex hoc textu, demonstrabit: Consuetudinem scil. vel peccantium, vel loci, à pœna, ab *omnique noxia*, delicti certi, comperti & explorati, reos absolvere, & liberare. Quinimmò, disertè contrarium protestatur Imp. *in vers. seq. ibi: Oportet enim recta pariter, & convenientia, sapere, & alios. ad earundem rerum æmulationem, excitare: Non verò ipsos perpetrare ll. contraria, & ex mutua vitiorum limitatione refugere.* Planè, ut D. Finckelthusius *Tr. de consuetud. th. 3. lit. A.* rectiùs contrariam omninò sententiam & antithesin, elicuisse, ex hoc loc. videatur. Nimirum, pravam & irrationabilem consuetudinem, non excusare à pœna. *junct. Novell. 134. cap. 1. §. ibi: Malè enim adinventa. l. eos qui. 26. §. 1. vers. Ne liceat. C. de usuris. l. 1. C. de curiosis.*

27. Ex quo consequitur; falsum esse Anchorani pronunciatum, suprà th. 14. adductum: puerum, qui socium lapidis ictu interemerat, nullâ esse pœnâ afficiendum, quod Bononiæ moris sit, & consuetudinis, ut pueri se invicem lapidibus petant. Licet enim & ætas. *l. 2. Si advers. delict. l. auxilium. 37. de Minor. l. 1. §. impubes. 33. de SC. Silan.* & exercitatio ludicra, *l. quâ actione. 7. § 4. ad L. Aquil.* incautos juvenes à dolo excuset, adeoque etiam, à pœna ordinariâ; *Ipsa* tamen Bononiensium puerorum prava *consuetudo*, & usurpatio, *per se*, non præstat illis actionem: Quia ejusmodi usurpatio non cõsuetudo sed corruptela potius dicenda. *c. cum venerabilis. 7. vers. cum igitur hæc non tam consuetudo, quam corruptela meritò sit dicenda, quæ sic canonibus est inimica, Ita mandamus de cætero non servari. De consuetudine.* Itaque multò minùs, ad armorum abusum, in adultis & majorennibus, excusandum, potest adduci. Quod, ex ipsorummet Dd. commentationibus, evincere, in proclivi erit, si animadverteris, quàm multis Aliqui limitationibus, hoc suum *αἴτημα*, (cogente conscientiâ) emolliant: Sic enim Tiraquell. *de pœn. temperand. caus. 42. n. 1.* Excusat, inquit, consuetudo, (qualiscunque) à pœna, eum, *qui fecit, quod, temerè fieri*, solitum est; Licet præ se ferat speciem delicti. Atqui, petere aliquem lapide, fuste, gladio, non tantùm habet speciem delicti; sed reverâ est delictum, & omninò naturale probrum: Cum, proximum lædere, ipsa naturæ Lex vetet, quæ nullâ pravâ consuetudine everti debet. prout rectè barbarum illud Dd. postulatum, (de consue-

Refellitur " respõsum " Anchorã " supr. th. 14 relatum.

tudine, à pœna excuſante) reſtringit, ac tantum non planè repudiat Farinac. *lib.1. tit.3. quæſt.20. num.46. per can. flagitia.32. quæſt.7. ca bjiciantur. d. cauſ 32. q.4. cap. ſanè.2. de temp. ordin.*

28. Judicare hinc etiam licet, quid, de Curiæ Romanæ conſuetudine habendum ſit, quæ hoc, in more ſe poſitum habere, & penitùs de ſtylo curiæ eſſe, jactat: Ut is, pro Rege, in ſuprema illa, regnorum omnium diſtributrice, aut diſpenſatrice, orcheſtrâ, (juxta Decretum Pauli IV. *in cap. cum ex Apoſtolatus.9. ibi: Romanus Pontifex, ſuper regna & Gentes, plenitudinem obtinet poteſtatis. De hæreticis & ſchiſmatic. in VII.*) recipiatur, coláturve, qui regna poſſideat; (jure, vel injuriâ, armis, vel artibus aliis, huic aulæ non inquiritur) ſive, qui in eorum poſſeſſione, hodiè exiſtat. Ita enim Pius II. cum Cæſar Fridericus IV apud eum queſtus eſſet, Matthiam Corvinum, injuſtè, in curia Papali, tanquam uſurpatorem Regni Ungariæ, admiſſum eſſe, cum ipſe (Fridericus Imp.) ritè electus fuerit, reſpondit: In Curia Romana, hunc morem ſervari, ut is pro Rege habeatur, qui Regnum occupârit *in deſcript. Pij II. lib.6. & 8.* Ita cum Renatus & Ferdinandus, de Regno Siciliæ, contenderent, Iſthic, alteri, in poſſeſſione præferebatur, eâ ſententiâ: Si Renato aliquod jus in Siciliam eſſet, copiam ipſi fieri, juris experiundi; cæterùm hodiè, ſubditos poſſidentem ſequi. Iterùm: cum Pontifex Zacharias interrogaretur, quomodo Curia ſe, adverſum Regem Galliæ (Childericum IV. Regem, pro ſtupido, à miniſtris, regno inhiantibus, habitum,) geſtura eſſet? Reſpondebat: Hunc ſuis, pro Rege, habendum eſſe, qui ſupremam, in regno, poteſtatem & autoritatem, obtineret. Cum Richardus III. Rex Angliæ, (Odoardi IV. frater,) Regnum occupâſſet, & legitimum Regem, Henricum IV. cum tribus regni legitimis ſucceſſoribus, trucidâſſet; nihiloſecius ipſum, ad obedientiam admiſit Innocentius VIII. Anno 1481. 8 Febr. (O ſanctitatem ſtupendam & infallibilem!) Idem Papa, cum Richardus (modò dictus) ab Heinrico VII. olim Richemontiæ Comite) trucidatus eſſet, non dubitavit, madentis à parricidio hominis, Legatos, ad obediétiam admittere, in Conſiſtorio publico & ſolenni, 13. *Maij.* 1487. Ita etiam admittebantur, à Bonifacio IX. Legati Johannis I. Regis Portugalliæ,

quem ſeditioſa plebs, per tumultum, elegerat; tametſi tantùm ſpurius eſſet Petri, Regis Luſitaniæ: Quæ exempla hodiénum, pro conſtituendo Canone, ſolent allegari: Et ex ipſius Nuncii Memorial. excerpta ſunt. Annon autem hoc eſt, tyrannidem, & invaſionem, & latrocinia approbare, & ſceleribus ejuſmodi, oſtium patulum aperire? v. die kurtze Erzehlung / von der Portugalliſchen Abgeſandten admiſſion, zur Päpſtlichen audienz. pag. penult. Execremur ergò hæc, praviſſimarum conſuetudinum, quibus ſcelera quævis proteguntur, emblemata. *cap. 56. de Electione. can. 3. & ſeqq. diſt. 8.*

29. At præſtò ſunt, è verſutis pragmaticis Nonnulli, qui cum animadverterent, poſtulatum de conſuetudine, modò refutatum, uno tantùm pede ſubnixum, facilè ſubverti poſſe; alterum eidem ſufficiunt tibicinem, & conjunctim pronunciant: Conſuetudinem, poſſe actum, aliàs illicitum, validum reddere, legemque ſcriptam vincere. *l. ſi pignore. 22. §. ult. De pignorat. act. Gabriel. lib. 7. concluſ. 8. n. 23. & 24.* ubi Felinum allegat, dicentem: Facere quid, contra legem præceptivam, quando conſuetudo eſt in contrarium, eſſe levis culpæ: Idque abſq; dubio procedere dictitant; in his, quæ prohibita ſint, jure poſitivo: *per autorit. Donell. 1. comment. 10.* Sed & hic textus pro fundamento allegatus, non præſtat fundamentum poſtulato, ſatis ambiguo: Agitur enim in illo §. de creditore, qui, ob moram debitoris, pignus vendidit, &, evictionem emtori pollicitus, eam, re evictâ, præſtare coactus fuit: Quæritur ergò, quid viciſſim creditor, à debitore, per contrariam pigneratitiam, conſequatur? Reſpondet autem JCtus, diſtinguendo, utrùm creditor, pro evictione, caverit, & præſtiterit duplam; an ſimplam: *Priore* caſu, ſi duplam cavit, & præſtitit, judicio Juriſconſ. hanc viciſſim à debitore cõſequi debet: ſi modò conſtiterit, creditorem eo precio, aliter pignus vendere non potuiſſe, quàm promiſsâ duplâ. Ratio eſt: quia, cum cautio duplaria paſſim uſu recepta ſit, & ab Emtoribus providis, plerumque exigi ſoleat, *l. 2. & 37. de Eviction.* non poteſt venditori culpa imputari, qui jure communi uſus eſt. *Gothofr. in not. ad gl. d. §. ultim.* Enimverò, ſi duplâ etiam non promiſsâ, alii eodem precio, pignus vendere poterat creditor, per contrariam actionem pigne-

ad l. 22. §. ult. de pign. act.

ratitiam, non conſequetur duplam, quippe quam imprudenter cavit, aut præſtitit; ſed tantùm debiti ipſius quantitatem: Hoc enim caſu, culpæ ſuæ, & imprudentiæ, imputare debet quâ duplã promiſit; cum alteri tanto (vel eodem pretio) potuiſſet, etiam non promiſsâ duplâ. *l.23.d.t. Cujac.in recit. C.creditor. Evict.pign.non deb.* Ex qua textus analyſi ſeu paraphraſi, patet (1.) agi in eo, *non de conſuetudine,* legi, vel juri, contrariâ; (de qua planè conſtat, dicique ſolet: Quòd faciens contra legem præceptivam, quando conſuetudo eſt in contrarium, committat levem culpam. *Gabriel. d. concl.*8.*n.*24.) ſed conſentaneâ: (2.) adeoque, ſi de conſuetudine contrariâ quæratur, quatenùs ea legem abrogare valeat, cautelis illis opus eſſe, quas in Tr. De Altero tanto, *part.* 4. *artic.*7.*pag.*255. deſignavimus: cum quibus, traditio Donelli, etiam facilè poteſt conciliari. Eoque demùm ſub temperamento, tolerari poteſt traditio Gabrielii, *d.concluſ.*8 *n.*23. Eum, qui facit actum, qui communiter, (nempe à Viris etiam cordatis, vel plurimâ populi parte, licitus putatur: qualia olim fuerunt, promiſcuè lavantium balnea) licitus reputetur, excuſari; licet actus reverâ ſit illicitus; (i. e. lege aliquâ poſitiva, prohibitus:) Nam ſi per conſuetudinem intelligas, pravam uſurpationem, contra votum Magiſtratus, contra dehortationes, & minas ejus introductam: negabo, illam à pœna excuſare. Illuſtre; ſed triſte, exemplum, habuerunt ſuperiora ſecula, in diffidationibus, (quas utinam ſecuritas noſtra, & libido quædam, veterum Germanorum feritatem reducendi, poſtliminiò non revocaret!) de quibus, inter alios, P. de Andlo. *lib.*2. *de Rom. Imperio, cap.*16. Eò res redacta eſt, ut vi oppreſſus, vix Judicem, ad quem recurrere poſſit, inveniat; (*Notent Novatores effectum, contemti Juris Iuſtinianei*) Vel, ſi quem invenerit, &, poſt longos laborum circuitus, Judicatum tandem obtinuerit; deficiat tamen plerumque, qui res judicatas executioni demandare, aut velit, aut poſſit: Hinc jam Patria continuis diffidationibus exagitatur, hinc jam tela volant, & furibundæ ſparguntur faces: Hinc armorum, arcuumque ſonat fragor, & injurioſus mucro, omnia proſternit. Ampliùs (3.) & hoc ad text. oppoſit. notamus: Non agi ibid. de factis illicitis, per conſuetudinem excuſandis; ſed de facto, per ſe licito, exigendæ cautio-

nis

nis duplariæ. Unde evidens est, textum hunc, ad excusanda delicta, ineptissimè trahi.

30. Quin & exempla, à Gabrielio, præcedaneis numeris allata, non tàm illicita; quam per se licita, vel saltem, medii generis, facta respiciunt. Sic enim num. 18. refert: Communem usum, excusare à pœna falsi, Notarium, qui scripserit: Quòd aliquis acceperit à Titio, dante & numerante, utcumque numeratio non intervenerit: sed sola confessio. Nempe, quia hîc sufficit, confitentem Debitoris fidem sequi. Similiter, cum ait: Consuetudinem excusare Notarium, qui scripserit, solutã pecuniam; neque tamen pecuniam viderit: Nempe, quia sic, brevi manu negotia solent confieri. *l. certi condictio. 9. §. si numos. 8.* (*ubi gl. quidem etiam notat, propter frequentiam, aliquid concedi; quod alias, regulariter, non concederetur: Inde tamen malè inferunt: Consuetudinem, ex actu verè illicito, & peccaminoso, facere licitum.*) *de rebus creditis.* & consensus, contrahentium factum supponit; Certè in scribente, dolus abest: sine quo, falsum non committitur. *l. un. C. de mutat. nom. Wesenb. in parat. ad L. Cornel. de fals. n. 8.*

31. Hic verò nonnulli novam inveniunt Exceptionem dicuntque: Cum omnes fateantur, delictum hoc (vulnerationis aut cædis) sine dolo, non committi. *l. 7. §. 4. de jurisd. l. 1. de abigeis. l. 23. §. 2. de Ædil. edict. Ioseph. de Sesse decis. 108. nu. 2. Menoch. cons. 28. n. 13. Klock. de contribut. cap. 19. n. 672.* Errantes autem & falsâ persuasione ducti, dolo careant. *arg. l. 116. §. 2. de Reg. jur. l. 4. §. ult. si quis caut.* (Quibus locis error, consensum omnem excludere dicitur. *junct. l. si procurator. 35. de Acquir. rer. Domin.*) E. erranti, actum talem, qué pro licito aut permisso habeat, non debere nocere. *l. 15. de Iurisdict.* Sed neganda est minor propositio: sc. qui jus, (inprimis naturale) ignorat, aut, de ejus observantiâ, erroneâ persuasione, se dubitâsse dicit, dolo carere. Qui enim (1.) injustum suscipit actum; quocumque tandem colore obumbratum, is reverâ in dolo est. *Gail. lib. 1. de P. P. cap. 7. n. 13.* Et facta atque verba offensiva (2.) arguunt animum dolosum. *l. dolum. 6. ubi gl. & Dd. C. de dolo mal. l. si quis extraneus. 21. pr. de adquir. vel amittẽd. hæred. l. Labeo. 7. §. servus. 2. de supellect. legat.* vel generalius: Dolo facere præsumitur, qui facit, quod facere non debuit. *l. 1. C. de Sicar. l. tutor. 7.* *De jure permissivo, argumentis vel potius argutiis Dd. invecto.*

de ad-

de administr. tut. l. dolo. 41. ad L. Falcid. Farinac. p.3. quæst. 89 n.92. (3.) dolo etiam facit, qui uti non vult via juris; ſed ipſemet ſui vindictam intendit. *arg. l. manifeſtæ. 38. de jurejur. l. diffamari. 5. C. de ingen. manumiſſ. Bocer. de diffidat. cap. 5 n. ult.* (4.) Error juris, ut ante quoque dictum, regulariter, aut per ſe non excuſat; ſed potiùs incuſat. *l. 4. l. 7. cum ſeqq. de iur. & fact. ignorant.* Quid? quòd (5.) Lex ipſa definitur, delictorum, non tantùm quæ ſpontè; ſed etiam per ignorantiam, contrahuntur, coërcitio. *l. 1. & 2. de ll. l. 11. §. 2. de pœn.* Non enim licet Romanorum ulli Leges ignorare, ſed puniuntur etiam, qui per juris ignorantiam delinquunt: *inquit Nazianz. in orat. funeb. citat. Cuiac. in L. 1. de iur. & fact. ignor.* Nec obſt. quòd Philoſophi dicere ſolent: Factum ab invito, ſive ἀκουσίως non puniri; quod autem per ignorantiam, aut errorem geritur, id etiam ab invitis fieri cenſeri. *Ariſtot. lib. 1. magn. moral cap. 17.* Nam & ipſe iterùm Ariſtoteles reſpondet: *3. Ethic. 5.* Aliud eſſe, agere δι' ἄγνοιαν, i. e. per ignorantiam; & aliud, τὸν ἀγνοοῦντα. Qui enim ignorans agit, i. e. qui ipſe ſuæ ignorantiæ cauſa eſt, (qualis eſt is, qui LL ignorat, vel, quod hactenùs perinde valet, circa illas errat) non excuſatur; ſed nihilominùs in culpa eſt; Aſt qui ſuæ ignorantiæ cauſa non eſt, is demùm invitus agere cenſetur. Sic alii, inter ignorantiam vincibilem, & invincibilem, diſcernunt: Alii, inter affectatam; & juſtam. conf. *Numeror. cap. 15. v. 27. uſque ad v. 31. l. 1. C. de crimin. ſacrileg. l. ult. de expilat. hered.* Utcunque pœna gravior, hoc caſu, aliquando mitigetur. *l. ult.* §. 10. *ibi: cum quidam, non per fraudem, ſed per errorem, in cauſam commiſſi, incidiſſet, reſcripſerunt Divi Fratres, ut publicani, duplo vectigali contenti, ſervos reſtituant. De publican. ubi Cuiac. in Papin. ad l. 8. d. t. add. Auguſtin. can. 10. cauſ. 32. quæſt. 7.* Ut adeò verè, hîc etiam dici poſſit: delictum, non mutare, exiſtimationem delinquentis: id eſt, per pravam, & erroneam exiſtimationem, delictum, reverâ commiſſum, non imminui. *arg. l. ult. Expilat. hered.*

Alia Baldi doctrina falſitatis ſophiſtica, arguitur.

32. Caveant ergò ſibi (denuò fideliter moniti) ſtudioſi, ne falſis Dd. traditionibus, (qualis & illa eſt: Duella eſſe permiſſa, & aliū provocare licere; & provocatum non comparere, probroſum eſſe: *Quæ v. refut. à Berlich. 4. concl. 16. n. 2. & ſeqq.*) vel etiam collectionibus, ſe in errorem induci patiantur:

Monent

Monent Theologi suos auditores, ne nimium autoritati Patrum tribuant: tùm quia opiniones aliquando ipsis falsæ imputantur, tum quia & ipsi errare à linea potuerunt. Quemadmodum enim nihil est antiquitatis nomine, ad authoritatem dogmatis in Ecclesia conciliandam speciosiùs: Ita nulla fraus exitialior, nulla perfidia detestabilior (*inquit editor Vindiciarum Gregorianarum Iamesii*) quam si pro veteribus nova, pro genuinis falsa, dolosè subjiciantur, ac adulterini fœtus nobilissimo stemmati impudenter inserantur, quo viri simplices & *Vetustatis admiratores*, nisi summa cura sibi ab impostoribus caveant, circumveniantur, & in errorum genus omne, fidem nequissimorum quadruplatorum secuti, naso ducantur & raptentur; dum novos libros, Vaticano pumice expolitos & Iesuitica spongia emaculatos, eximiis titulis, & venerandæ vetustatis imaginibus exornatas, veteribus, qui antiqua fide, sine arte, sine fuco prodierant, longè præferendos esse, putant. Atque ut olim Israelitas Gabaonitarum legati, longam profectionem mentiti, veste detrita, calceis resartis, pane mucido fefellerunt; eadem hodiè techna, Christianis illuditur. *Hæc ille.* Et quid de patribus ipsis dicemus, Si cum patris cœlestis oraculis conferantur? Quidni idem quod ipsi nobis dicendum & judicandum esse præceperunt? Lyræ utique dictum comm. probatum est: scripta Eorum non esse tantæ autoritatis, quin liceat sentire contrarium, in his, quæ non sunt per S. Scripturam determinata: Quanto magis in his, quæ determinata sunt. *Spanhem. 1. dub. Evangel.* 25. §. 5. Plurima nostratium loca novissimè collegit ex nostris Dn. Funckius *in epist. dedicat. Gnomolog. patrum.* Quin adeò ipse Bellarm. *lib.* 4. *de V. D. cap.* 22. conscientiæ adactus verbere, non dubitavit scribere: Examinanda esse patrum dicta juxta scripturam, ut ea recipiamus, quæ scripturæ sunt, & rejiciamus, quæ scripturæ adversantur. &c. *add. Villavicent. de rat. stud. Theolog. lib* 4. *c.* 6. *observ.* 1. *Surium in Anno* 1543. ubi Scholasticos patribus longè anteponit. *Melchiorem Canum lib.* 11. *Loc. Theolog. cap.* 6. *p.* 337. *Possevinum lib.* 12. *Biblioth. c.* 23. *Salmeron. disp.* 4. *sup.* 2. *Timoth.* 3. Cur ergò non eodem judicio utantur juris professores, & auditoribus suis subinde instillent, (1.) ne quibusvis allegationibus fidem habeant: (2.) Et vel depræhensis traditionibus non statim acquiescant, sed easdem ad Lydium juris & justitiæ lapidem, regulamq; examinent. Observarunt diligentes patrologi, patres sæpè fervore disputandi, per quandam ἀμετρίαν ἀνθολκῆς abripi: Spanh. *l. D. E.* 28. § 1. & ab uno extremo deflectere ad aliud: Recentiores autem eruditos cogi διαλύειν τῇ ὑποθέσει. *id. ibid* §. 15. At quàm sæpè Dd. nostris, inprimis peregrinis, hoc contingit, ut in gratiam consulentium, larga præmia offerentium, in deteriora omnia abripiantur: *Zasius in l.* 2. *§. & ut obiter. De orig. jur. Itemq;* 1. *consil.* 4. *n.* 16. *Cothman.* 3. *consil.* 38. *n.* 332. *Hartm. Pistor.* 2. *quæst.* 36. *n.* 29. *f.* Quin ergò hic iterum sequimur consilia Theologorum, suadentium: Ne à vero hominum commentis abducamur, primò Israelitarum periculo sapere nos debere, atque inprimis ἀδιάψευστον os DEI, in divinis fontibus scripturarum consulere; quæ quidem verissima est tutissimaque

veritatis explorandæ via. *Id. Editor. d. loc.* Nam si ad divinæ traditionis caput & originem revertamur, cessat error humanus: inquit Cyprianus. Deinde in primos traditionum autores inquirere nos oportere, ut certò constet, an consensus posteriorum, veteri beneque fundatæ scientiæ aliquid detraxerit. Exemplum sumamus de repræsenti.

Conf. Alciat. lib. de certā. sing. c. 3. maximè si in territorio extraneo certamen instituatur.

Baldo Authori accepta fertur communiter hæc sententia: pro defensione honoris, licere duellum inire: Cur? Quia crudelis sit, qui famam negligit. *can. nolo. 12. quæst. 1.* Quam collectionem, ut valdè subtilem, egregiam & singularem, *ex Bald. in cap. 1. de Pac. tenendâ*, elicuit, & posteritati commendavit Petrus Gerhardus de Petra Sancta, *singular. 33. incip. Nobiles perhonorantur. n. 5.* Unde haut dubiè profluxêre, quorundam locorum statuta, quibus, provocatus, qui provocantem occidat, à pœna ordinariâ; si vulneret, ab omni pœna immunis, pronunciatur. *vid. E. S. p. 2. Constit. 10. Reform. Francof. part. 10. tit. 1. sect. 13. §.* Es soll auch der / so alſo / durch Ehrnverletzliche Wort / zum schlagen / oder Balgen / außgefordert worden / vnnd demselben darauff erschienen were / auch darüber den Außforderer verwundet hette / derowegen einigen Frävel zu verbüssen / noch Abtrag zu thun / nicht schuldig sein ꝛc. Enimverò, quod collectionem sive Baldi; sive Petræ Sanctæ, attinet, meritò de illa

Persius in satyra, mendosè colligis, inquit:
Nec Doctoris erat, caldis permittere ferrum;
Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem:
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaque, continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Per summam enim inscitiam, atque ἀπαιδευσίαν sic colligitur: Fama non est negligenda: E. per illicita etiam media, asserenda & vindicanda venit, susceptione sc. duelli. Etenim provocatus, ad pugnam sive duellum, comparere haut debet, cum id privatæ vindictæ speciem habeat, quoties legitima juris & judiciorum via patet; sed potius, contra provocantem, judicio est experiundum. *Carpzov. part. 4 constit. 10. definit. 1. n. 3. ubi fortè per errorem typothetæ, allegatur. l. 3. §. æquissimum. de usufr. præ textu l. si cujus rem. 13. §. sed si inter duos. 3. vers. Cur enim patiatur ad arma & rixas procedere Prætor, quos potest suâ jurisdictione compescere? de usufr. Add. l. quidam existimaverunt. de Reg. jur. Berlich. 4. concl. 16. n. 2. vers. Tùm, quia judex. &c.*

33. Unde

33. Unde diſpiciendum; ſi pro intellectu Satutorum, ſuperiùs adductorum, diſtingui poſſit, *cum Philoſoph.3. Ethic.1.& ſeqq.* inter provocationem continuam (atque connexam: qua verba injurioſa in provocantia deſinunt, unoque actu manus telis admovetur) & per intervalla diſtinctam: *quemadmodum aliàs quoque jura diſtinguunt, inter actus conſulto, ſive data opera, præviaque deliberatione inſtitutos: & inter actus* inconſultò, *h.e. impetu potius aut caſu ſuſceptos, l.1.§.3. De his quæ in teſtament. delentur. l.1.§.7. ibi:* conſultò & evidenti fraude, *De officio præf. Vrbi l.35.§.un. ibi:* tamen conſultò fructum inſequentis anni corrupiſti. *Locati. l.ult. § 4. ad municip.* Ut ſtatuta, tantùm in illa provocatione, procedant, quâ homo contentioſus proximum, verbis valdè injurioſis, in veſtigio, vel ante portam ædium ſuarum, provocat: quo caſu faciliùs indulgendum ſit provocato, qui in actu continuo, cum indignatio præſens ſanioris conſilii uſum interciperet, ſub aliqua defenſionis ſpecie injurias ultus eſt. *arg. l.1. in f. pr. de Exercit. act. l.1. §.1. de his quæ in teſtam. delent:* poſterior autem provocationis ſpecies, cum quis, verbis vel ſcriptis injurioſis, in arenam, ante portam urbis, vocatur, ac uterque in rem iſtam illicitam, mutua ſcil. vulnera, cædemque conſentit: ac tum, temporis & loci intercapedo, rectius ſtatuendi arbitrium ac facultatem præbeat; malit tamen ad illicita proruere; exutoque humano ingenio, ferarum immanitatem moreſque imitari. *argum. l.1.§.11. Si quadrup. pauper. fec. quo textu alij inverſo more ſolent abuti.* Tum verò uterque condicentium, in leges, quæ provocationes, duella & diffidationes prohibent, impingit, adeoq; (uterque) in pœnam incidit. Quo reſpectu, haut dubiè, in Gallia, & alibi, cautum, ut talis provocans & provocatus, capitali ſupplicio afficiantur. *v. Petrum Neron. in ſylloge Edictor. Reg. Galliæ. lib.1. pag 640. ſub tit. Edict. du Roy, ſur la prohibition, & punition des Duels. Dn. Franzk. 2. reſolut. 23.* Atque ſic fortè duo Præclari JCti, in hac quæſtione diſcordantes, poterunt componi: Certè primos Saxon. conſtitut. conſultores, non omnes provocatos, (qui provocantem tantùm læſerint ſeu provocaverint,) ab omni pœnâ liberâſſe, diſertè patet, *ex part.4. conſultat. ſuper conſtit. Saxon. quæſt. 60. quæ ſic inſcribitur:* Ob nicht gleicher geſtalt der jenige welcher auff vorgehende Ehrenverletzliche / wörtliche

provocation, delinquiren / linder zu straffen? Quod & verba ipsius consultationis consuadent. ibi: Ignoscendum est ei, qui voluit se ulcisci, provocatus, *dicit text. in l. qui cum major. §. si libertus. de bon. lib.* Et difficile est, justum dolorem temperare: *l. si adulter. §. si Imp. de adult.* Et in summa, ex hac causa pœnam (NB.) mitigari, sive facto, sive verbo injurioso, delinquens sit provocatus, latè confirmant Specul. *de accusat. §. 1. vers. quid si te voc. Angel. in Tr. Malef. verb. Verba injuriosa. n. 10. Luc. de Penna, in l. errat qui. 3. C. de Castr. pec. Tiraquell. de pœn. cap. 1. num. 5. & 6. sed præcipuè. 12. per l. 1. §. cum arietes. 11. si Quadrup. paup. fec. &c.* Hactenus Consultatores. Ubi tamen obiter monemus, ea quæ *d.* § 11. de bestiis & L. Aquilia, respectu dominorum animalium efferuntur; Non posse nec debere ad homines & L. Corneliam adæquatè trahi & applicari. Cum enim quadrupedibus animus tribui non possit; ideoq; nec distinctio delictorum inde potest peti aut æstimari: Cum ex adverso in delictis hominum & nominatim in L. Cornelia vel præcipuè ad voluntatem respiciatur, an illa desubitò occupata & ab affectibus perculsa sit; An verò per spiramenta & intervalla temporis deliberationem instituere & rectius cõsilium capessere quis potuerit. *Vti paulò antea dicebamus. v. omninò G. Forner. lib. 1. selectionũ. cap. 10. vers. At v. in L. Cornelia. pag. 33. & seqq.* Cæterùm textus *l. 52. §. 1. ad L. Aquil.* quem Dn. Berlichius pro indiscreta sententia objicit. 4. *conclus. 17. n. 1.* planè distinctionem n. 33. traditam confirmat, *in verb. ex eo majore rixa facta.* prout exercitatis in Jurisprudentia Analytica ad oculum patebit. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

De jure permissivo à Magistratus, vel superiorum autoritate, deducto.

34. Quid si verò ad facinus commissionis, manuum armatarum, accedat *autoritas, vel permissio superioris*? Nam & hîc postulata Dd errores credulis injiciunt, Statuentium: Autoritatem Judicis & Magistratûs, licitum facere id, quod aliàs erat illicitum: *l. 1. §. idem Pomponius. 5. Quod fals. tut. aut.* Et à pœna excusare. *l. ait. Prætor. 7. § penult. de Minor. l. furti. 6. §. 3. ibi: Qui jussu ibiq; gl. vers. Et sic nota. De his, qui not. infam. l. 2. §. Cassius. 3. de aq. & aq. pluv. arcend. gl. in l. 7. de Iurisd.* Sic enim officialem, qui aliquid, ex mandatu superioris, peragit, ubique insontem & innocentem haberi, patet, ex *l. inter causas. 26. § sed cum servus. 7. Mandati. l. si servus Titio. 70. de legat. 1. Reusner. 3. consil. 19. n. 26. Fac. l. non potest. 259.*

de R. I.

de R. I. l.13. § 2. de injur. l.15. §.1. de Re. jud. c.28. v. quia. De off deleg. Sed, ut taceamus, quod alibi, pro expositione hujus postulati, extulimus: Tum demùm illud procedere solet, quando autoritas est interposita, secundum jus & ordinem. *Post Panormitan. Marant. & al. citat. in Barbos. locuplet. lib.9. cap.89. axiom.3.* Addimus hoc loco: Mandatum, adversus superioris, & inprimis, Dei Opt. Max. legem, nullum habere momentum: *prout supr. cap.4. latè ostendimus:* Quid quod insignis præterea est, inter Mandatum, aut præceptum; & permissionem, differentia: *v. H. Grot. lib 1 de jur. belli & pac. cap.1. §.9.* Siquidem permissio, vel præcedit facinus, vel subsequitur: *Quæ præcedit*, vel expressè; vel tacitè interponitur. *Quæ expressè fit*, contingit vel absolutè; vel suppositâ causæ cognitione. *l.1. & ult. de cadav. punit.* Illa ferè in mandatum incidit; Hæc aliquam Justitiæ speciem habet *d.c.28.* Ut cum è duob. malis, unum toleratur, & permittitur, sive impunè conceditur, quò plura & graviora evitentur. *Goclen. in Lexic. Philolog. lit. P. p. 822.* Quæ tacitè; vel per nudam conniventiam contingit; vel per quandam cooperationem. Prior, si non ad ordinariam, certè extraordinariam, pœnam, permittentè obstringit. *l.5. C. de accus. l 45. ad L. Aquil. l.63. de re jud. l.1. §.1 si fam. furt. fec. dic.* Altera, quæ malum, non solum tolerat; verùm etiam promovet, atq; defendit, longè difficiliorem habet excusationem. *vid. Dn. D. Dorschei Antichris. sect.3. §.1.* Certè in noviss. Pontificum Constitutionibus, talis permittens ferè pari, cum ipsis pugnantibus, sive confligentibus, pœnâ afficitur. *Cap. Regis Pacifici.1. Vers. Et quamvis Principes & Domini Duellum sive pugnam, eis dissuadere & prohibere deberent; Tamen plerunque locum aut campum tu:um, hujusmodi (hominibus) assignant, malivolumque altercantium propositum, ad executionem augent. & cap. quam Deo. 2. vers. adiicientes. ibi: Non solùm pugnantes ipsi, pœnis prædictis subiaceant; sed eorum quoque memoria damnata, ac bona proscripta sint, & Cameræ confiscata. Duces autem, Barones, Comites, Marchiones & Domini temporales &c.* Campum ad pugnam præstantes, *non solùm pœnas prædictas incurrant; sed etiam ab omni iure, quod in locis & territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudque ad Cameram prædictam devolvatur. De Duello & Duellum permittentibus. in VII. Decretal. Conf. Zypaum in Anal. Enarrat. iuris Pontif. novi, lib.5. pag.41. & seqq.*

Sup. p. 265. th. 6.

Principia juris permissivi ab auctoritate superiorum deducti.

& seqq. Denique ea permissio, *quæ post facinus perpetratum contingit*, in speciem Remissionis, indulgentiæ, aut gratiæ; sive, ut hodiè vocant, juris aggratiandi incidit: De quo, in doctrina de abolitionibus, Deo dante, pluribus agemus; Hoc loco, certis de causis, filum Tractationis abrumpimus, &, per speciem ἀνακεφαλαιώσεως, subjicimus.

INDICEM LL.

In hac Commentatione expositarum.

Ad tit. C. de Fabricensibus lib. XI. tit. 9.

1. *Ad L. omnibus.* 1. v. cap 1. th. 14. pag. 18. & thes. 17. pag. 20. Agitur autem, in hac L. de materia, Fabricis præstandâ, & excludendâ adæratione, i. e. Das Ertz soll würcklich geliefert; vnd nicht zu Gelde angeschlagen werden. Utcunque enim vocem speciei, plerique interpretentur, de speciebus annonarum, frumentis & pabulis, *ut in l. 12. C. de SS. Eccles. l. 1. 2. & ult. C. de condit. in publ. ho. l. 1. C. de quibus num. l. 7. C. de annon. & tribut. l. susceptores. 3. Cod. de susceptor. Pancir. 2. variar. 191. fin.* Ego tamen arbitror, hoc loco, præter annonam, designari etiam ferri, metallorumq; materiam; Ajunt enim Impp. per species, se intelligere materiam ferri (venæ nobilis, *sic enim omninò, ex C. Theodos. lib. 10. tit. 22. l. 2. rescribendum*, pro venerabilis. Atque sic unum Volumen membranarum nostrarum habet. In altero legitur *benè habilis*. Quod Jureconsultis criticis, quibus nihil, in rerum actu negotii suppetit, exputandum relinquimus) materiam inquam quæ facilè deducatur & liquescat. Optimè Cujac. ad hunc loc. Constitutio ista, fabricensibus priorem ferri speciem (i. e. materiam,) fabricandi causâ, præstari jubet; non adærari: ne eâ pecuniâ sibi fortè victum, vitiatumque ferrum comparent. *Perez. h. t. n. 3.* Quod miror, antiquitatum hujus ævi perscrutatores, tam otiosè omisisse. Miserè autem errant Hypercritici, qui, per species, ubique fruges, hujus ævi verbo, intelligunt. *Salmas. de modo usur. cap. 8. pag. 323.* Denique, cur adærationes annonarum talium, etiam alibi prohibeantur, h. e. (ut Guther. *lib. 2. de offic. dom. August. cap. 11. pag. 312.* exponit) neque transfundi, neque vendi possint, eleganti modo textus hic subindicat.

2. *Ad*

2. *Ad L. primicerium* 2. v. cap. 1. th. 12. & 13. pag. 17. Non diſſimulamus, membranas noſtras omnes, verba illa, (ejuſdem fabricæ, per biennium) quæ Cujac. expuncta vult, retinere: quæ, ſi quis porrò tueri velit, hunc ſenſum habere poſſunt: primicerium, (qui hujus ſcholæ non perpetuus erat; ſed biennalis,) poſt biennium, pro præmio & immunitate, adipiſci eum honorem, ut inter protectores, ejus fabricæ proprios, *v. Guther. allegat cap. 1. th. 6. pag. 14. fin. & cap. 11. d. lib. 3. pag. 506. ubi monſtrat morem introducendi per admiſſionales. Panciroll. in notit. Imper. Oriental. cap. 66. pag. 106. B.* quaſi veteranus cum ejuſdem fabricæ primiceriis, per biennium vacantibus; (ſuo tamen quiſq; tempore) ad purpuræ ſacræ Venerationem, admittatur *conf. Perez n. 6.*

Agit de honore Fabricenſium.

3. *Ad L. Stigmata* 3. v. tract. Oſterman. de Stigmat. *ſect. 4. v. cap. 1. th. XI. pag. 16.* Salmaſ. de mod. uſur. *cap. 15. pag 636. & 668.* C. J. A. *de Teſtam. milit. th. 3. & de re milit. th. 1.* Comment. Lorini in Deuter. *cap. 19. v. 18. ad Galat. ult. v. 17. ad Obiect. Reſp. Oſterm. ſect. 6. add. not. ad l. 17. C. de pœnis.*

De aſſumtione Tironum, ac eorum ſignatura.

4. *Ad L. ſiquis. 4. v. ſup. cap. 1. th. 10 pag. 16.* Locus eſt notabilis, pro ſtatutis artificum, & conſuetudinibus, quas in receptione, & initiatione famulorum ſuorum, ſolent cuſtodire. *pag. 25. §. 27. Beſold. theſaur. pr. verb.* Schrjungen. *Vbi proped. Deo volente, notab.*

De conditione Adſciſcendorum.

5. *Ad L. Iure proviſum* 5. Hic textus agit, de functione, officio & obligatione Fabricenſium: cum primaria, tum ſecundaria & connexa: *v. tr. huius theſ 12. & 14.* Equidem Pennali noſtro durum videtur atque inhumanum teneri quem ad reſtitutionem ejus quod non rapuit, *conf. cap. dilectus de Exceſſib. prælat.* Poterat addere, ne filium quidem pro patre, aut conjuge pro conjuge teneri, *l. 1. & ſeqq. C. ne uxor pro marit. iunct. tit. ſeq.* Tantùm abeſſe ab æquitatis regula ut contribulis pro contribule teneatur. *add. rubr. & tot. tit. C. ut nullus ex vicaneis pro alienis vicaneorum debitis teneatur. Caſſiod. 4. ep. 10.* Nec ſatis rationem ſpecialitatis & exceptionis expedit Penn. quæ primũ poſita eſt in certiſſima ſalutis publicæ, qua externa hæc conſideramus, conſervatione: Quemadmodum enim in aliis muneribus publicis, ubi ampla graſſandi facultas in bona & commoda communia adminiſtratoribus ſuppetit, nullum tam efficax præſidium Reipubl. excogitari potuit, quam

De officio Fabricenſium: Et Rerumpubl. conſervandarum arcano verè arcano.

mutuæ

mutuæ inſpectionis ſub periculo propriæ injunctio. *l.12. princ. Ad Municip. l.ult.* §.8. *de admin. rer. ad civit. pertin. l.1. l.3. C. quo quiſque ordin. conven.* 11.33. *latè C. A. Municip. 9.12. per tit.* Ita eadē cautela meritò obſervatur circa Fabricenſes, quibus tanti momenti cura & artificium fuit concreditum. In qua proviſione, vix dici poteſt, quantum Reip. conſervandæ arcanum lateat. *conf. Petez. h. n.* 10.

6. *L. eos qui* 6. Eſt de foro Fabricenſium, & immunitate. *v. d. c.* 1. *th.* 5. *th.* 12. *&* 17. Ut enim Fabricarum & limitum cognitio, Magiſtro officiorum erat mandata: Ita & inſpectio in Fabricenſes & duces Limitaneorum, eorumque qui caſtris erant præpoſiti. *l. viros ſpectabiles.* 8. *C. de diverſ. offic. Guth. lib.* 2. *de O. D. A. &* 20. *pag.* 392. Præerat verò Magiſter omnibus officiis, ſive ſcholis, & miniſteriis aulicis & Palatinis: Ideoque in ead. etiam inſpectionem ſolus habebat. *v. C. A. de offic. Quæſtor. th.* 8. *ubi hunc textum inducit, & plures Autores allegat.* Cæterùm ex eo, quòd fabricenſes *ſacræ Fabricæ, i. e. Principalis & Palatinæ*, opponuntur *cæteris generice enunciatis, l.* 1. *C. h.* confirmari videtur diſtributio Cujaciana, quam enarravimus *d. cap.* 1. *th.* 6. *pag.* 14.

7. *L. Nullus Fabricenſium. ultim.* Removet functiones, ab officio Fabricenſium alienas, qualis etiam eſt tranſvectio armorum. *v. cap.* 1. *th.* 15. *&* 16. Reliqua vid. apud Odofred. Bart. Angel. Platea. Luc. de Penn. Englebermæum, & cæteros, ad *h. t. add. Perez. n.* 12. *Farinac. quæſt. crimin.* 108. *n.* 124. *& ſeqq.*

8. *Ad* Nov. 85. v. D. in protheor. paſſ. cap. 1. § 3. 5. 6. & ſeqq. Cujac. & utrumque Stephan. ad dd. Novell. Rittershuſ. *part.* 14. *cap.* 4. Ubi tamen n. 4 errat, cum ſcribit: privatis hominibus, non licuiſſe habere ferrarias, ſive ferri- fodinas, *quod d. cap.* 1. §. 2. *pag.* 12. *adſtruximus. add. L. ult.* §. 11. *de publican. l. qui tabernas.* 32. *de contrah. empt.* (quam Negativam ſententiam etiam fovet *Anton. Matth. in Comment. crim. de vi publ. & pivat. c.* 1. *n.* 4. ibi: Ne ferrarias quidem privatis habere licuiſſe. Siquidem, per ferrarias, cum Rittershuſ. intelligit ferri fodinas. Ita ſanè apertè ſentit Autor Comment. ad Jus Lubecenſ. *lib.* 2. *tit.* 2. *artic.* 11. *n.* 36. *ibi*: Jure civili, uſus armorum privatis, inſcio Principe, interdictus eſt: unde iis nec habere ferri fodinas, permiſſum fuit:) Errorem haut dubiè viri docti hauſerunt, ex comment. Cujac. *ad d. Nov.* 85. *& in recit. C. quæ res export.*

export. ubi ſic non obſcurè docet: privatis, nec fabricam armorum, nec ferrariam, habere licuiſſe. *idque arg. d.l.ult.* §.11. quo probare nititur, prædium, in quo quis ferrariam habuerit, fiſco committi. Enimverò Cujac. alibi mentem ſuam manifeſtò declaravit, & oſtendit, per ferrariam ſe, non tàm *fodinam*; quàm *officinam* ferri, intelligere, *v. omninò l.* 1. *& ſeqq. C. de metallariis.* 11.6. Adeoque negavit quidem privatis, tùm *ferrariam*, (ſcil. officinam, in qua nimirum ferrum præparetur:) tùm fabricam, in ſpecie, in qua arma cudantur. E diverſo autem (Cujacius) *fodinas*, ut cæterorum metallorum: ita & ferri, in prædiis privatorum, olim conceſſas fuiſſe, agnovit, *ex textu inevitabili l.*13. §. *inde eſt quæſitum.*5. *de uſufr.* Locus eſt in obſervationibus, notatus à Nobis *d. cap.*1. *theſ.*2. Atque ita etiam C. A. *th.*14. *n. ultim. de publican. d. l.ult.* §.11. interpretatur de ferri tractatione ſive præparatione. Itemque Dn. Mævius, *in Ius Lubec. ib.* Add. Veget. *lib.*2. *cap.*11. *ibi:* Qui in legionibus habebantur, fabricæ ferrariæ causâ. P. Gudelini, hac in re errores, *lib.*5. *juris noviſſ. c.*3 alibi notabuntur.

*Ad L.*1. *Ad L. Iul. de vi public.* v. p.35. §.9. & ſeqq. inprimis 15. cui add. exemplum è Ciceron.3. Catilin. ubi patefactâ conjuratione Catilinæ, cum multi gladii, ac ſicæ, apud Cethegum depræhenſæ fuiſſent, factum id, (poſſeſſionis coactorum, ſive accumulatorum, armorum) Catilina ſic excuſavit: ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe.

Ad l. un. C. ut Armor. uſus. Conf. Camill. Borell. lib.3. de Magiſtrat. Edict. cap 17. pag.573. & ſeqq. Argentræum ad conſuetud. Brit. artic.56. n.16. & ſeqq.

*Ad L.*3. §.1. *de L. Iul. de vi publ.* Memorat Sueton. *in Auguſto cap.*32. Ex conſuetudine licentiaque bellorum civilium pravam hanc conſuetudinem manaſſe, ut plerique ferro accingerentur, unde cum cædes & facta frequentius patrarentur, nec L. Corneliæ prohibitio ſufficeret; *l.*1. *ad L. Cornel. de ſicar.* ipſam geſtationem Impp. vetare neceſſum habuère, quæ turbis occaſionem præſtare poſſet, & causâ neceſſariâ non excuſaretur. *l.* 1. 2. *l.*11. § 2. *ad L. Iul. de vi public.* v. De Aphopliſm. c.3. pag.62. §.7. & cap.7. p.92. §.4. & 5. & pag. 16.

*Ad l.*10. *eod.* v. pag.160. Laudat equidem in Anglis ſuis pro-

miscuam armorum copiam, Cambdenus Histor. Anglic. *part.* 1. *p.* 34 adseverans; Angliam nunquam securè tutam esse, nisi cum armata sit & potens. *& pag.* 61. gloriatur: Nobiles & plebeios arma alacri diligentiâ passim comparare; Ita ut armamentaria completissima per nobilium ædes instruantur. Sed quem ea res exitum eventumque habuerit, tragica horum temporum facinora patefaciunt. Moderandam ergò armorum concessionem esse: rectè constituimus tr. de Hoplophoria pag. 109. & seqq.

Ad L. 1. *ad L. Cornel. de Sicar.* Non possunt multi concoquere Legis hujus duritiem, quâ etiam is teneatur, qui cum telo, hominis occidendi causâ, tantùm ambulaverit. Itaque plerique contendunt: Legem hanc temporariam fuisse, quippe quam Cornel. Sylla, post sævissimam civium proscriptionem, tulerit, ut gravitate pœnæ, non tantùm à cædibus ipsis; sed etiam à conatu, cives deterreret. *Vinnius ad* §. 5. *Inst. de publ. Iudic.* Sed veram ejus loci sententiam exposi tr. *de Aphoplismo cap.* 3. *pag.* 62. §. 7. *junge de legitim. armor. usu cap.* 1. §. 9. *pag.* 160. Imò cum sententiâ L. Corneliæ, (*in l.* 1. *ad L. Cornel. de Sicar. & venef. ibi* L. Cornelia tenetur, qui hominis occidendi causa cum telo ambulaverit non alii tantum turbulenti homines, sed etiam grassatores abuterentur, depræhensique dicerent; se non nocendi (non hominis occidendi, aut furti faciendi) causa arma gestare; sed ob tutelam corporis. zu niemandes offension, sondern allein zur defension: Imper. Augustus, *velut de ipso testatur Sueton. in ejus vita cap.* 32. Aliam huic ferociæ legem opposuit, *in d. l.* 3. § 1. *ad L. Iul. de vi publ.* ne quis pubes cum telo in publico compareret: nempe in populi concursu; *l.* 5. *d. t.* aut concione. *l.* 20. *d. t.* nempe dolo. *d. l.* 10. h. e. ut causas permissionis docere non posset *l.* 1. *& seq. d. t.* inprimis necessariæ defensionis. *l.* 11. §. 2. *d. t.*


Ad L. 1. §. *Divus.* 3. *Ad L. Corn. de Sicar.* Exposuimus hunc textum, in Tr. de Aphoplism. c. 7. pag 89. Sed posterius membrum oppositionis, (quo dicitur, eum, qui clavi aut cucumâ, in rixa, percussus; quamvis ferro percusserit, ordinariâ tamen L. Cornel. pœnâ, puniendum non esse) impugnari solet, *per* § 5. *Inst. de publ. jud.* ubi dicitur: Omne homicidium dolosum censeri, quod armis ferreis; qualiacunq; illa sint, committatur. Sic enim hanc objectionem inducit Dn. Carpzov. 1. *qq. crimin.* 3. *n.* 8. Ad eamque ipse tripliciter re-

ter respondet: (1.) Textum illum, de peculiari instrumento, *cucumæ*, accipiendum esse, quod fuerit vas coquinatorium, ad calefaciendum aquam aptum, ex ære & terrâ confectum: *ut velit Schardius cum Bartolo*; (3.) vel textum illum, de homicidio casuali, exaudiri posse. Putaverit quis, rectiùs discerni casus Legum: Nam Justinianus in §. 5. *Institut. de publ. judic.* subjecti loco, supponit homicidam confessum aut convictum, ubi & de cæde ipsâ, & animo occidendi, constet. Quo casu sanè nihil interest, an ferro, & quali, cædes facta sit: Immò, etiamsi, ligno vel lapide, (cædes) commissa sit voluntaria, L. Cornel. locum habet. Frivolum enim esset, in re apertâ, ex genere teli, subterfugium comminisci. *v. Ciceron. orat. XII. quæ est pro Cæcin. p. m. 326. vers. Quid dicimus armatos? junct. l. 9. ad L. Iul. de vi publ.* At text. *l.* §. 3. *vers. sed si clavi.* loquitur de casu dubio, ubi, cæde, in rixa, factâ, ignoratur, an animo occidendi, quisquam in alterum insurrexerit, ac non casu magis, quàm voluntate, homicidium admissum sit: Ad quem animum investigandum, plurimùm conducit Instrumentorum exploratio: siquidem is, qui arma, ad occidendum comparata, strinxerit, magis, de homicidii animo, suspectus sit; atque ille, qui alia Instrumenta corripuerit: ut sanè, in ejusmodi rixis, furor varia arma solet suppeditare.

Ad L. 15. §. 1. de iniur. v. supr. pag. 185. Tr. de Admenatione Et supple, quæ ibid. tunc temporis, omittenda fuêre, ad §. 29. p. 205. pertinentia. Subsistere enim ibidem coacti fuimus in effectu *primo*, obligatione sc. ad pœnam: cui accensendus est alter: præsumtionis. Nam qui primus manum ad arma ponit, (inquiunt Dd.) is in dolo hærere præsumitur. *post Abbat. Romanū & alios, Bouricius in captiv. cent. 2. c. 3* §. 23. Ac tertius etiam, excusationis sc. cædis quæ insequuta fuit. Minantē enim mihi mortem, impunè possum occidere, si talis sit, qui minas suas exequi consuevit, nec teneor expectare, donec percutiar; aut occidar. Ait idem Bouric. *in captiv d. cent. 2. c. 3. §. 25. p. 131.* Quod gradatim, s. de violentia per gradus invalescēte, exaudiendū, certè admittendum demùm esse; jam supra monuimus. Sequitur *ortus*, qui exhibet remedia, huic delicto opposita. In quibus (1.) est actio injuriarum utilis. *d. l. 15. §. 1. de injur.* Directa enim nascitur, ex injuriâ, verbis Edicti comprehensâ. *arg. l. 1. §. ult. l. 12. & 13. Ad L. Aquil.* Edicto autem definitur injuriam

Supplem. de Admenatione.


juriam fieri, vel voce; aut verbo: vel re, aut facto. *l.1.§.1. de injur.* At in admenatione, non ſpectatur, aut præciſè requiritur, injuria verbalis, cum committi poſſit, ſolo geſtu, ſine ullo verborum additamento. Sed nec etiam res, ſive factum percuſſionis exigitur: cum re dicatur injuria fieri, quoties manus inferuntur. *d l.1. §.1. de iniur. l. illud. 3. §.1. ibi: ſive pulſent; ſive convicium dicant. Eod. tit.* Hîc a. non intervenit pulſatio: *uti ſupr. θ.18. & 19. demonſtratum*; ceſſare itaque videbatur injuriarum actio: De qua, injuria certa & deſignanda, & probanda agit. *l.7. d. t.* Enimverò, cum ratio Edicti, ſcopuſq, & finis iſte ſit, ut omnis contumelia, contra bonos mores, alicui illata, coërceatur: *l.15. § generaliter. 27. de iniur.* cum & ideò injuria, in ſpecie, contumelia dicatur: *l.1. pr. de iniur.* poſſitque ea, non tantùm ad corpus; ſed & ad dignitatem referri: *d l.1. §.2.* Immò etiam ad ea, quæ circa corpus contingunt, veluti veſtimentis ſciſſis: *l. ſed eſt quæſtionis. 9. de iniur.* Et h. caſu, manus, videantur quodammodò, ſuis variis motibus, geſtu aut geſticulatione, linguæ & verborum præſtare officium: *Gaſp. Anton. Theſaur. deciſ. 229 n.4. ubi exemplum gl. in l.2. §. exactis. de O. I. adfert & excuſ.* Ideò utili actione, injuria hæc poterit vindicari. Theſſaur. *d. loc.* ubi de ea injuriæ ſpecie tractat, quæ, medii digiti oſtenſione, committitur, quam Itali vocant, far le fiche. Itaque ſi probabitur, admenationem, in ſpeciem atrocioris injuriæ deſinere, etiam L. Corneliâ de injuriis agi poterit. Quod ſi vero admenatio, ad vim inferendam comparata fuerit, Q. An etiam L Juliâ de vi agi poſſit? Et ſi probari poſſit, id tumultus excitandi causâ factum eſſe, non minùs videbitur teneri, ferrum ſtringens; ac geſtans in publico: *per l.3. §.1. & l.10 verſ. qui ludos. ad L. Iul. de vi publ.* Denique, ſi animo occidendi gladium quis ſtrinxerit, graviori etiam animadverſioni locus erit: cum voluntas delictum diſcernat. Quemadmodum etiam in aliis admiſſis & adgreſſionibus, plurimùm intereſt, An qui armati, an ſine armis alios adgrediantur? *l.3. §.7 de ſepulc. viol.* Affinib. etiam annumerari poſſit innoxia armorũ exploſio. Vbi ſanè Canoniſtæ volunt, illum excõmunicationi ſubjacere, qui ſclopum explodit in Clericum, qui ob terrorem moritur, (der vom Schrecken ſtirbt) quâvis pilâ ne leviter quidem tactus, vel læſus fuerit. Hanc n. cenſeri actionem violentam & injurioſam in Clericum. *poſt Filiucciũ, Bonnacina tom. 3. Moralis Theol. diſp. 2. q. 3. punct. 6. §.1. n.12.* Sed iſta alii, quib. hæc aſſignavimus, ſuo tempore, diligentiùs examinabũt & exponent. Nos jam Templum Iani, ſive armamentarium Iuſtiniani, viciſſim claudimus, & Deo gratias agentes pro omnib. beneficiis, devotè ſimul precamur, ut arma tẽporalia, in ſpiritualia cõvertat, ne potiſſima orbis pars, ſub imminentem ipſius adventum, in ſtupenda hâc ſecuritate, æternæ perditionis ignibus involvatur




ICHNOGRAPHIA GENERALIS, QUA SERIES ET CONNEXIO XII. LIBRORUM
COD. JUSTINIANEI DELINEATUR ET OSTENDITUR.

CODEX, κατ' ἐξοχὴν dictus, pro volumine, Constitutiones Principum (*præter l. penult. & ult. C. ad l. Iul. Majest.*) continente; dividitur à Gif. *in œcon.* in partem

- *Externam*, quæ exhibet Constitutiones Proœmiales, quarum aliæ agunt de Codice
  - *Priore* &
    - *Conficiendo*, Constitutio *Hac quæ.* de novo Codice faciendo: (qua Iustinianus ministris suis præcepit, ut novum Codic. facerent,) 13. Februar. anno. 528. 3. ann. Imperii Iustiniani lata. Novus is Codex dicitur, in oppositione ad anteriores, quorum alii collecti erant *privata autoritate*, & opera ICTorum sive studiosorum, (ut olim Appius Claudius actiones, *l. 2. §. 7. de O. I.*) Gregorii, (qui Constitutiones Principum ab Hadriano ad Valerianum & Gallienum collegerat) & Hermogenis, (qui Constitutiones Claudii Aurelii, Probi, Cari, Carini, Diocletiani, Maximiniani, congesserat, V. *Petr. Gothofr. Carcasonensem in notamentis ad proœm. Cod. Hill. 15. θ. 2. 8. lit. s.* Alius authoritate publica Theodosii, II. Ann. 435. compos. continebat tantum Constitutiones Imperatorũ Christianorum à Constant. M. usq; ad Theodosium Iuniorem, *Dn. Iacob. Gothof. in Epistola de communione Christianorum cum gentilibus pag. 7.* licet responsa ICTorum Gentilium sperni non potuerint, *l. 1. C. Th. de respon. prud. Baron. in A. 435. §. 73. Hill. 26. comm. 2. lit. a. Amaya ad l. 46. C. de decurion. n. 67.* rationes v. ap. Alberic. Gentil. *lib. 1. de nuptiis. c. 6. f.*
    - *Confirmando*: secuta autem & interposita est confirmatio prioris Cod. *in Const. Summa. de Iustinian. Cod. confirmando* 7. *April. A. C. 529.*
  - *Posteriore*, d. repetitæ prælectionis, cum prior necessariò emendandus esset, *ut docet Const. Cordi, de emendatione, Cod. Dn Iustiniani, & secunda ejus editione* procurata, [post promulgationem Digestorum & Institutionum, quæ interim intercesserat] 12. Novemb. Ann. 534. quô Constitutiones quædam recentiores, & inprimis quinquaginta Decisiones, interim (dum Dig. & Institutiones conficerentur) promulgatæ, *pr. Inst. de Nupt. §. 3. Instit. de Libertin. ubi jam tùm Decisionum fit mentio*, conjungerentur, v. Francis. Rag. comm. ad decis. Iustin. P. Francis. Linglois: Emund. Merill. Gnorisma harum decisionum sumi potest, ex §. ult. v. dedititiorum. Inst. de Libert. Harpr. ad §. 3. n. 5. l. Quib ex caus. manum. — LIB. I.
- Et *Internâ*, s. Systema ipsum, exhibens Ius tùm
  - *Publicum*, quod ad statum rei Romanæ spectat, & vertitur in Sacris (*rebus*) Sacerdotibus (*personis*) & Magistratibus, (qui secundum Sanctas *leges*, sua gerere & administrare debent officia.
  - *Uniforme & simplex*, quod in scholis docetur, & est vel
    - *Privatum*, quod ad singulorum utilitatem pertinet & in Codice ratione obtinendi juris nostri explicat, i. e. judicia tùm
      - *Constituenda* In
        - *Protribunalibus* s. præparatoriis judiciorum, *in l. 2. quis ordo. in poss. Bon. serv. Ravard. protrib. lib. sing. per tot.* ubi discutiebantur præparatoria judiciorum, tùm
          - *Principalia*, quæ concernunt, vel
            - *Personas litigantium*, nomine aut
              - *Proprio*, ut ex parte
                - *Actorum*, Edant agendi jus, in Ius vocent.
                - *Reorum*, cognita actione cedant, vel paciscantur, & transigant, salvo calculi errore.
              - *Alieno*, ut sunt qui vel
                - Causæ merita atque jura pandunt, postulando & asserendo, *ut Advocati.*
                - Negotia procurant: & vel cum mandato vel sine mandato, ut N. gestores qui & ipsi aliquando actiones postulant. *l. 35. §. 2. de procurat.* — à Tit. 15. ad 18.
            - *Actiones*, quemadmodum illæ ex aliqua causa læsæ, in integrum & pristinum statum, restituendæ sint. à Tit. 19. ad 54.
          - *Adjuncta* personarũ, respectu tùm
            - *Iudicis*, cujus loco solent aliquando arbitri per compromissum adsumi. Tit. 55.
            - *Litigantium*, qui & satisdare, & formulas agendi petere, & jurare de calumnia (vitanda) debent.
          - LIB. II. Repræsentant Digest. τὰ πρῶτα V. Gifan. in œconom. C. h. pag. 26. & l. 2. C. de V. I. E.
        - *Iudiciis ipsis*, s. constitutione judiciorum in specie d. in personis, tùm
          - Iudicantium, ubi d. qui dare darive Iudices pedanei possint à pr. lib. 3. usque ad Tit. 5.
          - Litigantium, qui agant, quo ordine, quo tempore, quo loco s. ubi, an & aliquando sine judice. à Tit. 6. ad 27.
          - LIB. III. Correspondet 2. Digest. pars à tit. de Iudic. d. l. 2. §. 3. de V. I. E.
      - *Constituta* s. introducenda, quæ vel sunt
        - *Civilia*, quæ juxta *l. 2. §. 5. C. de V. I. E.* sunt vel
          - *Principalia* & concernunt, aut
            - *Rem ipsam*, de qua *juxta l. 35. §. 2. procur. l. 37. de O. & A. l. 1. §. 2. de R. V.* contenditur, (sic enim malo, quàm cum Gifan. *ad lib. 7. pag. 57.* fluctuare: vel cum aliis liberales causas & actiones ad personalia judicia referre) aut
              - *Iudiciis* s. actionibus propriè & specialiter dictis, quæ concernunt vel
                - *Rei dominium* idq; vel
                  - *Vindicandum* puta aut
                    - *Universale*, hinc judicia universalia, petitionis hæreditatis, tùm qualificatæ, tùm simplicis. à Tit. 28. ad 31.
                    - *Singulare*, hinc judicia realia singularia, quibus singulæ res corporales & incorporales, ut servitutes vindicantur, usq; ad Tit. 34.
                  - *Asserendum*, respectu integritatis, quo pertinent, tum actiones
                    - *Principales*
                      - *Personalis*, L. Aquil.
                      - *Mixta.*
                    - *Accessoria*, & alternativæ, Noxales & similes, usque ad fin. Lib. 3.
                - *Persona Obl.* unde actiones s. judicia personalia orta vel ex contractibus
                  - *Verè & propriè*, qui concernunt itidem, vel
                    - *Bona* quomodocunque *credita l. 1. de reb. cred.* hinc contractus reales, Mutui, Promutui, indeq; descendentes actiones cum affinibus, & tota probandi ratione: Itemque *consensuales* cum cognatis. — LIB. IV. Coresp. Digest. pars 3. d. l. 2. §. 4.
                    - *Personas*, quas
                      - *Principaliter concernunt sponsalia*, variiq; circa nuptias ritus & Contractus.
                      - *Accessoriè dotis dictio*, & quæ illi adversantur vel accidunt, à princip. lib. 5. ad Tit. 27.
                      - LIB. V. Correspondet pars 4. Digest. sect. 2. d. l. 2. §. 5. Vers. post hac.
                  - *Quasi & impropriè* quæ judicia concernunt itidem, vel
                    - *Personas superstites pupillorum*, qui sub testamentaria, legitima aut dativa tutela degunt, itemque minorum & aliarum personarum, quæ aliorum moderamine egent. à Tit. 28. ad fin.
                    - *Bona defunctorum hominum*, tam
                      - *Eorum, qui olim servi fuerunt*, & postea liberi facti sunt.
                      - *Ingenuorum*, quorũ successio vel IC. vel Prætorio: ex testamento vel ab intestato defertur.
                    - LIB. VI. Coresp. pars 5. Digest. l. 2. §. 6. de V. I. E.
              - *Præjudiciis*, in specie dictis, quibus de statu libertatis ex manumissione vel ingenuitatis à nativ. competentis quæritur, quę præjudicia liberales causæ dicuntur, & actionib. strictè sumptis quandoq; opponuntur, quia in his & similibus causis regulariter & communiter Prætor non dat Iudicem pedaneum; sed ipse plerumque. V. *Bachov. ... de actionib. θ 19 f.* cognoscit & decernit, *l. 2. C. de pedan. jud. l. 1. & t. t. C. de ord. cognit. l. 14. §. de minor. A. Faber. ad l. 35. §. 2. in rat. dub. 1. de procur.* de istis causis manumissionum & cæteris liberalibus agitur, à *pr. lib. 7. ad Tit. 25.*
              - LIB. VII. Coresp. pars 6. Dig. sect. 1. d. l. 2. §. 7. Vers. de manumissionibus & liberali causa
            - *Rei possessionem*, (nam *ut Cuja. lib. 65. Pauli ad Edict. in l. 53. de R. I. ait:* Tria sunt, quæ acquirimus vel amittimus: Dominiũ, oblig. & Possessionem. *conf. comm. ad l. 1. de A. P.*) Cujus considerantur &
              - *Causa* s. modi quibus possessio acquiritur qui sunt vel
                - *Communes omnibus*, cum diuturno rei usu possessionem aliquis capit, & acquirit una cum proprietate, *ut usucapione*, vel in possessione se defendendo *præscriptionibus* de quibus à Tit. 26. ad 41.
                - *Propria*, aut
                  - *Litigantibus*, in Instantia (tractu & progressu judicii, à lite contestata ad finem *l. 3. C. de Iudic. ubi Wesenb. n. 19.*) tùm
                    - Prima, V. *Zang. part. 1. de Except. cap. 1. n. 63. à Tit. 42. ad 60.*
                    - Secunda s. appellationis. *à Tit. 62.* ad 70.
                  - *Creditoribus* cum illi bona rei occupant, vel
                    - *Ultrò cedentis* Tit. 71.
                    - *Invitis*, quo pertinent Missiones tùm ex 1. & 2. decreto, 72. separatio, 73. Eademq; de causa agitur etiã de πρωτοληψία & prælatione inprimis fisci & mulieris, 74. 75. itemq; revocandis fraudulent. alienat.
                - *d. §. 7. de acquisitione possessiones.*
              - *Effectus* judicia possessoria ipsa, h. e. interdicta; & alia his affinia, de operibus quà privatis, quà publicis & eorum ratiociniis, prioribus titulis. *lib. 8.*
              - *d. §. 7. ibi: de his qui judicati.*
          - *Accessoria*, quæ etiam sunt Iurisdictionis vel
            - *Contentiosa*, vel inter
              - *Duos litigantes* & sunt vel
                - *Consentanea*, ut accessiones pignorum, quorum jura exponuntur, à Tit. 14. ad 35.
                - *Dissentanea*, aut
                  - *Actionum*, quibus elidantur p. Exceptionibus. Tit. 36. 37.
                  - *Obligationum*, quibus modis, tùm stipulationes contractæ committantur, inutiles reddantur, aut sustineantur, Tit. 38. ad 44. tùm aliæ obligationes dissolvantur. Tit. 42. ad 44.
              - *Tertium intervenientem*, & rem evincentem, de qua *evictione* est Tit. 44. & 45.
            - *Voluntaria*, quæ concernunt etiam, vel
              - *Personas* liberorum, quò pertinet patriæ potestatis constitutio & dissolutio. Tit. 44. ad 53.
              - *Bona*, ut donationes, tùm inter vivos, tùm mortis causa susceptæ, validæ & invalidæ, Tit. 54. ad fin.
          - LIB. VIII. Coresp. finis d. part. 6. Dig. d. l. 2. §. 7. f.
        - *Criminalia*, h. e. de criminibus & delictis, eorumque accusationibus & pœnis. — LIB. IX. Coresp. D. part. 7. d. l. 2. & l. 3. §. 8. C. de V. I. E.
  - *Mixtum*, seu difforme & secundum quid: nec statum Reip. propriè, nec singulorum respiciens utilitatem: quasi publicum aliis dictum: quale est, tùm
    - *Fisci.* usque ad tit. 30. lib. 10.
    - *Municipiorum*, hinc jus Municipale, Complectens civium tùm
      - *Munera* à tit. 31. ad finem lib 10. munia & census lib. XI.
      - *Commoda*, honores dignitates & functiones alias.
    - LIB. X. LIB. XI. LIB. XII. — Coresp. Lib. pen. & ult. Dig.





INDEX

Omnium Rerum, Verborum, & Notabilium, quæ hoc Tractatu continentur; ita compositus, ut prior numerus Caput, secundus Thesin, tertius vero Paginam denotet:

Confectus à Georgio Schustero Memmingensi.

Actus.

Adæratio.

Ademptio.

Adjuvare.

Admallare.

Admenare.

Admenatus.

Admenatio.

Adoptare.

Adſeſſor.

Adſeſ-

Arcus

Armo-

Argumentum.

Armamentaria.

Armandiæ.

Armatus.

Artifex.

Assassini.

Aufugere

Conni-

Deli-

375

Dolus

Explicatæ Leges.

Ex Institutionibus.

Ex Digestis.

Ex Codice.

E Codice Th.

Ex Novellis.

Ex Jure Feudali.

Exarmare.

Exarmatio.

Exarmator.

Exce-

Germa-

Instru-

quod

Lapi-

Manda-

Nomen.

Nomen.

Notarius.

Nullus.

Nuncius.

Numantini.

O.

Obligans.

Obsessor.

Obsessio.

Occidere.

Offendere.

Offensio.

Officiales.

Officium.

Oppidani.

Opprimere.

Operæ.

Ordines.

Origo.

Ornamenta.

P.

Palæstrica arma.

Palatium.

Pœna

INDEX.

Pœna.

Poëta.

Politici.

Politio.

Poſſeſſo.

Portare.

Portatilia.

Poteſtas.

Profes-

Scope-

Villa.


ERRATA.


Quædam extantiora sic corrigenda.

pag. 1. pro ergastlis, scrib. ergastulis. p. 4. lege Tac. 4. Histor. 74. n. 2. p. 31. leg. ἀφοπλισμῦ. p. 33 Tacit. 1. Histor. 39. n. 5. p. 34. leg. securitati. pro, severitati. p. 35. θ. 8. f. leg. ut nulli rivato. p. 89. sub f. sic lege: Sed hoc tantùm: animum delinquendi: quadantenus præsumi ac colligi, p. 102. pro, reperbisq; leg. repertusve p. 106. post med. leg. tutiorem. p. 107. leg. digladiationum. p. 152. leg. Bocer. cl. 5 disp. 15. th. 12. p. 168. leg. quarumcunq; gentium, p. 214. leg. Bouric. cap. 3. § 25. p. 224. post med. leg. nec jure præsumto, excusabit. Ioh. Althus. tr. de pœnis. c. 2. n. 24. pag. 40. Cætera B. L. per se haut gravatim emendabit.

FINIS.




399


2.6.80



005265089


Mei 93